um aliquo modo eſt in ea. ſecundo improbat naturalia eſſe ex neceſſitate ma
terie. tertio ꝙ natura agit propter finem.

Icendū eſt primo ꝙ natura eſt cauſa agēs propter finē. ſecūdo quō neceſſa-
riū reperitur in naturalibus in hanc eius cauſā. ſ. neceſſariā inducūt quidam
oēs effectus nature dicētes oīa ex neceſſitate eſſe et fieri nō ex virtute alicu
cuius agētis. ſed qꝛ apta nata ſunt eſſe talia ut hoc eſt calidū qꝛ aptū natū eſt eſſe tale ⁊
ſic de alijs. Et nāqꝫ ſi alij aſſignēt quācūqꝫ aliā cauſam ut empe. cōcordiā et diſcor-
diam. et anax. intellectū. Sinant tales cauſas quieſcere. ⁊ gaudere in ſe ipis qꝛ nichil
faciunt per ſe ad tales effectus. Habet autē primū dubitationē. vꝫ utrum natura
agat propter finē. multa eīn naturalia vīr fieri nō propter finem. neqꝫ propter meli
us ſed ex neceſſitate materie. ſicut pluit iupiter nō propter hūc finem. ſ. ut augmētet
frugmentū ſed ex neceſſitate materie qꝛ aquā ſurſū ductaꝫ neceſſe eſt infrigidari et
congelatam ferri deorſum propter grauitatem. Cum autem hoc fiat per accidēs eſt
ꝙ augeatur frugmentū ſicut per accidēs eſt ꝙ tunc perdatur in area cum nō adhuc
pluit ut perdatur. Nichil etiam prohibet eodē modo partes in aīalibus naturali-
ter ſe habere ut dentes anteriores oriri accutos ex neceſſitate materie aptos quidē
ad diuidendū mollares vero latos utiles ad cōterendū cibum nō ꝙ natura ꝓpter hoc
tales fecerit eos ſed contingēter hoc euenit. Similiter eſt de alijs partibus in qui
bus eſt aliquis finis. Ubicūqꝫ autē oēs partes ſic cōcurrunt ſicut ſi eſſent facte ꝓ
ter finem talia entia a caſu facta ſunt et ſaluata eo ꝙ apte conſiſtentia ſunt. Quecūqꝫ
vero nō habent talem aptitudinē perdita ſunt et perduntur quēadmodū em ped. di-
xit. bonigenas quarum inferiora mēbra erāt bonis et ſuperiora hominis qꝛ nō omīa
mēbra erant apta ad uſum hominis vel bonis cito fuiſſe deſtructas. Et idē dixit cir
ca viriperiaꝫ. hec igitur ratio ⁊ ſi qua eſt ei ſimilis eſt propter quā dubitabit aliquis na
turam non agere propter finem. Sed impoſſibile eſt iſta habere hunc modum qꝛ
omīa naturalia ſunt. aut ſemper aut ſicut frequenter. nichil autem eorum que fiunt a
fortuna et caſu eſt ſemper vel frequenter. vnde non pluit multotiens in hieme a for-
tuna vel caſu ſed forte ſub cane ſunt ſubā tamen non eſt cauma ab eis. ſicut aliquan-
do in hieme cauſaliter eſt. Si igitur naturalia videntur eſſe vel a caſu vel propter fi-
nem. Non eſt autem poſſibile ipa eſſe a caſu. Relinquitur ꝙ ſint propter finem. Ipi
enim affirmant ꝙ talia ſunt a natura. Et itaqꝫ in his que ſunt et fiunt a natura actio
propter aliquid. Amplius in quibuſcūqꝫ naturalibus finis aliquis eſt propter ip-
ſum agitur quodlibet eorum que ſunt ad finem ſiue prius ſiue poſterius ſit ordinatꝫ
ad ipſum. Itaqꝫ ſicut agitur ſic aptum natum eſt agi et ſicut aptum natum eſt agi ſic
agitur niſi impediatur. Si ergo quod eſt a natura agitur propter finē aptum natum
eſt agi propter ipm ut ſi domus fieret a natura ſic utiqꝫ fieret propter finem ſicut nunc
fit ab arte. Et ſi ea que fiunt a natura fierent ab arte eodem modo fieret quo apta na
ta ſunt fieri. videlicet alterum quod eſt ad finem propter ipſum finem. Omino au
tem ars quedam perficit que natura per ſe operari nō poteſt. In quibuſdam vero imi
tatur et ideo ſimiliter ſe habent ad inuicem in naturalibus et artificialibus finis et ea
que ſunt ad finem. quare manifeſtum eſt ꝙ ſi ea que ſunt ab arte ſunt propter finem
et ea que ſunt a natura. Maxime autem manifeſtum naturam agere propter fi-
nem in alijs animalibus que nec arte nec ſtudio nec deliberatione agunt ut aranee
et formice in quorum actionibus tantus eſt ordo ad finem ꝙ dubitatur a quibuſdam
utrū intellectu aut quadā alia virtute collatiua operentur. paulatim aūt procedēti ad cō
ſiderationē vegetabiliū in plātis apparēt quedā expediētia fieri ꝓpᵗ finē. ut folia ꝓpᵗ
cooperimētū fructus quare ſi naturalia agūt ꝓpᵗ finē ut hirūdo nidū ꝓpᵗ fetū. i. prolem

aranea telam propter predam plante folia propter fructus et radices deorſum gratia vegetandi manifeſtum eſt ꝙ cauſa finalis eſt in his que ſunt a natura. Et qm̄ natura dicitur de materia et forma. et hec ſecunda eſt finis ſicut propter finē ſunt alia ita materia eſt propter formam.

Capitulum .xiiij. quod ſic incipit. Peccatum fit in his que ſunt ſecundum artem et c̄. Oſtendit tam artem q̄ naturam agere propter finem nō obſtante ꝙ aliquando in eis accidit impedimētum et peccatū quibus deriuatur a fine non obſtante etiam quod nō agunt deliberando.

Eccatum autē accidit in his que fiunt ab arte ſicut gramaticus interdum ſcribit non recte et medicus nō recte ſumit potionem et eodem modo contingit in natura. Si igitur in arte ſunt quedā in quibus quod recte fit agitur propter finem in quibus etiam peccatur et nichilominus in his agitur propter finem qn̄o factum fuit in ſubſtantijs que empe. poſuit fuiſſe bonigena. In talibus enim accidit impedimētum propter quod nō potuerunt venire ad aliquē terminū et finem debitū corrupto principio a quo facta ſunt ſicut et nunc accidit in his que fiunt ex ſemine qn̄o corrumpitur. Et bene poteſt impedimētum tale in phiſicis accidere qꝛ in animalibus que fiunt ex ſemine neceſſe eſt prius fieri ſemen ex quo tamen non fit ſtatim animal ſed prius eſt molle naturaliter et faciliter poteſt recipere alterationes diuerſas ex quibus debita formatio impediretur. Amplius in plantis eſt aliquid ordinatū ad finem licet minus diſtinctum q̄ in aĩalibus vnde ſic in iſtis potuerunt contingere monſtra ut bonigena et viripera corrupto principio. ex quo ita in arboribus potuerūt accidere vitigene et olimpere tanq̄ monſtra ipſorum. Nec ſolū in formatione corum que fiunt ex ſemine poteſt accidere peccatū verum etiam in ipſis ſeminibus qn̄o fiunt ex aliquo poteſt impedimentū eſſe et aliquid accidere contingēter. Odio autē deſtruit naturam et ea que ab ipſa ſunt ille qui dicit ipſam non agere propter finē. Quecūqꝫ eīm ſunt a natura ſic fiunt ꝙ continue mota a quodā principio intrinſeco accedunt ad aliquē finē. Ita tamē ꝙ vnūquodqꝫ non fit ab vnoquoqꝫ p̄ncipio ſed determinatum a determinato quod quidē ſemper tendit ad eundē finem niſi aliquid impediat. Finis itaqꝫ eſt propter finem fieret aliquando a fortuna ſed per accidens ſicut aliquando dicimus hic extraneus a fortuna venit huc niſi anteq̄ recederet intrauit balneum tanq̄ ſi propter hoc veniſſet cum tamē non venit propter hoc ſed accidit ipſum balneatum eſſe et ſic fortuna que eſt cauſa per accidens. Si autē ſemper hoc fiat aut frequenter iam nō eſt per accidens nec a fortuna. In naturalibus ſemper ſic fit ſicut requirit finis niſi impediatur. Incōueniens autem eſt opinari naturam nō agere propter finem qꝛ in ea nō eſt principiū mouens ex deliberatione cum ars non deliberet in multis. Si eīm virtus factiua nauis eſſet in ligno tanq̄ principium naturale. Ita ſine deliberatione natura feciſſet nauim ſicut fit nunc ab arte ſic igitur ars eſt propter finem et natura. Et hoc manifeſtum eſt in exemplo medici ſanantis ſe ipſum qui ex propria arte tanq̄ ex principio intra agit propter propriam ſanitatem cui aſſimilatur natura propter principium intra ſic igitur patet naturam agere propter finem.

Capitulum decimum quintū quod ſic incipit. Quod autem ex neceſſitate utrum ex ſuppoſitione et c̄. Determinat ꝙ in phiſicis neceſſitas eſt ex ſuppoſitione et hic imponit neceſſitatem his que ſunt ad finem ſicut principia concluſionem.

Uoniam autē neceſſariū eſt duplex. vno modo ſimplr ut quod eſt ex natura
ſit ex alio intrinſeco. alio modo ex alterius ſuppoſitione. dubitatur utrū in phi
cis neceſſariū exiſtat ſimplr aut ex ſuppoſitione. Quidā tamē opinātur ꝙ
in rebus generabilibus neceſſitas ſimpliciter inſit ex materia quēadmodū ſiquis di-
cat murū vel domū ſic diſponi ex neceſſitate materie propter quā grauia deorſum in
fundo oportet collocari lateres. vero eſſe ſuper ipm propter leuitatem. ligna autē ſup
eminere qꝛ leuiſſima ſunt Sed licet domus nō ſit ſine his tamē nō eſt propter hoc
tanꝙ propter neceſſariaꝫ cauſā. ſ. tanꝙ materialē ſine qua poteſt eſſe ſed de neceſſi
tate talis eſt propter finē qui eſt protegere a caumonibus et pluuijs ⁊ eodē modo in oī
bus q̄ ſunt propter finē qualia ſunt naturalia neceſſitas eſt ex fine ꝙuis enī talia nō
ſint ſine materia debita nō tamē ſunt propter eam ſic ſicut propter materiā ſed potiꝰ.
propter finē ut ſerra eſt ferrea et dētata propter opus ſerrandi qḋ opus impoſſibile eſt.
fieri niſi ſit ferrea et ideo neceſſe eſt ferreā eſſe ſi debet eſſe ſerra et opus ipſius. Ex
ſuppoſitione igitur eſt neceſſariū in phicis nō ꝙ neceſſitas imponatur fini ſed ex fi-
ne imponitur materie cum finis ſit ratione cuius ineſt neceſſitas materie. Eſt aūt
neceſſariū in ſcientijs demōſtratiuis et in his que ſunt per naturā aliquomodo ſimi
liter vellat neceſſitas concluſiōis eſt ex ſuppoſitione premiſſaꝝ ut angulus exterioꝛ
trianguli equipollet duobus intrinſicis neceſſe eſt triangulū habere tres angulos eq̄
les duobus rectis. In his eīm ſi principia ſunt neceſſe eſt concluſionē eſſe et nō ecō
trario poteſt enim concluſio nō. ſi premiſſe non ſunt ut ſi tres anguli nō ſunt equales
duobus rectis nec angulus exterioꝛ equipollet duobus intrinſicis. in his autē que ſūt
propter finē et econtrario qꝛ finis tenet rationē principij nam ſi finis erit aut eſt et ea
que ſunt ad finem neceſſario erunt aut ſunt. Si nō ſunt ea que ad fineꝫ nec finis eſt
ſicut non eſt concluſio nō ſunt premiſſe finis eīm eſt principiū nō actionis ſed ratiōis
finis eīm ita eſt ratio agendi que non eſt actus. Si igitur eſt forma domus que eſt
finis domificationis neceſſe eſt materiam eſſe que eſt propter domū. ſ. lapides et la-
teres et non ꝙ domus ſit propter hoc niſi ſint ex materia. Et ꝙuis non ſit forma prop
ter iſta tamen non erit ſine iſtis et ideo cum hoc non ſint non erit domus ſicut nō erit
ſerra ſi non ſit ferrum nec premiſſe ſi non ſit concluſio. Manifeſtum eſt igitur ꝙ eſ
ſe ex neceſſitate eſt in naturalibus ita tamen ꝙ hoc imponitur materie et motibus ſi
ue diſpoſitionibus ipſius ex fine itaqꝫ enim ſunt naturales cauſe principaliter tamē
finis cum hec ſit cauſa materie et non econtrario. Finis autē cuius cauſa eſt princi
pium ſūptum a diffinitione et ratio rei. Sicut enīm eſt in artificialibus finis acceptꝰ
in eorum diffinitione eſt cauſa imponens neceſſitatem materie. verbi gratia. ſi do-
mus eſt talis ꝙ cooperiat de neceſſitate. oportet materiam eius ſic diſponi Et ſi ſa-
nitas eſt talis habitudo oportet ex neceſſitate humores ſic diſponi. Ita et in phiſi-
cis ſi finis talis eſt et ea que ſunt ad finem talia erunt Fortaſſis autem in phiſicis
neceſſarium accipitur ex his que ſunt in diffinitione ut ſi quis diffiniat opus ſerran-
di dicens quoniam eſt talis diuiſio ſcilicet in ligno. neceſſarium eſt ſi hoc opus eſſe
debet ex ſerra ipſam habere tales dentes hi autem eſſe non poſſunt niſi ferrū ſit et ſic
oportet eam eſſe ferream vnde et in diffinitione rerum naturalium ſunt quedam par
tes ut materia.

Quoniam autem natura eſt principium motus et mutationis et cē.
Huius libri capitulum pmū oſtendit neceſſitatem determinan-

di de motu et conſequentibus ipſum adiungētis quaſdam diuiſiones neceſ
ſarias ad inueſtigandum diffinitionem motus.

Quoniam natura eſt principiū motus ſtatus et mutationis. Scientia autē
preſens eſt de natura oportet nō ignorare quid eſt motus qꝛ neceſſariū ē ipo
ignorato ignorari naturā. Determinātibus autē de motu tētandū eſt ag
gredi de cōſequētibus ipm quorū primū eſt cōtinuum qm̄ motus eſt de numero con
tinuorū. ſecundum eſt infinitū quod ponitur in eius diffinitione. cōtinuū quod eſt di
uiſibile in infinitū. Adhuc autem ſine loco et vacuo et tēpore īpoſſibile eſt eſſe mo
tum propter hoc igitur et qꝛ hec tria ſunt comunia omibus rebus naturalibus in qui
bus eſſe videntur intendendum eſt diſputatiue de vno quoqꝫ iſtorum incipiendo a cō
munioribus qꝛ conſideratio de proprijs poſterioꝛ eſt ea que de comunibus. Pri
mū igitur cōſiderādum eſt de motu ad cuius inueſtigationē ſciendū eſt ꝙ de numero
entium aliquid eſt in actu completo aliquid tantū in potentia. Et eorum que ſunt
actu aliquid eſt ſubſtantia aliud quale vel aliquod aliud predicamentū entis de quoꝝ
numero eſt ad aliquid cuius vna ſpecies eſt ſecundū ſuperhabundantiā ꝛ defectum
ut duplum et ſubduplū alia ſecundū actiuū et paſſiuū et oīno motiuū et mobile. nam
motiuū eſt motiui mobilis et mobile a motiuo eſt mobile. Non eſt autem motus
preter res ad quas eſt motus. cum omē quod mutatur aut ſecūdū ſubſtantiā aut ſecū
dum quātitatē aut ſecundū qualitatē aut ſecundū locum mutetur. extra que nō eſt ac
cipere vnum commune quod nō ſit aliquod predictorū quare nec motus erit extra pre
dicta cum nichil ſit extra ipa. Vnūquodqꝫ tamē iſtorū dupliciter dicitur ſubſtantia
eīm aliquid dicitur per modū forme et aliquid per modū priuationis quātitatis vero
aliud perfectū aliud diminutū. qualitatis autē aliud album aliud nigrū et ſecundū lo
ci mutationē aliud ſurſum aliud deorſum qꝛ igitur ī quolibet horum pn̄t reperiri duo
termini poteſt in quolibet ſaluari mutatio et ſic tot ſunt ſpecies motus quot entis pre
dictorum quattuoꝛ generum.

Capitulū ſecundū quod ſic incipit. Diuiſio autē ſecundū vnūquodqꝫ genus
et cē. Concludit primo ꝙ motus diffinitio eſt actus entis in potētia ſecundū
ꝙ in potentia. Secundo declarat primum .ſ. ꝙ eſt actus entis in potentia.
tertio ꝙ ſecundum ꝙ in potentia. quarto confirmat utrumqꝫ.

Quoniam autē diuiſio eſt ſecundū vnūquodqꝫ genus eſſe in actu vel potentia
et motus nō poteſt eſſe eoruꝫ que ſunt actu perfecto qꝛ ad hec terminatur nec
eorum que ſunt in potentia ſimpliciter qꝛ a tali incipit diffinitio motꝰ. relinqui
tur ꝙ motus eſt actus entis in potentia ſecundū ꝙ in potentia verbi grā. Alteratio ē
actus alterabilis in quantū eſt alterabile ſiue poſſibile alterari augmentū eſt actus au
gmentabil' in quantū augmētabile. et diminutio actus diminuibilis in quantū dimi
nuibile. Non eīm eſt comune nomē augmētō et diminutio ſicut alteratio. comunis
eſt omī alterationi generatio etiā et corruptio actus eſt generabil' et corruptibilis ꝛ lo
ci mutatio actus ſcd̄m locū. Quod autē motus ſit actus manifeſtū eſt hedificabi
le enim in quantū hedificabile quando hedificatur tūc dicimus eſſe in actu hedificādi
et tūc dicimꝰ hec eſt hedificatio. Similiter ē doctrinatio cū actu docet doctrinabile ꝛ
medicatio cū actu medeē medicabile et ſic de alijs. Qm̄ aūt ea dē ſūt et ī potētia et ī
actu nō quidē ſil' et ſcd̄m idē ſed potius diuerſis reſpectibus ſicut aliqd eſt potētia calidū
et actu frigidū multa adinuicē agūt et patiūtur quorum quodlibet eſt actiuum ꝛ paſſi
uum mobile et motiuum propter quod omē mouēs phice mobile erit cuꝫ ſic moueat

ſn quãtum eſt actu quod mouetur in quantum eſt potentia. Ex qua ratione quibuſdam videntur ꝙ omne mouens mouetur. de hoc tamen magnifeſtum erit in octauo qḋ eſt quoddam mouens immobile non tamen ſit magnifeſtum ꝙ motus eſt perfectio entis in potentia in quantum ipm̄ eſt mobile quando actu mouetur ab agente extrahente ipm̄ de potentia ad actum. Dico autem motũ eſſe actum entis in potentia in quantum in potentia qꝛ nõ eſt motus entis actu in quãtum eſt actu ſicut motus ad fieri ſtatuam nõ eſt in ere in quãtum es actu es ſed in quãtum eſt potentia ſtatua. non enim idem eſt ſcd̃m rationẽ eſſe eris i quãtũ eſt es et potẽtia mobile ad aliquid aliud qm̃ ſi ſimpliciter et ſcd̃m rationẽ idem eſſent motus eſſet actus entis in actu ſcd̃m ꝙ i actu ut motus eris ad ſtatuam eſſet actus eris in quãtum eſt actu. es nõ eſt itaqȝ idem eſſe actu eris et eſſe potẽtia aliud. Magnifeſtum eſt autem ꝙ non dicitur in contrarijs. nam poſſe ſanari et poſſe infirmari diuerſa ſunt. Si autem idem eſſet ſimpliciter eſſe in actu et in potentia cum idem ſubiectum quod actu ſanum eſt ſit potentia infirmũ idem eſſet ſanari et infirmari idem enim ſubiectum ut pote humiditas vel ſãguis eſt ſanabile potentia ⁊ actu infirmum. Qm̃ igitur non eſt idẽ eſſe actu tale ⁊ potentia aliud ſicut nõ idem eſt color et viſibile cum motus nõ poſſit eſſe entis in actu ſecundũ ꝙ in actu relinquitur ꝙ ſit actus entis poſſibilis in quãtum poſſibile. Quod quidẽ motus ſit actus huius et tunc mouetur aliquid quando ineſt ei talis actus oſtenſum eſt tamẽ hoc idẽ ſic patet. Contingit eĩm vnũ quodqȝ aliquãdo operari et aliqñdo non quãdo eĩm hedificabile eſt tãtum ens in potentia nõ eſt ſub opere et tunc non eſt eius motus ſed quãdo eſt actus eius in quãtum hedificabile tũc eſt motus qui dr̃ hedificatio aut eĩm actus talis eſt qui dr̃ hedificatiua ut domus facta. Sed cũ dom9 iam eſt facta nõ amplius eſt hedificabilis. qꝛ quod eſt nõ fit. hedificatur autẽ id quod eſt hedificabile. relinquitur ergo hedificationẽ eſſe actum et cum ipa ſit motus neceſſe eſt motum eſſe quendam actum. Et quod dictum eſt de motu hedificationis intelligendum de alijs motibus.

Capitulũ tertiũ quod ſic incipit. Qḋ autẽ bene dictum ſit magnifeſtũ eſt et c̃.

Oſtẽdit motum eſſe bene diffinitum primo ex his que alij opinati ſunt de ipo ſecundo qꝛ eſt actus imperfectus propter admixtionem potentie.

Quod autem bene dictum ſit motum eſſe actum entis in potentia magnifeſtum eſt ꝙ tam ex his ꝙ alij dixerunt de ipo q̃ ex hoc qḋ non eſt facile ipm̃ diffiniri eo ꝙ nõ poteſt poni in alio genere actus. Hoc autẽ patet ex hoc ꝙ quidam dicunt motũ eſſe alteritatẽ et ineq̃litatẽ et nõ ens. Quod dictũ apparet falſũ. primo qꝛ nullum predictorum neceſſe eſt moueri nõ eĩm mouentur aliqua qꝛ ſunt altera nec qꝛ inequalia nec qꝛ non entia. Secundo qꝛ nullum predictorũ magis eſt principium vel terminus motus q̃ȝ eius oppoſitum. Cauſa vero propter quã ipm̃ in talibus generibus ponunt eſt qꝛ videtur ipſum eſſe aliquid indeterminatũ cũ ſit de numero principioꝝ coordinatiõis priuatiue q̃ principia eo ſunt indetermĩata quo ſũt priuatiua. Quod autẽ motus de talibus ſic patet ex hoc qꝛ nec eſt ſubſtãtia nec qualitas nec aliquod de numero predicamentoꝝ dicentiũ poſitionẽ. Uideri autem ipſum eſſe indeterminatũ cauſa eſt quia nec poni poteſt in genere eorum que ſunt in pura potentia nec ſimpliciter in actu. verbi gratia non eſt poſſibile moueri quantitatem in pura potentia exiſtentem nec eam que ſimpliciter eſt in actu. Et motus quidẽ videtur eſſe quidam actus tamẽ imperfectus propter admixtionẽ potẽtie. idẽ eĩm imperfectũ eſt cuius actus admiſcetur potẽtie ſemꝑ ergo talem imꝑfectionẽ difficile eſt

accipere quid ſit motus qꝛ aut neceſſe eſt ipm̄ ponere aut in priuatione aut in potentiam. aut im ſimplicem actum quorum nullum videtur ei conueniēs aut relinquitur eſſe modus predictus. ſ. ꝙ ſit actus entis in potentia ſicut diximus et licet hoc ſit difficile intelligere contingit tamen et poſſibile eſt ita eſſe.

Capitulū quartū quod ſic incipit. Mouetur autem et mouens ⁊ omē ſicut dictum eſt et c̄. Primo magnifeſtat ꝙ omē mouens phiſice mouetur. ſecundo concludit ꝙ motus eſt actus rei mobilis. tertio ex hoc oſtendit magnifeſtum eſſe dubium quod conſueuit queri vtrum motus ſit in moto uel in mouente qꝛ eſt actus elicitus a mouente et receptus in moto.

Ouetur autem omē mouens phiſice ſicut dictum eſt cuius ratio eſt qꝛ cum ſit mobile in potentia quando mouet ineſt ei actus in quātum mobile et per hoc ineſt ei motus. Preterea illud cuius īmobilitas eſt quies. mobilitas eſt motus. qꝛ cui motus ineſt huic imobilitas quies eſt mouenti autē phiſice dum mouet ineſt mobilitas. Adhuc agere phiſicum eſt ipm̄ mouere hoc autē facit tangēdo quare ſimpliciter patitur ab eo ī quod agit ac per hoc mouetur vnde qꝛ motus ineſt ſemꝑ omī quod mouetur patet ꝙ motus eſt actus mobilis in quātum mobile. Et qm̄ euenit hoc mobile moueri mediante tactu ſimiliter ab eo patitur mouens. In omī autē motu ſemper extimabitur eſſe aliqua forma que eſt ratio mouendi et hec erit aut ſubſtātialis aut qualis aut quāta que eſt ꝑncipium et cauſa motus per quā mouens id quod tale eſt in potentia mouet ad ſimile ſibi in actu ut in generatione homo actu ex homine exñte in potentia facit hominē actu. Et dubium autē de ſubjecto motus iam magnifeſtum eſt nam ex dictis patet ꝙ motus eſt in mobili aut in ſubjecto cuꝫ ſit actus mobilis ipius licet ſit ad hoc quod mouet non eīm poteſt eſſe elicitiue actus alterius q̄ꝫ mouētis. Oportet eni eundē eſſe actū mouentis et mobilis. nam motiuum eſt quod habet potētiam ad mouēdum mouens autē quod actu mouet vel agit iſtud autem eſt actiuū mobilis quare vnus actus eſt utriuſqꝫ ſicut eadem eſt diſtantia vniꝰ ad duo et duorum ad vnum. et ſimiliter idem ſpacium aſcendētis et deſcendentis talia enim ſic ſunt vnum re ꝙ drūt ratione et eodem modo idem eſt actus mouentis et motiui tantum drēns ratione.

Capl'm quintum quod ſic incipit. Habet aūt deffectum rationalē et c̄. Premiſſa dubitatione. vtrum actio et paſſio ſint duo actus. ſecundo arguit ꝙ nō poteſt eſſe vnus. tertio ſoluit oſtendens ꝙ ſint idem motus ſiue actus ſecundum rem differens tamen ſecundum rationem.

Abet autem dubitationem rationabilē utrum actio et paſſio ſint idem actus Fortaſſis enim neceſſe eſt quemdā actum eſſe actiuum qui dicitur actio. paſſiui autem paſſio quod ex hoc inſertur qꝛ opus et finis actiui eſt actio paſſiui autē paſſio. Sed hoc eſt impoſſibile qm̄ ſi duo ſunt cum uterqꝫ ſit motus oportet eos eſſe ī aliquo aut ergo utriqꝫ ſūt ī agēte aut in patiēte aut actio in agēte et paſſio in patiente non eīm poteſt dari quartum videlicet ꝙ actio ſit in patiente aut paſſio in agente. qꝛ tunc paſſio diceretur equiuoce cōueniret ei nomē paſſionis. Si ergo utrūqꝫ eſt in agente equiuoce vel actio ī agente et paſſio in patiēte ſequetur ꝙ omē mouens moueatur cum actio ſit motus et omne id mouetur in quo eſt motus aut quod habens motum non moueatur. Si autem utrumqꝫ eſt in patiente et moto ſcilicet actio et paſſio et doctio et doctrina q̄ ſunt duo et ambo ſunt in adiſcēte ſequerētur duo incōuenientia. ſeq̄retur ꝑmo ꝙ actꝰ vniuſcuiuſqꝫ agētis nō erit ī ipo. Scđo ꝙ patiēs ⁊ motū

duobus motibus mouebitur et ſic due alteratioēs vnius ſpeciei erunt in eodez qḋ eſt impoſſibile. Sed dicetur ꝙ ſunt ambo idē motus et actus hoc autē incōueniēs videtur propter quattuor. ꝑmo qꝛ irrationabile eſt duoꝝ diuerſoꝝ ſcḋm ſpeciē eundē ⁊ vnum eſſe actū. Preterea ſi actio et paſſio ſunt idē doctio et doctrina erūt idē. Preterea docere et addiſcere erūt idē et etiā agere et pati. Ex his autē neceſſe erit oēm docentē diſcere ⁊ agentē pati. Dicendū ad hoc ꝙ actio et paſſio ſunt idē actꝰ ſiue idē motus qꝛ nō eſt incōueniēs actum vnius eſſe in altero ut id qḋ eſt ab vno effectiue ſit in alio ſubjectiue. Et eīm doctio eſt actus huius docētis receptus tamē in quodam addiſcente et nec diuiſus ab eo. eſt eīm actus huius docētis in hoc addiſcente. Nec impoſſibile ēſt eundē eſſe actū duoꝝ ut ꝑmo objectū eſt. hic tamē actus non eſt idem ſcḋm rationē ſed tātum ſcḋm rē. eodē modo quo in habitudo paſſibilis eſt ad agens eadē re et nō ratione. Nec ſequitur ꝙ ſi agere et pati ſint idē motus ꝙ per hoc neceſſe ſit docentē addiſcere ut arguebatur. quarto qꝛ nō ſunt idē ſcḋm vnā rationē dicentē ꝙ quid eſt. ſicut ſunt idē tunica et indumentū: ſed potius ſunt idē ſicut via a thebis ad athenas et ecōtrario. Sicut dictū eſt prius, qꝛ ita eſt vna ſcḋm ſpaciū ꝙ alia ratio eſt in ea aſcenſus et alia deſcenſus. Non eīm oīa que alijs dūr eadē ſunt ſimplicit eis eadē propter quancūqꝫ idēptitatē ſed ſolū his quibus eſſe diffinitū eſt idē. At vero nō ſequitur ꝙ ſi doctio et doctrina ſūt idē actus ꝙ addiſcere et docere ſūt idē ut arguebatur tertio. ſicut nō ſequitur ꝙ ſi idē ſpaciū ſit duoꝝ diſtātium ꝙ diſtare inde huc et hinc et illuc ſint idem. Dico autē nec doctio cum doctrina nec actio cum paſſione idē ſunt proprie et formaliter ut arguebatur ſecūdo. ſed hic motus cui hec inſunt vnꝰ eſt idem .i. actus eſt huius agētis in hoc patiēs et huius paciētis ab hoc agēte alterū eſt ratione. Quid igitur motus ſit et vniuerſaliter etiaꝫ ſcḋm eius ſpēs dictum eſt. Magnifeſtū eſt eīm ex dictis qūo determinabitur vna queqꝫ ſpēs ipius. alteratio quidē eſt actus alterabilis ſcḋm ꝙ alterabile. Amplius dicere motuꝫ eſſe actū mobilis in quātum huius verius eſt et melius ꝙ̃ dicere ipm eſſe potentiam vel perfectionem actiui et paſſiui ſimpliciter vnde hedificatio eſt actus hedificabilis in quātum hedificabile et eodem modo dicendum eſt de alijs ſpeciebus motus.

Capitulum ſextū quod ſic incipit. Qm̄ autē de natura ſcientia eſt circa magnitudines et tempus et c̄. Probatur primo ex his circa que ſcientia naturalis ꝙ ad ipſam pertinet cōſideratio de infinito. ſecundo cōfirmat hoc per cōſiderationem antiquorum. tertio ſubjungit ꝙ infinitum rationabiliter ponitur habere naturam principij et quod eſt ingenitum et incorruptibile continens omnia habens eſſe diuinum.

Uoniam autem ſcientia naturalis eſt circa magnitudines tempus et motus quorum vnumquodqꝫ neceſſe eſt aut infinitum aut finitum eſſe ꝙ̃uis non omne ens ſit aut finitum aut infinitum. Qualitas enim et punctum ſunt de numero talium quibus non competit per ſe ratio finiti vel infiniti. incōueniens eſt negociantem de natura conſiderare ſi eſt aut non eſt infinitum et ſi eſt quid eſt. Signum aūt huius ꝙ ſcientie ſit propria conſideratio de ipſo eſt ꝙ omnes qui videntur rationabiliter tetigiſſe naturalem phīam fecerunt mentionem de infinito. Et omnes ponunt ipſum tamqꝫ quoddam principium eorum que ſunt ſed differenter. Alij namqꝫ ut pictagorici et plato dicunt infinitum eſſe non ſicut accidens a-

licuī nature ſed per ſe et ſicut ſubſtātiā et iſti ĩter ſe dupliciter dr̄ũt. p̄mo pictagorici dicunt ip̄m eſſe nō abſtractū ſed in ſenſibilibus ſed etiā eſſe extra celū. plato autē nichil ponit extra celū qꝛ nec corpus ullū ibi ponit neqꝫ ydeas cum dicatur eſſe nuſꝙ̄ ponit etiā infinitū eſſe tam in ſenſibilibus qꝫ in ydeis   Secundo differūt qꝛ pictagorici dicunt numerū parē eſſe finitū eo ꝙ eſt. cndpi cbēſus et cōcluſus ſub ip̄a re adhibꝫ his que ſunt infinitatē. cuius ſignū eſt qꝛ circūpoſitis nominibus vnū circa vnum et extra ip̄m quādo hoc fit per numerū parē ſemper fit alia ſpēs figure quādo vero per ĩparē ſemper fit eadē. Si eīm vni addatur p̄mus numerꝰ par ſcilicet binarius fit figura trianguli ſi ad hāc addatur ſecundus par .ſ. quaternarius fiunt ſeptē que nō ſunt eiuſdē figure ſpecifice cum ternario et ſic ſemꝑ addēdo per oꝛdinē parē numerū mutabitur ſpēs figure qđ nō accidit per numerū imparē. Si eīm vni addātur tria q̄ ſunt p̄imus numerus impar reddit quatuoꝛ cuius eſt figura quadrata Et ſi huic addātur quinqꝫ que ſūt ſecūdus impar fiunt nouē q̄ ſunt eiuſdē figure et ſic per oꝛdinē addēdo numerum imparē reddatur figura eiuſdē ſpeciei. plato autē duo infinita facit .ſ. magnum et paruum.   De natura autē oīs naturaliter loquētes ſemper ſubiciūt infinito aliquā naturā dictoꝝ elemētoꝝ .ſ. aquā et aerē aut mediū horum. Ita tamē ꝙ nullꝰ iſtorum qui poſuit elemēta eſſe finita ſecundū numerū dixit entia eſſe infinita cum hec ſequātur naturā elemētoꝝ.   Qui cunqꝫ autem faciūt elemēta infinita ut anaxagoras partes ſimiles et democritus athomos quos dicit ſemīa ex quibus per contactū figurarum fit cōtinuum tales dicunt eſſe aliquid infinitū differūt tamē ab inuicē. qꝛ anax. dicit quodlibet eſſe in quolibet eo ꝙ videt quodlibet fieri ex quolibet hinc eīm videtur ꝙ oīs res ſimul fuerint mixte ut caro os et quodlibet aliud. ita ꝙ tunc ſic erāt ſimul in vno. hec eīm ſimil'tas nō ſolū eſt p̄ncipiū in quolibet per ſe ſūpto ꝙ ex ip̄o aliud diſgregetur ſeu extrahatur ſed etiā eſt p̄ncipiū oīm qm̄ om̄e quod fit ex tali corpore fit ĩ quo oīa ſunt ſimul. Et qm̄ oīm eſt generatio licet nō ſimul ideo oīa fiūt ex illo ĩ quo preſuerunt. Adhuc autē cōcurrit quoddā p̄ncipiū efficiēs gn̄onis qđ iſte vocat intellectum ĩtellectus eīm intelligēdo operatur ex quoddā materiali p̄ncipio in quo neceſſe eſt ſimul aliquādo oīa eſſe et aliquādo moueri ad actū eſſendi per intellectū diſgregantē.

Democritus autē nichil alterū dicit fieri ex altero. ſed quoddā comune corpus eē p̄ncipium magnitudinis differēs tamē ſcd̄m partes et figura ex quibus fiunt diuerſa

Quod igitur ſit cōueniēs phicis ſpeculatio de infinito magniſeſtum eſt.   Rationabiliter autē om̄s ponūt infinitū eſſe p̄ncipiū. qꝛ nec poteſt eſſe fruſtra nec poſſibile ē aliā potentiā quā p̄ncipium in eſſe eidē. Omia eīm aut ſunt p̄ncipiuꝫ aut ex p̄ncipio. magnifeſtū autē ꝙ nō poteſt eſſe ex p̄ncipio qꝛ tunc eſſet quoddā p̄ncipium et per conſequens finis.   Amplius ſi finitū cum eſt quoddā principium ingenitū eſt et incoꝛruptibile. Ingenitū quidē qꝛ om̄e qđ fit ita habet p̄ncipium ꝙ neceſſe accipit finem. Incoꝛruptibile qꝛ oīs coꝛruptiōis eſt aliquis finis et om̄e coꝛruptibile finibile. Sicut ergo diximus nō eſt infiniti p̄ncipium ſed hic vr̄ eſſe p̄ncipium alioꝝ.   Et vr̄ continere oīa et etiā gubernare ſicut affirmāt qui extra ip̄m nullā faciunt aliā cauſā ut intellectum aut concoꝛdiam. Et hec videtur eſſe diuinū ſicut dicunt anaxiādros et plurimi phorum.

Capitulum ſeptimum quod ſic incipit. Eſſe autem aliquid infinitum fides ex quinqꝫ contingit et c̄. Arguit quinqꝫ rationibus infinitum eſſe adiungēs ꝙ ſiue ponatur eſſe ſubſtantia ſiue accidens maxime phici eſt cōſiderare ſi eſt magnitudo ſenſibilis infinita.

ſſe autē aliquid infinitū opiuari cōtingit intendētibus maxime ex quinqꝫ. Et ꝑmo ex tēpore qđ videtur eſſe infinitū. Secūdo ex diōne magnitudinis ī qua mathematici utūtur infinito dicētes ꝙ diuiditur in infinitū. Amplius ſic ſolū et nō aliter poteſt ſemꝑ cōtinuari generatio et corruptio ſi ponitur duratio infinita. Amplius omē corpus finitū ſemꝑ includitur et terīatur ad aliquid et hoc ad aliud et ſic ſemꝑ proceditur nec eſt dare terminū ultimū ſed ſemꝑ neceſſē eſt includere alterū ad alterū in infinitū. Maxime autē et magis proprie quintuꝫ facit oībus dubitationē de poſitione infiniti. videlicet ꝙ intellectui aliquid reſpondet in re nec eſt difficere quin ſemꝑ eidē correſpōdeat res. Et qꝛ intelligitur numerus creſcere in infinitū idcirco videtur eſſe infinitus et eodē modo magnitudo infinita eſt cuꝫ intelligatur diuidi in infinitū et extra celū eſt ſpaciū infinitū ſicut cōcipit itellectus. Eſt etiā ibi corpus infinitū et mūdi. ſ. infiniti qꝛ nō eſt ratio quare ſit magis vacuū in vna parte ꝙ̄ in alia quare ſi in vno loco eſt magnitudo et ubiqꝫ oportet eſſe. Si autē dicatꝰ totū infinitū qđ eſt extra celū eſſe vacuū erit ibi locus infinitus et per cōſequēs corpus infinitū qꝛ locū infinitū aliquādo cōtingit eſſe plenū corpore et ſi cōtingit ergo eſt cuꝫ ſit perpetuū cōtingere eſſe ab eſſe nichil dīt in perpetuis. Habet ergo dubitatiōeꝫ cōſideratio de infinito qꝛ ſi nō pōtur eſſe: multa impoſſibilia accidūt ut dictuꝫ eſt. Si autē ponatur eſſe dubiū eſt utrū ſit ſubſtātia vel accidēs inherēs alteri tamē ſi ē infinitum ſiue vnum ſiue plura ſint ſcōm magnitudinē. Maxime autē phiſici eſt conſiderare ſi eſt magnitudo ſenſibilis infinita.

Capitulū. viij. quod ſic incipit. Primū igitur determinādum quot modis ⁊c.

Primo diſtinguit quot modis dicitur infinitū. ſecūdo probat tribus ratiōibus ꝙ nō poteſt eſſe aliquid infinitū ſeparatū a ſenſibus. tertio ꝙ ratiōni corporis et numeri repugnat infinitas.

Primo igitur determinādum ꝙ infinitū vno modo dicitur qđ impoſſibile eſt ꝑtranſiri qꝛ nō eſt aptum natū habere tranſitū ſicut vox eſt inuiſibilis qꝛ non eſt apta nata videri. Alio modo ꝙ quidē habet tranſitū tamē per ſuū exceſſuꝫ eſt incōmeſſurabile aut vix mēſurari poteſt ut profunditas maris. Tertio qđ eſt aptum natū habere finē ⁊ tranſitū et nō habet. Amplius aliquid poteſt intelligi eſſe infinitū ut ſcōm appoſitionē aut ſcōm diuiſionē aut utroqꝫ modo. Separatū quidē infinitū a ſenſibilibꝰ eſſe aliquid īpoſſibile eſt qꝛ ſi tale poneretur nō poſſet eſſe ſubſtantia nec accidēs. Subſtātia quidē nō: qꝛ hec circūſpecta quātitate et quolibet accidēte indiuiſibilis eſt cum omē per ſe diuiſibile ſit aut magnitudo aut multitudo indiuiſibile autē nō poteſt eſſe infinitū niſi ſecūdo modo. ſicut vox dicitur inuiſibilis nō ſic aūt dicūt hij qui affirmāt infinituꝫ eſſe nec nos ſic querimus. ſed ſi eſt ſic intrāſibile poteſt tamē tranſiri. Si autē infinitū eſt ſcōm accidēs nō erit ꝑncipiuꝫ eorū que ſunt ſicut inuiſibile nō eſt ꝑncipiuꝫ locutiōis q̄ꝫuiꝫ vox ſit inuiſibilis qꝛ hoc accidit ei. Amplius qnō cōuenit ipm infinitū eſſe ſeparatū: paſſio eīm minus ſeparabilis eſt ꝙ̄ eius ſubiectuꝫ ſed nō contingit numerū et magnitudinē quorū per ſe paſſio eſt infinituꝫ eſſe ſeparatā ergo ipm minus cōtingit ſeparatū eſſe. Preterea manifeſtū eſt ꝙ nō contingit infinitū eſſe quoddā ens actu quod ſit ſubſtātia ⁊ ꝑncipiuꝫ qꝛ ſi tale ponatur et ſit partibile quodlibet ipſius acceptū per ſe erit infinitū ſicut et quelibet pars eius eſt ſubſtātia ita erit infinita aut ergo erit impartibile aut in infinita diuiſibile hoc aūt eſt impoſſibile qm̄ vnuꝫ nō poteſt eſſe multa infinita. Et bene dico ꝙ ſi erit diuiſibile quelibet pars eius erit infinita eſſet enim eiuſdem rationis in toto et in parte. Sicut ergo quelibet pars

aeris eſt aer. Ita quelibet pars infiniti eſt infinitũ ſi ipm̃ eſt ſubſtãtia et principiũ ſic ei
eſt in eo infinitas et entitas. Impartibile ergo oportet ipm̃ eſſe ſi eſt ſubſtãtia. Sꝫ
impoſſibile eſt infinitũ actu eſſe impartibile cuꝫ habeat quãtitatẽ relinquitur igitur ꝙ
ſit accidẽs ex quo ſequitur ꝙ nõ poteſt eſſe pn̄cipiũ ſed magis erit illud cui accidit. ver
bi grã aer aut numerus par. Incõuenienter itaqꝫ infinitũ eſſe dicũt pictagorici ⁊ ſe
quaces faciẽtes ipm̃ ſubſtantiã et cum hoc indiuiſibile. Sed tamẽ queritur utrum
in methaphiſicis et intelligibilibus ac in nõ habẽtibus ullam magnitudineꝫ cõtingit
eſſe infinitũ fortaſſe magis vlis queſtio ꝙ̃ ſe extẽdat cõſideratio phica. Nos eim̃ in-
tendimus ad preſens de ſenſibilibus de quibus ſcientiã hanc facimus ut in ipis eſt a
ut nõ eſt corpus infinitũ in augmentũ. Rationabiliter tamẽ ſpeculãtibus rationẽ
corporis et numeri videtur nõ poſſe in eis eſſe in actu aliquid infinitũ ſi eim̃ diffinitio
corporis eſt eſſe ſuperficie terminatũ nõ erit corpus ſenſibile vel intelligibile infinitũ
qꝛ om̃e terminatũ neceſſario eſt finitũ. At vero neqꝫ numerus aliquis poteſt eſſe
ſicut ſeparatus a ſenſibilibꝰ et infinitis oīs eim̃ numerus et om̃e habẽs ipm̃ eſt nume
rabilis. tale autẽ poteſt numerari et per cõſequẽs ptranſiri. Igitur nullus numerus
eſt infinitus.

Capitm. ix. quod ſic incipit. Phiſice autẽ magis cõſiderãtibus et c̃. Probat
naturali ratione ꝙ nec corpus cõpoſitũ nec ſimplex poteſt eſſe infinitũ.

Phiſice autẽ cõſiderãtibus magis apparet impoſſibile om̃e corpus ſenſibile in-
finitũ qꝛ nec cõpoſitum nec ſimplex huius eſſe poteſt. Cõpoſitũ quidẽ nõ erit
infinitũ ſi elemẽta ex quibus cõponitur ſint infinita ſcd̃m multitudinẽ qꝛ non
vnũ illoꝝ nõ oīa poſſunt eſſe infinita ſcd̃m magnitudinẽ Ex finitis autẽ multitudine
et magnitudine nõ poteſt fieri niſi finitũ. Qd̃ autẽ vnũ iporum nõ poſſit eſſe mag
nitudine infinitũ ſic patet. Cum eim̃ ſint plr̃a habẽtia virtutes cõtrarias ſi debet ex e
is fieri vnũ cõpoſitum oportet virtutes cõtrarias equari vno autẽ iporum infinito exiſ
tente virtus eius in infinitũ excedit virtutes alioꝝ et ſic corrũpet alia Et ſi ponatur ꝙ
infinitũ de natura ſua ſit minoris potẽtie ꝙ̃ finitũ de ſua hoc nõ obſtat qꝛ qñtucũqꝫ de
ficiat virtus naturalis corporis infiniti a virtute corporis finiti verbi grã. Si ignis fi-
nitus ſit et aer infinitus. hoc ſolũ poſito ꝙ aer quãticunqꝫ multiplicatus equatur cui
libet igni dato habẽti tamẽ certũ numerũ et gradũ magnitudinis ſequitur ꝙ infinitũ
corpus excedit finitũ in virtute et ſic corrũpet ipm̃ ergo nõ poteſt vnũ ipoꝝ eſſe infini-
tum. Vnũquodqꝫ etiã ipoꝝ infinitũ eſſe impoſſibile eſt qꝛ cũ corpus habeat dimẽ-
ſiones ad om̃e diametrũ corpus infinitũ ſine termino extẽdetur et oẽm locũ occupa-
bit et ideo nõ poterit eſſe pluſꝙ̃ vnũ. At vero nec cõtingit eſſe corpus vnum et ſim
plex infinitũ nec ſi tale ponatur aliud ab elemẽtis ex quo oīa fiant nec ſimpliciter qui-
dam eim̃ dicũt quoddã corpus aliud ab elemẽtis eſſe infinitũ nõ tamẽ aliquod iporũ
elemẽtoꝝ qꝛ ſi eſſet aliquod ipoꝝ infinitũ cum habeant cõtrarietatẽ ad inuicẽ ut aqua
eſt frigida et ignis calidus et illud corrũpet per ſuam infinitã virtutem propter hoc er
go dicunt corpus vnum ſimplex infinitũ alterum eſſe ab iſtis Impoſſibile tamẽ eſt ta
le corpus eſſe nõ accipiendo hanc impoſſibilitatẽ ex hoc ꝙ ponitur infinitũ qꝛ de hoc
dicetur aliquid commune tali corpori et elementis. Sed accipiendo eam ex hoc ꝙ nõ
eſt dare tale corpus ſenſibile preter elementa quod ſic patet. Om̃e qd̃ ex aliquo eſt
reſoluitur in id ex quo eſt ſed nullum eſt corpus ſenſibile preter elementa in quod fiat
reſolutio compoſitorum ergo nullum tale ſimplex eſt. Nec poſſibile eſt ignem a-
ut aliquod elementorum eſſe infinitum qꝛ etiam ſi nulla eius pars eſſet infinita ſed

totum haberet infinitã virtutẽ que oĩa alia corrũperet et ſic nullum corpus preter ipſum poſſet eſſe vel fieri ſed oĩa conuerteret in ſe ſicut eraclitus dixit oĩa aliquando fieri ignem. Et eadem ratio eſt de illo corpore quod phiſici dicunt preter elementa infinitum eſſe quia cum ex ipſo dicant fieri elementa et mutetur quicquid mutatur ex cõtrario in contrarium iam haberet contrarietatem ad ipſa ut ex calido in frigidum.

Capitulum decimũ. quod ſic incipit. Oportet autẽ de omĩ in his conſiderare et c̃. Probat autem ꝙ corpus ſenſibile non poteſt eſſe infinitũ ſiue ſit partium eiuſdem rationis ſiue alterius.

Portet autem in ſenſibilibus naturaliter conſiderare de omĩ corpore quod impoſſibile ſit aliquod tale infinitũ eſſe. Supponatur itaqꝫ primo ꝙ omẽ ſenſibile eſt aptum natum eſſe alicubi. Secundo ꝙ vniuscuiuſqꝫ corporis eſt proprius locus. Et tertio ꝙ idem locus eſt totius et partis ut totius terre et vnius glebe et ignis totius et ſcintille. Si igitur ponatur corpus infinitũ eiuſdem rationis in toto et in parte habebit locum proprium per ſecundam propoſitionem in quo aptum natum erit eſſe per primã. In hoc autem loco aut erit ĩmobile aut ſemper mouebitur. ſemper autẽ ipm̃ moueri eſt impoſſibile cum nõ ſit ratio propter quã magis ſurſum q̃ deorſum moueatur. tale autẽ corpus eſſe ĩmobile aut ſemper moueri neceſſe eſt ſi aliqua eius pars alicubi moueatur aut alicubi maneat locus enim totius corporis cuius eſt pars eſt infinitum continens totum et partẽ. Cum igitur idē ſit locus totius et partis ut ſuppoſitum in tertia propoſitione ſi pars ubiqꝫ quieſcit et totum et ſimiliter mouebitur totum ubicunqꝫ ipſa mouebitur. Si autem corpus infinitum ſit diuerſarum rationum in toto et parte et loci reſpondentes eiſdem erunt diuerſi ex quo primũ ſequetur ꝙ totius vniuerſi nõ erit vnum corpus continuũ ſed cõtiguum. Poſtea autem partes huius corporis ſpecie differẽtes aut erunt finite. aut infinite finite autem numero eſſe non poſſũt ſi ex eis cõpoſitũ eſt infinitum niſi altera illarum ſit infinita. hoc autem poſito ſequetur corruptio aliarũ propter prelium contrarie virtutis ſicut dictum eſt prius vnde nullus antiquorum naturalium dixit ignem eſſe infinitum nec terram propter contrarias qualitates licet quidam poſuerunt aerem aut aquam aut ipſorum medium infinitum eſſe propter carentiam contrarietatis que tenet rationem cuiuſdam medij in qualitate ſicut tenent medium locum. Nam vnius cuiuſqꝫ iſtorum locus eſt manifeſtus et terminatus quia medium eſt inter ſurſum et deorſum. Si autem corpora ex quibus totum infinitum cõponitur fuerint infinita et ſimplicia et loci erunt infiniti eis correſpondentes cum vniuſcuiuſqꝫ ſit proprius locus Elementa etiam ex quibus ſit totum erunt infinita. Si autem hoc eſt impoſſibile et loci finiti ſunt et totum finitum eſſe neceſſe eſt cum impoſſibile ſit non cõmenſurari locum et corpus locus enim vniuerſi non eſt maior q̃ corpus quod in ipſo contingit eſſe. Similiter nec corpus eſt infinitum excedens locum quia aut eſſet vacuum in quo poneretur idem quod in corpore excederet locũ aut corpus aliquod nuſq̃ aptũ natum eſt eſſe ꝙ ambo impoſſibilia ſunt.

Capitulum. xj. quod ſic incipit. Anaxagoras autem conuenienter dicit et c̃. Primo probat tripliciter ꝙ nõ poteſt eſſe infinitũ ſe ipm̃ fulciẽs et loco carẽs ſecũdo tripliciter ꝙ nõ poteſt eſſe corpus ſenſibile infinitũ in loco extrĩſ.

Naxagoras autem inconuenienter loquitur de quiete infinite dicens ipſum ſe ipm̃ ſuſtentare eo ꝙ eſt in ſe ipo et nichil eſt extra continens ipm̃ adiungẽs vnũquodqꝫ ibi eſſe ubi aptum natum eſt. Hoc autem non eſt verũ primo

quia aliquid erit violenter alicubi et tunc conſtat ꝙ non eſt ubi aptum natum eſt. Preterea ſi maxime propter hoc non mouetur vniuerſum infinitum quia fulcit ſe ⁊ eſt in ſe ipo neceſſe eſt ipm eſſe imobile. Dicenda igitur eſt cauſa ꝑpter quaꝫ nõ ſit aptum natum moueri quia om̄e imobile habet cauſam propter q̄m caret aptitudine ad motum nec ſufficit dicere aliquid idcirco eſſe imobile quia aptum natum eſt quieſcere. eſt eim aliquod non motum ꝙ hoc aptum natum ſit quieſcere. alia tamen cauſa eſt quietis q̄ꝫ ſola aptitudo verbi gratia. terra in medio non mouetur nec moueretur ſi eſſet infinita quia prohiberetur moueri a medio in quo tamē nõ quieſceret propter hoc ꝙ haberet cui inniteretur nec quia apta nata eſſet ſic quieſcere et ſi forte liceret dici de ea nunc ꝙ fulcit ſe ipam nec hoc habet cauſa quietis eius in medio. Sed quia habet grauitatem naturaliter autem om̄e graue propter grauitateꝫ manet in medio. Si ergo in terra etiam ſi ſit infinita aptitudo non eſt cauſa quieſcendi in medio ſꝫ grauitas et infinitum ſimiliter in ſe ipo quieſcit hoc non habet qꝛ infinitum nec quia fulcit ſe ipm ſed propter aliam cauſam. Similiter autē ſi infinitum quieſcit hoc nõ habet quia infinitū nec fulcit ſe ipſuꝫ ſed propter aliam cauſam quieſcit in ſe ipſo et quelibet pars eius per ſe accepta quieſceret manens in ſe ipſa et fulciens ſe quia totius et partis eſt idem locus ſicut totius terre et vnius boli eius. Si ergo infiniti locus eſt ipm met. quia in ſe ipſo quieſcit idem erit locus partis cuiuſlibet et manebit in ſe ipſo. Omnino autem manifeſtuꝫ eſt impoſſibile eſſe hec duo ſimul verificari videlicet corpus vniuerſi eſſe infinituꝫ et locuꝫ quēdam eſſe cuiuſlibet corporis ſi om̄e corpus ſenſibile habet grauitatem aut leuitatem et ſi graue naturaliter fertur deorſum leue autem ſurſum. his enim poſitis neceſſe eſt corpus ſenſibile infinitum propter grauitatem et leuitatem ferri aut ſurſum aut deorſum impoſſibile eſt eniꝫ oēm partem loci totius eſſe utrūqꝫ. ſ. ſurſum et deorſum aut mediuꝫ locum naturaliter recipere utrūqꝫ ſcilicet habens grauitateꝫ et leuitateꝫ ſed non poteſt locus infinitus diuidi ita ꝙ vna pars eius ſit ſurſum et alia deorſum et vna ultimū alia mediuꝫ quia tunc eſſet infinitus ergo nec eſt corpus ſenſibile infinitum. Preterea om̄e corpus ſenſibile in loco eſt loci autem ſpecies et differentie ſunt ſurſum ante retro dextruꝫ et ſiniſtrum que non ſolum reſpectu noſtri ſed in ipſo vniuerſo determinate ſunt. hoc autē impoſſibile eſt infinito eſſe. Similiter autem ſi eſt impoſſibile locuꝫ eſſe infinitū cum om̄e corpus ſit in loco impoſſibile eſt corpus eſſe infinitum. locum autem non eſt poſſibile infinitum eſſe quod eniꝫ in loco eſt alicubi eſt et econtrario. Sicut eniꝫ nullaꝫ quantitatem poſſibile eſſe infinitaꝫ. quia oīs quantitas eſt determinata naꝫ quodlibet quātum eſt tricubitum vel alterius determinate menſure quantuꝫ eim ſeruat certam determinationem ſicu quod eſt in loco eſt alicubi et hoc eſt aut ſurſum aut deorſum aut aliqua predictarum ſex diſtantiarum quarum vniuſcuiuſqꝫ eſt aliquis terminus et finis.

Capitulum. xij. quod ſic incipit. Quodquidem igitur actu non ſit corpus infinitum et c̄. Primo oſtendit quod eſt dare infinitum in potentia non quidē ſed aliquando factum eſſe ſed ad ſemper fieri. ſecundo ꝙ hoc aliter eſt in permanentibus aliter in ſucceſſiuis. tertio ꝙ infinitum in diuiſione arguit infinitum in appoſitione. quarto quid de infinito dixerit plato.

Quod quidem non ſit infinitum corpus in actu patet ex dictis. Quod autem multa impoſſibilia accidant ſi ponatur ſimpliciter infinitum non eſſe manifeſtum eſt. primo ex hoc ꝙ tempus habebit principium et finem. Secundo

ꝙ magnitudines non erunt ſemper diuiſibiles. tertio quia numerus non poterit ſemper augeri cum ergo determinatum ſit et hoc participare infinitatem et infinitum actu non eſſe videtur contingere aut ipſum aliquo modo. aliquo modo non eſt. dicitur enim aliquid vno modo eſſe in actu completo. alio modo in actu admixto potentia.

Infinitum igitur tam appoſitione ꝙ diuiſione eſt non primo modo ſed ſecundo. ſcilicet potentia magnitudo enim non eſt actu infinita ut dictum eſt tamen eſt diuiſibilis in infinitum non enim eſt difficile improbare dictum illorum qui diuidentes lineas reſoluunt eas uſqꝫ ad puncta vel athomos indiuiſibiles tanꝙ ad lineas indiuiſibiles. Relinquitur ergo infinitum quod non eſt actu eſſe in potentia. Nec oportet ſic intelligere infinitum eſſe niſi potentia deducatur ad actum ſicut dicimus. hoc ita eſt in potentia ſtatuā. quia aliquando erit actu ſtatua. hoc enim modo non eſt ita infinitum potentia quod aliquando erit actu ſed eſt in potentia ad ſemper fieri ſucceſſiue. Sicut dies et agō ſunt ſemper in potentia ad ſemper fieri ſucceſſiue In his enim potentia eſt actui permixta. Agon fit enim in monte olimpho quod eſt partim in poſſe fieri et partim in actu fiendi. Aliter autem eſt infinitum in tempore et ſucceſſione hominuꝫ et aliter in diuiſione magnitudinis. Omnino autem infinitum eſt ſemper aliud et aliud accipiendo et acceptum quidem eſſe finitum nec idē accipitur bis ſed ſemper alterum poſt alterum propter quod non oportet intelligere ipm̄ eſſe quoddam aliquando actu ens. ſicut eſt homo aut domus ſed potius ſicut ens in ſemper fieri ut dies et ſic non eſt ut quedam ſubſtantia aliquando facta ſed eſt ſemper in continuo fieri aut corrumpi alterum poſt alterum hec tamen ſucceſſio alterius poſt alteruꝫ in magnitudinibus ſic accidit ꝙ id quod accipitur per diuiſionem permanet in ſucceſſione autem hominuꝫ et tempore fit corruptis acceptis et hoc ſemper alijs ſuccedentibus ita ꝙ non deficiant. Quod autem eſt infinitum in appoſitione correſpōdet ei quod eſt ſcd̄m diuiſionem infinitum enim in appoſitione fit econtrario infinito in diuiſione qꝛ quod per hanc ab aliquo accipitur poteſt alteri opponi. ſicut igitur quod diuiſum videtur per diuiſionem ire in infinitum. Ita appoſitio etiam infra determinatam quantum poteſt eſſe in infinitum. In magnitudine enim finita ſic accipitur eſſe infinitum potentia ꝙ ſi quis diuidat eam ſcd̄m eamdem rationem ſeu proportionē non accipiendo ſemper eamdem quantitatem procedet diuiſio in infinitum nec conſumetur per talem diuiſionem id quod eſt finitum. Si vero non ſeruata eadem ratione ſemper accipiat eamdem quantitatem ſtabit diuiſio ad aliquid quod nō poterit diuidi amplius in partibus eiuſdem quantitatis eo ꝙ om̄e finitum conſumi poteſt accipiendo ab eo multotiens aliquod finitum. Aliter quidem igitur id quod eſt finitum non eſt infinitum niſi potentia et diuiſione in fieri actu autem eſt admixto potentia ſicut dies et bellum. potentia vero ſicut materia que ſucceſſiue poteſt recipere formam poſt formam. Et ideo non eſt ſic actu tantum eſſe quantum poteſt eſſe potentia. in infinito autem ſcd̄m diuiſionem ſemper eſt accipere aliquid extra quodlibet acceptum. In appoſitione autem infinitum ſic habet ſe ꝙ quantum per appoſitionem non excellit oēm magnitudinem determinatam In diuiſione autē excellit omnem determinatam quia ſemper per diuiſionem tenditur ad minus ꝙ ſit id quod diuiditur propter quod non eſt poſſibile ſecundum appoſitionem excellere oēm magnitudinem determinatam quia infinitum non eſt etiam in potentia ad crementuꝫ magnitudinis infinite cum nec per ſe nec per accidens poſſibile ſit talem magnitudinem eſſe per accidens quidem non ſicut dicebant quidam naturales extra corpus mundi

eſſe infinitum cuius ſubſtantia eſt aer aut aliquod corpus ſimplex per ſe etiam non eſt poſſibile eſſe corpus infinitū actu nec potentia ſcōm appoſitionem deducibilem ad actum licet poſſet appoſitio ſemper fieri in infinitum econtrario diuiſioni. Plato autem propter infinitatem appoſitionis et diuiſionis duo dixit eſſe infinita videlicet magnum et paruum volens ꝙ in augmentum ſint et in diminutione ſemper ſit excellere quodlibet datum et in infinitum abire. faciens tamen duo infinita non utitur eis cum in numeris ſcōm diuiſionem dicat eſſe ſtatum ad vnitatem quidem in minimū in eis et in augmentum vadat tantum uſqꝫ ad decem.

Capitulum .xiij. quod ſic incipit. Accidit autem contrarium eſſe infinitum quā ſic dicunt et c̄. Concludit primo ex dicens ꝙ infinitum non eſt extra quod nichil eſt accipere ſed potiꝰ extra quod ſemper eſt accipere per quod differt a toto et perfecto. ſecūdo ꝙ non continet ut totū ſed potius continetur ut pars.

Si igitur predicamẽta diuiſa ſũt in ſubſtãtia quãtitate. qualitate. ubi. qñ ad aliquid actione et paſſione cũ in ſolis tribus ex his cõtingat motũ eſſe: neceſſe eſt tres eſſe ſpecies motus. ſ. quãtitatis qualitatis et ſcd̃m locũ. Scd̃m ſubſtãtiã aũt nõ eſt motus. qꝛ nullũ ens eſt cõtrariũ ſubſtãtie. motus autẽ ſemꝑ eſt ĩter cõtraria. In ad aliquid etiã nõ eſt motus. qꝛ cõtingit vnũ extremoꝝ de nouo referri et diuidi ad aliud ipſo nõ mutato per alterius mutationẽ. et ſic per accidẽs motus ẽ ipſius ad aliquid. Nec ĩ actione et paſſione. qꝛ ipſe fundãtur realiter et materialr̃ ĩ motu. vniuerſalr̃ eĩm nec moti nec mouẽtis eſt motus. qꝛ nõ eſt motus nec mutationis mutatio. qd̃ ſic patet. Primo eĩm cõtingit motũ eſſe alicuiꝰ motꝰ duplr̃. Aut ſicut ſubiectũ. ut ſicut homo eſt ſubiectũ quãdo mutatur ex albo ĩ nigrũ. Ita motus ſit ſubiectũ qd̃ caleſcit aut frigeſcit aut alia mutatione mutat̃ et hoc modo impoſſibile ẽ. qꝛ mutatio cum nõ ſit de genere ꝑmanẽtis: nõ poteſt eſſe d̃ numero ſbõꝝ. Aut motus erit motus ſicut terminus ita ꝙ ex vnã mutatiõis ſpe erit trãſitũ in aliã. ſicut homo ex egritudĩe mutat̃ in ſanitatẽ tanꝙ̃ in terminũ. et hoc modo ſimilr̃ eſt impoſſibile ꝙ motus terminet̃ ad motũ niſi per accidẽs. trãſferri eĩm ex vna ſpe in aliã mutatio eſt. ſimiliter generatio et corruptio ẽ mutatio tamẽ inter oppoſita cõtradictione motꝰ aũt nõ eſt inter talia oppoſita ſed inter cõtraria. Si ergo motus terĩatur ad motũ: ſimul ⁊ mutabitur aliquid ex ſanitate ĩ egritudinẽ. nec terĩabitur hec mutatio ad egritudinẽ: ſed ad aliã mutationẽ. et impoſſibile fit id qd̃ mutatur aliquãdo quieſcere cũ infirmat̃ quis per mutationẽ ex ſanitate ĩ egritudinẽ mutatus eſt quãdo quieſcit oĩbus mutationibus ad quas terminate fuerũt mutatiões. quaꝝ termini erãt alie mutatiões. idem ergo ſimul mutatũ erit multis mutatiõibus. Amplius nõ terminabit̃ mutatio in mutationẽ quãcũqꝫ cõtingeret̃ et illa in aliã quãcũqꝫ ſed in oppoſitã. quare oppoſita ſanatio erit terminus egrotatiõis. qd̃ per ſe eſt impoſſibile. licet per accidẽs poſſit cõtingere ſicut quis mutat̃ ex recordatione ĩ obliuionẽ et ecõtrario. qm̃ ſubiectũ cui ineſt utrũqꝫ aliquãdo mutat̃ in ſcientiã aliquãdo ĩ ſanitatẽ. Ampliꝰ ſi mutatio ſit terminus mutatiõis et generatio gñonis: procedit in infinitũ. qꝛ nõ eſt ultima generatio ſine prima. ꝑma quidẽ nõ eſt. qꝛ ſi generatio fiebat per aliã gñonem quãdo eſt terminꝰ ꝑma nõ eſt dum fit nec et erit quãdo ipa terĩabitur ſed ad huc eſt in fieri per ſecundã q̃ eſt ratio eius et ſic ꝑma que ad huc fit per ſecundã: eſt nõdũ facta. cũ igitur aliquid fit ſimplr̃: iam factum eſt per primã gñonem. que iterũ fit per aliã que ẽ terminus eius.

⁊ cum id qḋ fit nō ſit dum fit: nō duꝫ eſt ꝓma generatio ſed alia prior ea terminabitur
ad ipam ⁊ alia ad aliā ⁊ hoc in infinitū ⁊ cum ī infinitis nō ſit primū: nō eſt ꝓma gene
ratio nec aliqua alia cōſequēter ſe habēs. et ſic nichil poterit fieri nec moueri ac muta
ri. Amplius eiuſdē motus cōtrarius eſt aliquis motus ⁊ etiā quies ſicut gñoni con
traria eſt corruptio ⁊ quies ī regenerata. Si ergo generatio terīanr ad corruptionē
ſibi oppoſitā id qḋ fit per gñonem nō ſtatim quādo factū eſt ſed tūc corrūpitur quādo
fit qḋ eſt impoſſibile. qꝛ qḋ fit nō eſt qḋ antē corrūpitur oportet eſſe. Amplius opor
tet materiā ſub eſſe mouēti ⁊ ei qḋ fit pure motuꝫ ſicut corpus aut aīa ſubſunt alterati
⁊ forme q̄ fit per alterationē. Sed motus aut generatē nō poſſit etiā habere materiā
ex qua fiāt. Et iteꝝ oportet motū habere terminū in quē mouet̄ cum ſit ex quodā ī
quoddā q̄ nō cōtingit autē motū aut gñonē eſſe terminū cuꝫ mobile nō moueat̄ quā
do eſt in huiuſmodi termino quō eſt poſſibile ut doctrina q̄ eſt via ad ſciētiā ſit termi9
doctrine q̄ eſt generatio quedā ſciētie. Sic igitur nulla gño eſt termi9 gñonis. Am
plius cum ſint tres ſpēs motus Si motus poteſt eſſe motus neceſſe eſt ut mot9 vni9
ſpēi poſſit eſſe ſubiecta natura alteri motui ⁊ etiā termi9 alterius ī quātuꝫ mouet̄ aliuſ
motus ⁊ ſic cōtinget ꝙ loci mutatio poſſit alterari aut alio motu mutari. Oīm igitur
omē qḋ mouetur mouet̄ altero triū modoꝝ videlicet aut ſcḋm accidēs aut per parteꝫ
aut per ſe. ſcḋm accidēs ſolū motus eſſe motū quēadmodū accidit cum quiſ ſanat̄ cur
rere vel addiſcere ⁊ hāc mutationē ſcḋm accidēs olim proximi9 dimittendā. Oīm
itaqꝫ nec ſubſtātie nec ad aliquid nec actiōis ⁊ paſſiōis eiꝰ motus relinquit̄ ipm eſſe ſo
lum in quātitate qualitate ⁊ ubi. cum ī quocūqꝫ hoꝝ ſit cōtrarietas.

Capl'm. iiij. qḋ ſic incipit. Motus quidē igit̄ ſcḋm qale ⁊c̄. Primo decla
rat noīa cōuenientia ſpēbus motus. ſecūdo ꝙ motus īfra eādem ſpeciē ſcḋm
maius et minus eſt alteratio. tertio ꝙ nō omē ī mobiē quieſcit ſed ſolum illḋ
quod eſt aptum natum moueri.

Omis quidē qui eſt in qualitate dicitur alteratio ſcut ⁊ commune nomē ſibi al-
ludit illud enī in coī nomīe dicitur fieri alteꝝ qḋ ſcḋm qualitatē mutat̄ Ita ta
mē ꝙ qualitas hic nō debet accipi dīa ſubſtātialꝭ q̄ eſt quoddā quale ſꝫ illa
qualitas ſcḋm quā dicitur ſubſtātia aliud pati aliud impaſſibile ut calidū ⁊ frigidū al-
bum ⁊ nigrū in his eī
m cōtingit eſſe alterationē. Quantē eſt ſcḋm quātuꝫ motuſ
nō habet nomē commune toti motui habet tñ noīa propria ſpēbus. nam qui redit ad ꝑ-
fectā quātitatē dicitur augmētuꝫ qui vero ex hac tendit ad imꝑfectā dicit̄ detrimētuꝫ
Qui vero ſcḋm locū in noiatus eſt ⁊ ſcḋm totū ⁊ ſcḋm partes poteſt tamen dici la-
tio licet nō proprie qꝛ illa proprie dicūt̄ ferri que ſic mouētur ab alio ꝙ in ſe ipſiſ nō ha
bent principiū faciendi ſe ſtare ⁊ que nō mouent. ſ. grauia ſe ipſa localiter. Muta-
tio autem q̄ eſt in eadē ſpecie ſcḋm maius ⁊ minus alteratio eſt qꝛ talis motus eſt iter
ea q̄ aut ſunt cōtraria ſimplr̄ aut ſcḋm quid. motū autē ex magis ⁊ minus dicit̄ eſſe in
cōtrariuꝫ magis autē ex minori dicitur ex cōtrario in cōtrariū nichil eīm differt quātū
ad habere naturā motus alteratiōis moueri ex hoc in idē ⁊ econtrario quia talis mo-
tus non indiget niſi ꝙ ſit inter cōtraria aut ſimpliciter. aut ſecundum quid minus au
tem ⁊ magis in eadem ſpecie non dicuntur niſi per habere magis aut minus de con
trario. Quod igitur hi tres ſoli ſunt motus palam eſt. Immobile autem dicitur:
vno modo id quod impoſſibile eſt moueri ſicut ſonus dicitur inuiſibilis. Alio mo-
do ꝙ multo tempore vix mouetur. tertio quod tarde incipit ⁊ hoc eſt quod difficiliter
mobile eſt. quarto ꝙ aptum natū eſt moueri nō tamē tunc mouetur quādo ⁊ ubi ⁊ ſic

eſt aptum natum moueri Et ſolum hoc de numero i(m)mobilium dicitur quieſcere eo ꝙ quies ſic eſt contraria motui ꝙ eſt priuatio eius in ſubſcriptione eius. Quid igit(ur) motus ⁊ quies ⁊ quot mutationes ⁊ quales motus manifeſtum ex dictis.

Capitulum .v. quod ſic incipit. Primo hic dicamus quid eſt ſimul ⁊ c̃. Primo declarat quid ſimul ſeparatū tangere mediū cōſequēter habitū ⁊ continuū. ſecundo quid cōſequēter prius eſt ꝙ̄ tangere ⁊ hoc eſt prius continuo.

Primo hic dicamus quid ſit ſimul ſeparatū tangere mediū cōſequenter habitum ⁊ cōtinuum ⁊ in quibus aptum natum eſt eſſe quodlibet hoꝝ. Simul quidem ſcd̃m locum eſſe dicuntur que ſunt in eodem loco primo. Separata autem que ſunt in alio ⁊ alio loco. Tangunt autē ſe quoꝝ ultima ſunt ſimul. Medium vero eſt in quod aptum natum mutās prius pertingere ꝙ̄ in ultimū in qd̃ mutat ſi continue mutat ſcd̃m naturā ita tamē ꝙ ad minus natura medij conſiſtit in tribus q(uia) ultimū mutatiōis contrariū eſt p̄ncipio mediū quod inter contraria exiſtit. dico autem continue moueri cuius motus apte rei mote aut nichil; deficit aut pauciſſimum ex parte autē tēporis nichil q(uonia)m ſemper continuatur donec durat nichil enim prohibet ex parte rei deficere cōtinuationē ⁊ tamē cōtinuitas motus nō deficiat ſi continuetur ſcd̃m tempus. Sic cōtingit cōtinuari ſonū quādo poſt primā cordā ſtatim tāgitur ultima. Tunc eim tactus cordarū nō eſt cōtinuus. ⁊ tamē ſonus ipſaꝝ in eodē tempore eſt continuus hoc autē ⁊ in his que localiter mouētur ⁊ in alijs mutatiōibus. manifeſtum eſt. Contrariū autē ſcd̃m locum eſt id qd̃ ab alio plurimū diſtat ſcd̃m rectitudinem minima eim linea eſt inter duo puncta et recta ⁊ finita ac per hoc menſura ⁊ extrema ipſius plurimū diſtantia contraria ſunt localiter. Conſequenter eſt illud qd̃ eſt poſt primū ⁊ p̄ncipium in quolibet ordine ſiue ſit ordo ſcd̃m ſitum ⁊ poſitionem ſiue ſcd̃m ſpēm ſiue ſcd̃m alium modū ita ꝙ nichil eiuſdē generis ſit mediū inter id qd̃ eſt conſequēter ⁊ id cui conſequitur ſicut linea ſequens ad priorē eſt conſequenter ſi nulla linea ſit media ⁊ eodem modo cōſeq̄nter eſt vnitas vnitati ⁊ domus domo aliquid autem alterius generis nichil prohibet mediū inter ipſa. Ip̄m etiam conſequēter habet ratiōnē. i. eſt aliquid poſterius ipſo ⁊ ideo vnum nō eſt conſequēter duobus nec p̄ma linea ſecunde ſed econtrario. Habitū dicitur illud qd̃ eſt conſequenter alicui ſi tangit ip̄m. Q(uonia)m autē oīs mutatio eſt inter oppoſita hec ſunt oīa cōtraria ⁊ contradictoria cōtradictionis vero nō eſt mediū. manifeſtū eſt ꝙ medium eſt inter contraria. Continuū eſt aliquid habitum dico autē continuū id cuius eſt vnum ⁊ idē tempus partiū tangētium ſe hoc eim ſeruit eius nomē quaſi cum alio vnum qd̃ nō poteſt eſſe in illis quorum ultima ſunt duo diſtincta. Ex quo patet ꝙ in his tantum eſt continuum ex quibus eſt fieri aptum natum vnum ſecundum tactum ⁊ ſicut aliquid fit continuum ⁊ vnum ita fit vnum totum ſiue accipiat vnitatem per collum ſiue per contactum ſiue per adnaſcentiam ut rami arboris Manifeſtum autem conſequenter prius eſt ꝙ̄ habitum quia cum habitum concludat contactum hoc autem neceſſe ſit cōſequenter eſſe ⁊ non econtrario. quod eim conſequenter eſt non neceſſe tangere id eim conſequitur prius eſt conſequenter ꝙ̄ habitum vnde propter prioritatem conſequenter eſt in numeris qui ſunt priores ſecundum naturam ⁊ rationem in quibus tamen non eſt contactus. Tangere autem prius eſt ꝙ̄ continuum quia ſi eſt continuum neceſſe eſt ꝙ partes ſe tangant. ſi vero alicuius partes ſe tangant non eſt neceſſe ꝙ ſit continuum ut patet in contiguo. Non eim neceſſe eſt ut ultima eſſe vnum ſi ſunt ſimul econtrario autem ſic. ſ. ſi ſunt vnum neceſſe eſt eſſe ſimul. Quare in ſ(ecund)o

que cõtinuatur aliquid alicui ſcðm gñonem eſt ultimis priore applicatione qua ſe tangunt neceſſe eſt eim tangere ſe ſi adnata ſunt in quibus auté nõ eſt contactus in illis nõ poteſt eſſe inſtio. Si igitur vnitas ⁊ pũctum ſic ſunt ſeparata ſicut quidã dicunt impoſſibile eſt ea eſſe idẽ qꝛ tunc punctis ineſt contactus vnitatibus autẽ nõ ſed tamtum cõſequenter punctoꝝ etiam contingit eſſẽ mediũ .ſ. lineã vnitatũ autẽ nõ eſt neceſſe medium eſſe nullum eim eſt vnitatis ⁊ dualitatis. Quid itaqꝫ eſt ſimul ſepsratum tangere medium conſequenter habitum. continuum ⁊ in quibus ineſt quodlibet ipſorum dictum eſt.

Caplm. vj. qð ſic incipit. Unus autem motus dicitur multiplr ⁊c̃. Primo manifeſtat quis motꝰ eſt vnus genere. ſecũdo quis vnus ſpe. tertio qs vnꝰ ⁊ numero ſimplr. quarto ſi idẽ poteſt eſſe qð corruptũ eſt ⁊ poſt factum.

Voniã vnum multiplr dicitur motus eſt vnus genere ſcðm vnã figurã predicamẽti ut loci mutatio. ols loci mutatio eſt cum loci mutatiõne vna genere ⁊ eſt diuerſa genere ab alteratione aut que eſt genee diuerſa. Unus autẽ ſpe eſt qui eſt ad vnã ſpẽm ſpãliſſimã. ut cum multe ſint dñi coloris conſtitutie ſpẽruꝫ aliuꝫ motus ſpe eſt dealbatio idẽ eſt ſpẽs oĩ dealbationi ⁊ denigratio denigrationi Motus autẽ qui ſunt ad ea que ſimul ſunt genera ⁊ ſpẽ nõ ſunt ſimplr vnum ſed ſcðm quid ut doctrinario que eſt ad ſcientiã ſed hec eſt ſpẽs terminatiois ⁊ genus aliarum ſcientiarũ dñiũ in ſpe. Dubitabit autẽ aliquis. motus illi ſunt vnum ſpe quibus idẽ mutatur ab eodem in idẽ iterũ ⁊ iterum. Se im dicatur ſemp eſſe idẽ motus ſpe circulatio motui recto ⁊ voluntario ambulatioi idẽ eſt. Propter qð dicẽdum eſt ꝙ id in quo ſiue ſuper quo eſt motus diuerſũ ẽ ſpe ut circulare ⁊ rectum ⁊ motus ſpe dñt etiam ſi ſint ad eumdẽ terminũ genere. ergo ⁊ ſpe motus ſic eſt vnus

Similiter autem ille motus eſt vnus numero qui eſſentialr ⁊ ſcðm vnitatẽ numeralem eſt vnus ad quẽ requiritur vnitas eius qð mouetur ut homo vel aurum veritas eius in quo eſt motus ut locus vel equalitas vnitas eim generis ⁊ ſpẽi primo attẽdit in motu ex parte in qua eſt. Conſequẽter autẽ ex parte tẽporis vnitas autẽ ſimplr ⁊ ſcðm numerũ requirit vnitatẽ in oĩbus qꝛ ⁊ id in quo eſt motus ut pote qualitas ſiue locuꝫ oportet eſſe vnũ indiuiſibile ut forma ⁊ tẽpus vnũ ⁊ indeficiẽs ⁊ mobile vnũ nõ quidẽ ſcðm accidens ſicut ſcðm accidẽs eſt vnũ album qð contingit fieri nigrum ut coriſtꝰ quem contingit ambulare nec vnum cõmune omuicare ſpẽi ſicut duo homines ſpe vnum ſunt quos contingit ſanari eadem ſanitate oculoꝝ qui motus non eſt vnus numero ſed ſpe. Quando autem idẽ ſubiectum ut ſocrates alteratur iteruꝫ ⁊ iterum alteratione eiuſdem ſpẽi motus talis eſt vnus numero ſi cõtingit aliquid corruptum idẽ numero fieri iterum. Si autem non idẽ nec motus eſt vnum numero ſed ſpecie. Eſt dubitatio huic ſimilis utrum habitus poſſiones que ſunt in corporibus qualis eſt ſanitas ſint idẽ in toto tempore ⁊ videtur ꝙ nõ quia ſubiecta habẽtia tales qualitates reſpectu ipoꝝ ſunt in quodã fluxu. Si igitur ſanitas que fuit diluculo ⁊ que eſt nunc .ſ. meridiana eſt vna ⁊ eadem nõ obſtante fluxu temporis nõ videtur reddi poſſe ratio quare non erit vna ⁊ eadem ſanitaꝫ prius corrupta ⁊ iterum reſtituta

Ad quod dicendum ꝙ licet hic ⁊ ibi videatur eadem ratio eſſe tamen in hoc dñt qꝛ ſanitas continuata habet ſemper modum habitus interrupta ⁊ iterum facta ſequitur actus. Si ergo duo actus quibus bis introducitur illa forma poſſunt eſſe idem actus ⁊ habitus introductus erit idẽ quia vnus habitus numero eſt vnus actus numero non tamen oportet ꝙ ad vnitatem habitus ſequatr vnitas actuꝫ. Quando

igitur interrūpit̄ ⁊ ſcðm actus quibꝰ introducitur habitus non eſt idē habitus nume-ro bis introductus per actum primū ⁊ ſcðm ut ſicut quādo ambulās pauſat nō eſt aūt preambulatio itez alio ambulāte erit alia ambulatio ⁊ nō eadem q2 ſi eſſet. vna ⁊ eadē contingeret idē corrumpi ⁊ fieri multociens. Nec autem dubitationes ſunt extra intentionem que nunc eſt de motu.

Capl'm. vij. quod ſic incipit. Qm̄ autē cōtinuus eſt oīs motus et c̄. Primo declarat ꝙ neceſſe eſt motus qui eſt vnus eſſe cōtinuū. ſecundo ꝙ ad hoc re quaeritur vnum tempus et vnus terminus. tertio ꝙ alio modo dicitur motus vnus quando eſt perfectus.

Quando autē oīs motus continuus eſt cum ſit diuiſibilis ⁊ omē tale continuū neceſſe eſt motū qui vnus ſimplr̄ eſſe cōnnuum ⁊ econtrario ⁊ ideo nō omis eſt continuus omi motui. ſic nec quodcūqz ens eſt continuū cuiūqz ſed illa ſolum quoꝝ ultima ſunt vnum. Quorūdam autē motuuz ultima nō ſunt apta nata eſſe vnum quorūdam ſicut differētia eim ſpecie ⁊ equiuoca nō poſſunt habere eumdē terminū nō eim tanget nec vnum fiet ultimū lineā ⁊ ambulationis motus itaqz qui nec genere nec ſpecie ſunt idē nō poſſunt facere motū continuū ⁊ vnū poſſunt tamē eſſe habiti ad inuicē ſicut currens īmediate fabricitabit poſt curſum ⁊ diffuſio luminis in medio ex lampade loci mutatio poteſt eſſe cōſequenter ſe habens continua autem nō cum ponantur continua quoꝝ ultima vnum ſunt. quare nō contingit in his motibus ad inuicē habiti ergo ⁊ conſequenter eſſe poſſunt continui aut nō cuz ſint ī alio ⁊ alio tempore. continuū autē tēpus eſt ꝑpter continuū motū. cōtinua autē tunc ſunt aliqua cum vnum ultimū ſit eis. Neceſſe eſt igitur motum continuū ⁊ vnum ſimplr̄ eſſe vnius terminū mobilis ⁊ in vno tempore in vno quidē tempore cui nō intercidat quies. quando eim motus deficit neceſſe eſt mobile quieſcere. q2 multi motuſ ſunt ī medio quoꝝ interuenit quies. quare ſi aliquis intercidatur quiete non amplius eſt vnus nec continuus cum ſequente intercipietur autem ſi tēpus in quo nō moueatur mobile in medio ſit. Motus etiā cuius nō eſt vnus terminus ſpecie nō eſt vnus ⁊ continuus. poſito etiā ꝙ tempus ſit vnum q2 ad hanc vnitatē requiritur vnitas ſpeciei ⁊ tēporis nō ſequitur autē ꝙ ſemper motus ſit vnus ſi tempus vnū. Dictum eſt igitur quis motus ſit vnus ſimplr̄. Alio modo dicitur motus vnus ſi eſt perfectus et hoc ſiue habeat vnitatem generis ſiue ſpeciei ſiue ſcðm ſubſtantiam ⁊ vnitatem numeralem q2 ſicut in alijs rebus perfectum ⁊ totum conſiſtunt in vnitate ita ⁊ in motu aliquādo motus tamē imperfectus dicitur vnus ſi ſolum ſit continuus.

Capl'm. viij. quod ſic incipit. Amplius aliter preter predictos ⁊ c̄. Oſtendit primo ꝙ motus dicitur vnus q2 eſt rlāris. ſecundo q2 rlāritas in motu poteſt cauſari ex ſubiecto ⁊ modo. tertio concludit ꝙ ex diuerſis motibuſ non poteſt conſurgere vnus regularis.

Preter predictos modos vnitatis dicitur motus vnus ille qui ē regularis. Irrigularis eī nō videtur vnus eſſe cū ſit diuiſibilis ⁊ difformis. Regularis oūr eſt magis vnus ⁊ rectus videtur autē differre ſicut magis ⁊ minus. In omi autē ſpecie motus poteſt eſſe regularis ⁊ irrigularis naz alterabitur aliquid ⁊ localiter feretur ⁊ augmentabitur ⁊ regulariter ⁊ irrigulariter. Differentia autem irrigularitatis aliquando cauſabitur ex ſubiecto in quo eſt motus Impoſſibile eim eſt motuz regularē eē niſi in magnitudine regulari motus eim reflexi ⁊ obliqui ſunt irrigulares ſicut magnitudineſ in quibuz ſunt quaꝝ pars nō contingit partē regulariter. Aliqū

tamē irrigularitas motus non eſt ex parte eius in quo eſt motus ut locus nec ex parte tēporis nec ex parte termini ad quē ſed ex parte modi q: mobile difformiter mouetur ſcōm velocitatē z tarditatē motus eīm cuius velocitas eſt eadē vniformis regularis eſt cuiuſ autē nō vniformis irrigularis. vnde qm̄ velocitas z tarditas oīs motus differentes ſpe nō ſunt differētie nec ſpēs motus. Similiter nec grauitas z leuitas quibus graue mouetur ad graue ut terra ad terrā. z leue ad leue ut ignis ad ignē cum ex ipſis cauſari poſſit velocitas z tarditas. Motus igitur irrigularis qui tamē eſt cōtinuus ꝓpter cōtinuitatē eſt vnus licet minus ſit vnus ꝙ̄ regularis qd̄ accidit reflexio reſpectu recti. Qd̄ autē minus eſt tale ſemꝑ plus participat de cōtrario. Si autē contingit quēlibet motū qui eſt vnus regularē eſſe z irrigularē nō erūt motus differentes ſpe aliquādo vnus z cōtinuus ſicut nō poſſunt eſſe regulāris quomodo eīm eſt rlāris cōpoſitus ex alteratione z loci mutatione qui cōuenire nō poſſūt in vnum.

Capl̄m. ix. quod ſic incipit. Amplius determinādum eſt quare motuſ cōtrarius motui z c. Premittit pmo diuiſionē quimēbrē. ſecūdo oſtēdit ꝙ nō eſt motus cōtrarius motui penes duos modos illoꝝ. tertio ꝙ eſt cōtrarius qui ē ad terminos contrarios ex contrarijs. quarto ꝙ alio modo eſt oppoſitō in mutationibus ad inuicem.

Eterminādum eſt qualiter motus eſt cōtrarius motui. z ſimiliter qualr̄ quieſ motui ſed pmo inquirendū eſt vtrū motus qui eſt ī eūdem terminū ut eſt ex ſanitate ei qui eſt in ſanitatē ſicut generatio q̄ eſt ex nō eſſe videtur cōtraria corruptioni q̄ eſt iddem nō eſſe. Aut ille qui ex cōtrario incipit ei cōtrarius eſt qui incipit ex alio cōtrario. ut qui ex ſanitate ei qui ex egritudine. Aut qui eſt in cōtrariū alteri qui eſt in aliud cōtrariū ut qui eſt in ſanitatē ei qui eſt in egritudinē. Aut qui eſt ex cōtrario ei qui eſt in eiuſ cōtrariū ut qui ex ſanitate ei qui eſt in egritudinē. Aut q ex vno cōtrario in aliud cōtrariū ei qui ecōtrario. eſt ex ecōtrario in cōtrariū ut qui ex ſanitate in egritudinē ei qui eſt ex egritudine in ſanitatē. neceſſe eīm eſt motū eſſe contrariū motui aut aliquo aut pluribus hoꝝ modoꝝ. cū termino a quo z ad quē nō poſſit aliqd aliter ad inuicē cōtraponi. Motus quidē qui eſt ex cōtrario motui qui eſt in cōtrariū nō contrariatur cū ſit vnus z idē motus vno eīm motu alteratur aliquis ex ſanitate in egritudinē licet ſit alia ratio eius ut mouetur ex ſanitate z alia ut tēdit ad egritudinē. Nec qui eſt ex cōtrario ei qui eſt ex alio cōtrario cū poſſint eſſe ſimul nā ſimul accidit mutari ex duobus cōtrarijs in cōtrariū aut in mediū ſed de hoc dicet̄ poſterius. Preterea magis videtur cauſa cōtrarietatis mutari in cōtrariū ꝙ̄ ex contrario. q: hec. ſ. mutatio eſt receſſus a termino a quo illa. ſ. motus eſt acceptio eius ſecundū ꝙ eſt receſſus a cōtrarietate. primū aūt acquiſitio ipſius. Preterea quilibet motus denoiatur magis ad termino ad quē ꝙ̄ a termino a quo. ut ſanatio a ſanitate in quā eſt z egrotatio ab egritudine. Relinquitur ergo motus eſſe cōtrarij qui ſunt ī cōtraria aut qui ſunt ex cōtrarijs in cōtraria et fortaſſis ibi duo motus habēt idēptitatem q: videntur motus qui ſūt in cōtraria etiā eſſe ex cōtrarijs licet alia ſit ratio eſſe ex cōtrario alia eſſe in cōtrariū. dico autē moueri qui ex egritudine in ſanitatē cōtrariū eſſe motū qui ex ſanitate in egritudinē. Et rationabiliter cōtrarietas motus accipīr ex parte utriuſqz termini q: in hoc differt motus a mutatiōe ꝙ cū mutatio ſit a nō ſubjecto in ſubjectū vel ecōtrario motus etiā eſt a ſubjecto in ſubjectū z ideo cōtrarietas in eo debet accipi ex parte utriuſqz termini ut motus qui eſt ex cōtrario in cōtrariuſ ut qui ex ſanitate eſt in egritudinē ei qui ex egritudine eſt in ſanitatē. Hoc autē mani

feſtum eſt ex inductione quorũlibet motuũ cõtrariorum Egrotari eñi ad ſanari cõtrari atur modo predicto. ſimiliter adiſcere ab alio et decipi per aliũ quia cõtingit et per ſe et per aliũ adiſcere et decipi et moueri ſurſũ et deorſũ ſũt ex cõtrarijs et in cõtraria in lõgitudiñe Moueri etiã ad dexterã et ſiniſtrã ex cõtrarijs et in cõtraria in latitudine ante autẽ et re tro cõtrariãtur in altitudine. Quoniam proceſſus in vnũ oppoſitũ ſolũ nõ eſt motus ſed mutatio ut generatio albi nõ ex aliquo in talibus in quibus nõ eſt cõtrarietas termino rum oppoſita eſt mutatio ex vno oppoſitorum qui ex ipſo ei qui in ipm eſt ut generatio cor ruptioni et remotio acceptioni. quare hee ſunt mutatiões et nõ motus. Motus vero qui ſunt ab extremis in mediũ et hoc dico in cõtrarijs quibus eſt mediũ ponẽdi ſunt eẽ qua ſi in cõtraria quia motus ex utroque extremorum mediũ et ecõtrario utitur medio tanquam cõtra rio utrique ut ex fuſco in albũ tanquam ex nigro. ex albo autẽ in fuſcũ tanquam in nigrũ. Simi liter ex nigro in fuſcũ tanquam in albũ. ex fuſco vero in nigrũ tanquam ex albo fuſcũ eñi me dium ad utrãque quodãmodo dicitur eſſe utrũque nunc dictũ eſt prius. Motus igitur eſt contrarius motui quia habet cõtrarietatem in utroque termino.

Capitulum. x. quod ſic incipit. Quoniam autẽ motui nõ ſolũ videtur eſſe motus cõtrari us et c. Primo declarat quod quies que in termino a quo eſt cõtraria priuationi motui qui ex ipſo termino eſt. ſecũdo quod in mutatioĩbus oppoſitũ earum nõ prope dicitur quies ſed immutatio habens aliquid ſimile quieti.

Quoniã nõ ſolũ videtur motus eſſe cõtrarius motui. verum etiã quies hoc decla rãdum eſt. nã motus eſt ſimpliciter cõtrarius motui cui etiã opponitur quies cum ſit priuatio eius. quies eñi ſcdm locũ opponitur motui locali. Querẽdum autem vtrum quieti in aliquo termino opponatur motus qui eſt ex eodem termino vel ille qui eſt ad ipm terminũ ad quẽ. Ubi manifeſtũ eſt quod cũ motus ſemp ſit inter duos termi nos motui qui eſt ex termino a quo cõtraria eſt quies in eodẽ et ſic motui qui ex vno cõ trario ex quo eſt motus. Cum hoc etiã hẽ quietes que ſunt in duobus cõtrarijs cõtra rie ſunt incõueniẽs eſt eẽ duos motus eſſe cõtrarios et quietes eis cõtrarias nõ eſſe op poſitas inter ſe cum ſint in oppoſitis terminis ſicut eſt quies que eſt in egritudine ei qui eſt in ſanitate. Nam quies que in ſanitate opponitur motui qui eſt ex ſanitate in egritudinẽ quia irrationabile eſt eam opponi motui qui eſt ex egritudine in ſanitatẽ cum iſte motus ſtet et terminetur per ipam quietem et ſic magis aſſimilatur quies motui tali quam oppona tur eidẽ motui cũ ſit quietatio eius et perfectio ad quã tẽdit neceſſe eſt autẽ aut hãc cõ trariari predicto motui aut illã que eſt in egritudine cum nõ cõtrarietur ei illa que eſt in al bedine vel in alia qualitate ſcdm hec nõ cõtrariatur ergo illa que eſt in egritudinẽ. Qui buſcũque nõ eſt eñi cõtrarietas mutatio ex vno illorum oppoſita mutationi in ipm nõ eſt motus ut mutatio que eſt ex ſe oppoſita et mutationi que eſt in eſſe talium autem pro prie non eſt quies ſed quedam immutatio. Si autem in talibus mutationibus eſſe aliquod ſubjectum in actu immobilitas que eſt in vno oppoſitorum ut in eſſe contra ria erit ei que eſt in altero ut in non eſſe. Si vero nihil actu eſt eis ſubjectum dubita tur vtrum contrarie ſint ad inuicem. Ulterius ſi talis immutatio eſſet quies aut non omnis quies eſſet contraria motui aut mutatio ei oppoſita ut generatio et corruptio eſſent motus ex quo patet quod immutatio non eſt dicenda quies. Sed hee mutationes non ſunt motus eſt tamen in aliquo ſimilis quieti. quia immutatio que eſt in eſſe op ponitur mutationi que eſt ex eſſe. Nam aut nulli contraria eſt aut mutationi que eſt in non eſſe. ſ. corruptio in hoc autem eſt ex ipſa et ſic eſt ex eſſe generatio autẽ non eſt que eſt in ipſa.

Capl'm.xj.quod ſic incipit. Dubitabit autē aliquis quare in mutatione que eſt vel ꝙ eſt ſcdm locum ⁊c. Primo determinat ꝙ ſicut in motu locali eſt motus ſcdm naturam ⁊ extra naturam ita in aliis motibus ⁊ mutationibus. ſecundo ꝙ dupliciter contrariatur motus motui ⁊ quies motui ⁊ quieti.

Dubitabit autē aliquis utrum ſicut in mutatione ſcdm locū eſt moueri ſcdz naturā ⁊ preter naturā ita ſit in aliis. Et videtur ꝙ nō q2 nō videtur vno alteratio magis eſſe naturalis ꝙ alia ut ſanatio magis ꝙ egrotatio nec albatio ꝙ nigratio. Similiter nec vna augmentatio ꝙ alia nec vna corruptio ſiue generatio ꝙ alia. Nam oīs generatio videtur eſſe ſcdm naturā corruptio autē ⁊ ſeneſcere extra naturā. ad qd dicēdum ꝙ ſi illud eſt extra naturā quod eſt per violentiā erit aliqua corruptio cōtraria corruptioni per hoc ꝙ ea q̄ eſt per violentiā cōtingit extra naturā. Similiter quedā gn̄ones ſunt violente ⁊ nō facte.i.nō ordinate q2 non ſunt ſcdm ordinē naturalē quibus cōtrarie ſunt que ſcdm ordinē ſiunt. Quedā autē augmenta ſunt violenta ut augmēta pubeſcentiū que fiunt velociter ꝓpter multitudinē alimenti ⁊ tritici cito augmētata ante conſtrictionē. In alteratione quoqz cōtingit ꝙ alique ſūt violente ⁊ extra naturā ut ſanitates facte in diebus non creticis. Alie vero naturales ut facte in creticis ⁊ ſic aliqui alterātur extra naturā alii ſcdm naturā. Ex dictis patet ꝙ corruptio nō ſolū eſt cōtraria generationi verūetiā corruptioni ſed differēter q2 generationi opponitur ſimplr ⁊ per ſe corruptioni autē alteri altera opponitur per accidens ut per eſſe ſcdm naturā ⁊ extra naturā ſicut opponeretur dulce ⁊ triſte ſi vna eēt dulcis alia triſtis. Omnis autē motus ad inuicē ⁊ etiā quietes dicto modo cōtrarii ſūt per eſſe ſcdm naturā ⁊ extra naturā ut motus ſurſū ſicut eīm ignis ſcdm naturā fertur ſurſum terra deorſū q̄ ſunt cōtrarietates loci ita ignis ſcdm naturā fertur ſurſū deorſū autē extra naturā qui ſunt motus cōtrarii ipſius. Et ſimiliter quies ſurſū motui deorſum cōtraria eſt terre eīm quies ſurſum que eſt extra naturaz motui eius deorſum qui eſt ſecundum naturam contraria eſt ⁊ ſic motui contraria eſt quies per eſſe ſecundum naturam ⁊ extra naturam ſicut etiam motus motui contrarius eſt.

Capl'm.xij.qd ſic incipit. Habet autē dubitationē ſicut oīs quietis ⁊c. Primo determinat ꝙ quietis violēte nō eſt per ſe generatio. ſecundo ꝙ cōtraria eſt quies motui nō obſtāte ꝙ id qd mouetur partim ſit in termino in quo quieuit ⁊ partī in terīo ad quē. tertio ꝙ vni motui naturali contrarius ē alius naturalis ⁊ aliquis qui eſt cōtra naturā. quarto ꝙ magis cōtrariatur motui motus ꝙ quies.

Dubitatur vtrū oīs quietis q̄ nō eſt ſemꝑ qualis eſt violēta ſit per ſe generatio faciēs quieſcere ⁊ ſtare hoc mobile qd violēter alicubi quieſcit. Et patet ꝙ nō q2 ſi terre manētis ſurſū extra naturā ſit generatio quādo ipſa ferebatur ſurſuz ubi ſtat violēter generatio talis terminatur naturaliter ad hāc quietē qd eſt impoſſibile. q2 id qd quieſcit quiete naturalr̄ introducta ſemꝑ ſtat ⁊ etiā velocius fertur quādo appropinquat ad locū in quo quieſcit cuius cōtrariū eſt in eo cuius quies eſt violēta erat itaqz aliqd quieſcēs violēter nō factū per ſe quieſcēs. Amplius quieſcere ⁊ ſtare aut oīo eſt illud qd ferri in ꝓpriū locū aut ſimul euenit cū tali motu qd nō eſt in quiete violēta. Dubitatur eīm ſi cōtraria eſt quies qua aliquid alicubi quieſcat motui quo inde recedit eſt id qd mouetur adhuc participat de terīo in quo ꝙ tūc duo cōtraria erūt ſimul.

Dicēdum ꝙ mobile dū mouetur eo modo quieſcit quo participat terminū a quo ⁊ ſi manet ſcdm quid ⁊ nō ſimplr̄ oīo eīm qd mouetur partim eſt ī termino a quo ⁊ partim

in termino ad quē. vnde magis cōtrariaꝛ motus motui ꝙ quies. Et quęraꝛ quomodo poteſt eſſe quies preter naturā cū motui qui preter naturā ſit oppoſita quies naturalis. Dicēdum ꝙ hoc nō eſt incōueniēs quoniam aliquid poteſt quieſcere alicubi violēter cuius quies eſt ſine gn̄one q̄ naturaliter tēdit ad ipam quia ſicut moueꝛ aliquid preter naturā ita poteſt quieſcere preter naturā. Dictū eſt de quiete ⁊ motu quō ſūt idē vel diuerſa. Quoniam autē quibuſdā ineſt aliquis motus ſcd̄m naturā ut igni ferri ſurſum ⁊ alius preter naturā ut eidē ferri deorſū. quare utrū cōtrarius ſit iſte motus illi aut motui ignis ſurſū cōtrarius ſit motus terre ſcd̄m naturā deorſū. Dicēdum ambo motus vni cōtrarij ſunt ſed diuerſimode quia motui ignis ſurſū entis ſcd̄m naturā cōtrarius eſt motus eius deorſū tanꝙ exiſtēs preter naturā. terre autem deorſum motus contrarius motui ignis ſurſum. cum ambo ſunt ſcd̄m naturam ad contraria loca. Forte autē cōtrariaꝛ motus quieti nō ſimplr̄ ſed ſcd̄m quid quia cum moueꝛ aliqd ad huc participat aliqualiter terminū a quo. vnde ſi cōtraria eſſet ſimplr̄ quies motui ſimul exiſterent cōtraria cum id qd̄ mouetur aliquatenus adhuc quieſcat participādo terminū a quo ꝙ eius qd̄ moueꝛ aliquid ſit in termino a quo aliquid i termino ad quē. ꝓpter qd̄ magis eſt cōtrarius motui motus ꝙ quies. Quies igitur motus eſt vnus ſimplr̄ ⁊ de quiete dictum eſt.

Libri ſexti Caplm̄ primū qd̄ ſic icipit. Si aūt eſt cōtinuū ⁊ qd̄ tāgiꝛ ⁊c̄. Probat ꝙ nullū cōtinuū cōponitur ex idiuiſibilibus. pmo quia indiuiſibilia nō poſſūt ad inuicē eſſe cōtinua. ſecundo quia nō poſſunt eſſe cōtigua. tertio quia nō ſunt cōſequenter ſe habentia. quarto quia in ipſa nō reſolviꝛ cōtinuum.

Si ratio cōtinui cōtigui ⁊ cōſequēter talis eſt qualē diffinivimus i quinto videlicet cōtinua ſunt quoꝝ ultima ſunt vnū. cōtigua quoꝝ ultima ſimul. cōſequēter vero quoꝝ nichil eſt mediū ꝓprij generis: impoſſibile eſt cōponi cōtinuū ex indiuiſibilibus. verbi gr̄a. linea ex punctis. ſi ipſa eſt continua ⁊ puncta indiuiſibilia. Indiuiſibiliū enim ut punctoꝝ ultima nō ſunt vnū. cum nō habeāt ultima. Nec etiā ſunt eoꝝ ultima ſimul. quia impartibilis nō eſt aliqua pars ultima ⁊ alia cuius ſit ultima. Amplius neceſſe eſt aut talia. ſ. puncta eſſe cōtinua aut cōtigua: ſi ex eis debet fieri vnū. cōtinua quidē nō erunt ꝓpter predictā rationē. Cōtigua vero eſſe nō poſſunt. quia nō poteſt pars vnius tāgere partē alterius nec pars totū cum careāt parte. oporteret ergo ꝙ totū tāgeret totū. id autē cuius totū tāgit totū nō eſt cōtinuū de cuius ratione eſt qd̄ habeat partē extra partē ⁊ diuidaꝛ indiuiſibilia q̄ ſint cōtinua ⁊ diſcreta in loco. At vero nec indiuiſibilia cōſequēter ſe habēt ad inuicē. cum ſemꝑ aliquid eius generis ſit mediū ipſoꝝ. quēadmodū duoꝝ punctoꝝ ſemꝑ medium eſt linea. Amplius ſi ex indiuiſibilibus eſſet cōtinuū: reſolueretur in ipſa. cum vnūqdq̄ diuidatur in ea ex quibus eſt. Nec poteſt poni mediū alterius generis inter diuiſibilia ut ſic ex ipſis reſultet cōtinuū. quia tale mediū aut eſſet diuiſibile aut idiuiſibile Si diuiſibile. aut in ſemꝑ diuiſibilia ⁊ tale eſſet cōtinuū ac per hoc nō iam eſſet alterius generis. aut indiuiſibilia qd̄ eſt impoſſibile quia tunc indiuiſibile tāgeret aliud medium indiuiſibile ⁊ eadem ratio eſt ſi illud medium eſſet indiuiſibile.

Caplm̄. ij. quod ſic incipit. Eiuſdem autem rationis eſt magnitudinem ⁊c̄. Primo probat ꝙ ſi magnitudo componitur ex indiuiſibilibus motus componitur ex momentis. ſecundo oſtendit hoc eſſe impoſſibile ꝓpter tria.

Juſdem autem rationis eſt magnitudinē tp̄s ⁊ motum cōponi ex indiuiſibilibus aut diuidi in ipſa indiuiſibilia. quia aut oīa aut nullū horum tale eſt. Si

eim magnitudo cõpõitur ex tribus partibus indiuiſibilibus ut puta.a.b.c.⁊ motus quo mobile aliqđ puta.o.motũ eſſe etiã ſupra ipã: cõponitur ex tribus motibus indiuiſibilibus vʒ.d.e.ʒ.correſpõdentib9 tribus partibus indiuiſibilib9 magnitudĩs. Sꝫ per preſente motu neceſſe eſt mobile ptranſire aliquã partẽ ſpacij.⁊ ſi mouetur aliqđ mobile: neceſſe eſt motũ adeſſe.ex quo ſequitur motũ eſſe ex indiuiſibilib9 ſi magnitudo eſt ex ipſis.mobile.n.o.motũ eſt per ſpaciũ magnitudĩs indiuiſibilis q̃ eſt.a.motu.d.⁊ per.b.motu.e.⁊ per.c.motu.ʒ. Cum ergo hec tria.a.b.c.ſint partes indiuiſibiles magnitudĩs.d.e.ʒ.erũt partes indiuiſibiles magnitudĩs motus.hoc autẽ impoſſibile eſſe ſic patet. Supponatur pͥmo ꝙ mouetur ex termino ad terminũ: ipoſſibile eſt ſimul moueri ⁊ motũ eſſe ad terminũ ad quẽ. ut euntem thebas ipoſſibile eſt ſimul ire ⁊ perueniſſe illuc. Si ergo mobile.o.motũ eſt ſup magnitudinẽ impartibilẽ q̃ eſt.a.in ea: motus affuit ipſi mobili. Si igitur poſteriꝰ motũ eſt ⁊ prius mouebatur in ea: oportet ipam diuiſibilẽ eſſe.qꝛ cũ moueretur ⁊ veniret ad motũ eſſe tunc nec quieſcebat nec trãſierat ipaʒ.ſed erat in veiendo qđ ẽ mediũ inter quieſcere ĩ termĩo a quo ⁊ trãſiſſe totũ ſpaciũ. Si vero ponatur magnitudo.a.indiuiſibilis: mobile ſimꝉ veiebat ⁊ venit ad ipam.⁊ ſic veiens dum venit iam puenit.⁊ motuʒ eſt ubi mouebaꞇ qđ eſt impoſſibile. Si autẽ dicitur ꝙ mobile mouerꞇ ſuper totã magnitudinẽ.a.b.c ſuper nullã eius partẽ mouetur ſed tãtum motũ eſt ⁊ quelibet eſt ĩpartibilis: ſequitur ꝙ totus motus eius cõponaꞇ nõ ex motibus ſed ex momẽtis indiuiſibilibus. Preterea aliquid nõ motũ erit motũ qꝛ ipm mobile trãſiit quãlibet partẽ qn̄o peruenit ad finẽ magnitudĩs.trãſiuit ergo partẽ.a.nõ trãſiens ipam.cũ nõ affuerit ei motus ĩ ipa hanc ergo trãſiuit nõ trãſiens hãc. Preterea neceſſe eſt om̄e mobile ſup quãlibꝫ magnitudinẽ aut moueri aut quieſcere quãdo eſt ĩ ea.ſed mobile.o.ſupra quãlibet partiũ.a.b.c.quieſcit cum nõ habeat motũ ſuper eas.⁊ ſuper totã mouetur ſi totã trãſit: ergo ſimul mouetur ⁊ quieſcit in tota.ex quo eim ſcðm quãlibet partẽ quieſcit: ⁊ ſuper totã ſimiliter q̃ cõponitur ex partibus.ſup quas tamẽ nõ ponitur moueri. Preterea ſi partes ex quibus cõponitur motus ꝓportionãtur partibus magnitudinis motus: preſẽte vna parte talis motus ipſi mobili: nõ mouebitur.cũ talis pars nõ ſit ei preſens niſi quãdo eſt in vna parte indiuiſibili magnitudĩs in qua parte nõ mouetur.et ſic preſente motu mobile non mouebitur. Si vero tales partes non ſunt motus: componetur totus motus ex momentis non ex motibus.

Capitulum tertium quod ſic incipit. Similiter autem neceſſe eſt longitudini ⁊ c̃. Primo ſupponit tria que conueniunt velociori mobili in comparatione tardioris. ſecundo ex eis probat ꝙ tempus proportionatur magnitudini in continuitate.tertio ꝙ infinitate ex finitate.quarto concludit ꝙ nullum cõtinuum componitur ex indiuiſibilibus.

Jcut motus ꝓportionatur magnitudini: ita utriqꝫ eoꝝ neceſſariũ eſt ꝓportionari tẽpus.ita ꝙ ſi illa ex indiuiſibilib9 cõponũtur: ⁊ tẽpus neceſſe eſt ex nũc indiuiſibilibus cõponi. Et ſi magnitudo in magnitudines ſic eſt diuiſibilis ꝙ velox tranſit minorẽ in minori tẽpore: oportet et tẽpus eſſe diuiſibile ⁊ econtrario ſi tẽpus in quo aliquid pertranſit ſuper magnitudinẽ.a.eſt diuiſibile.⁊ hec magnitudo etiã diuiſibilis erit.nõ quidẽ in impartibilia: ſed in magnitudines.eo ꝙ impoſſibile ẽ aliqđ cõtinuũ cõponi ex indiuiſibilib9 magnitudo aũt eſt quod ẽ cõtinuũ. Neceſſe

eſt igitur ipſum velocius in equali tempore pertranſire maius ſpacium. ⁊ in minori
tēpore plus pertranſire per minus ſpaciū. neceſſe eſt igitur velocius in equali tēpore
plus. ⁊ in minori etiā plus. ⁊ etiā in minori equale pertrāſire. ſic eni quidā diffiniūt ve
locius. Plus quidē in equali tēpore trāſit: qꝛ tardius nō pertingit in eodē tēpore
ad terminū ad quē puenit velocius. In minori etiā tēpore plus poteſt ptranſire. qꝛ
in eo eſt iuxta terminū ad quē pertingit in equali tēpore: quo aut vix illū pueniat tardi
us. In eodē ſimiliter ⁊ minori poteſt tranſire equale ſpaciū. qꝛ ex quo in minori po
teſt trāſire: amplius in minore ꝙ ſit hoc minus pertrāſibit minorē magnitudinē q̄ po
terit equalis eſſe illi ꝙ tardius tranſibit in maiori tempore. Preterea equalem mag
nitudinem non tranſibit in maiori tempore qꝛ tunc eſſet tardius nec in equali quia ſic
eſſet eque velox reſtat ergo ꝙ in minori. Qm̄ autem omnis motus eſt in tempore.
⁊ in omi tempore eſt poſſibile aliquid moueri: contingit etiam velocius ⁊ tardius ali-
qua moueri: ex quo neceſſe eſt tempus eſſe continuū cum ſit diuiſibile in ſemper di
uiſibilia. hoc eīm dicitur eſſe continuum. Quod autē tempus ſic diuidatur: ſic pa
tet. oſtenſum eſt ꝙ velocius trāſit equale ſpacium magnitudinis in minori tempore.
velocius ergo mobile. a. magnitudinem. c. d. tranſibit in minori tempore ꝙ tardius
mobile ſcilicet. b. In hoc autem tempore minori tardius non totam magnitudinē
c. d. tranſibit: ſed partem eius. q̄m partem tranſibit velocius in minori tempore. tar
dius non tranſibit totam hanc partem: ſed partem ipſius. q̄z partem ipſius velocius
tranſibit ad huc in minori tempore. ⁊ ſic ſemper velocius diminuet tempus: ⁊ tardi-
us magnitudinem cum igitur magnitudo eo ꝙ diuiſibilis ſit cōtinua: ⁊ tempus quod
per equales diuiſiones diuiditur neceſſe eſt continuum eſſe. Amplius dici cōſue
uit ꝙ tempus ⁊ magnitudo ad inuicem ſunt continua: qꝛ ad inuicem ſic proportionā-
tur. qꝛ ſi in medio tempore mobile vniforme tranſit mediam magnitudinem: ⁊ totā.
⁊ in minori tempore minorem magnitudinem. quare eadem ſunt diuiſiones tempo
ris ⁊ magnitudinis eorum. Neceſſe eſt etiam tempus ⁊ magnitudinem proportio-
nari ſcd̄m eſſe finitum ⁊ infinitum. ita ꝙ ſi vnum eſt infinitum actu carens terminis
ultimis: ⁊ alterum. ⁊ ſi vnum eſt infinitum carens diuiſione in potentia: ſimiliter et
alterum. ⁊ ſi vnum utroqꝫ modo: ⁊ aliud. Ex quo apparet falſitas zenonis dicen-
tis. ꝙ in qualibet magnitudine ſunt infinita. tempus autem quodlibet eſt finitū. nō
poteſt autem infinitum pertranſiri in tempore finito. ⁊ ideo nichil mouetur Du-
pliciter eīm eſt infinitum. ſ. actu per carentiam terminorum. ⁊ potentia ſcd̄m diuiſio
nem. ſicut autem quelibet magnitudo eſt infinita ſecundo modo: ita ꝙ quodlibet tē-
pus. ⁊ ideo quando magnitudo ſic infinita pertranſitur: hoc non eſt in tempore fini-
to ſed in tempore eodē modo infinito. non eſt autem in conueniens infinitum tranſi
ri in tēpore infinito. Non poteſt autē magnitudo infinita tranſiri actu in tēpore fi
nito. nec ecōtrario. Magnitudo finita in tempore finito. Si eīm mobile trāſit totā
magnitudinē finitā in tēpore infinito: partē illius trāſit in aliqua parte tēporis. ⁊ equa
lem partē in equali tēpore. ⁊ cum partes finite menſurent totā magnitudinē finitam
qꝛ multotiens replicantur aut equātur aut excellunt eam. quare oportebit totum tem-
pus in quo tranſit oēs partes que equantur toti: eſſe finitum qꝛ diuidetur in equales
partes temporis finitas ſicut ⁊ magnitudo. Amplius ſi mobile nō tranſit q̄mlibet
magnitudinem in tempore infinito ſed aliquā partem in finito tempore tranſire con
tingit: in hoc menſurabunt totam magnitudinem aliquociens ſumptam. cum equa-
lem magnitudinē huic tranſeat. ſ. mobile in equali tēpore: oportet tp̄s in q̄ trāſit totā

magnitudinē eſſe finitā. Qđ autē aliquā magnitudinē trāſire poſſit in tēpore finito: patet ꝙ in minori tēpore trāſit partē magnitudinis ꝙ̄ totum. ⁊ hoc minus tēpus neceſſe eſt finitum eſſe: ſi tēpus ponatur finitū ante vel poſt. Eodē autē modo demōſtratur ꝙ magnitudo infinita nō trāſitur in tēpore finito. Manifeſtū eſt igitur ex dictis ꝙ nullū cōtinuum erit indiuiſibile nec cōpoſitū ex indiuiſibilibus. ſi eīm hoc eſſet: cōtingeret indiuiſibile diuidi. Cum eīm in oī tēpore cōtingat velocius ⁊ tardius moueri ⁊ hoc in quacūqꝫ proporcione: accipiatur velocius mobile in ꝓportione emiola q̄ eſt ſexquialtera. ſ. ꝙ cōtinet tātum ⁊ dimidiū: qualē habēt ꝓportionē tria ad duo. Sit ergo tēpus in quo trāſit tardius mobile aliquā magnitudinē cōpoſitū ex tribus nūc indiuiſibilibus velocius autē illo in ꝓportione predicta trāſibit eandē magnitudinē in tēpore cōpoſito ex duobus athomis ſeu vno ⁊ dimidio. ⁊ ſic diuidetur nūc vnū indiuiſibile in duo. nichil igitur continuorum eſt impartibile.

Capłm. iiij. qđ ſic incipit. Neceſſe autē ⁊ ipm nūc ⁊ c̄. Probat pͥmo ꝙ in tempore eſt vnū nunc indiuiſibile. ſecundo ꝙ in ipſo nichil mouetur vel quieſcit. tertio ꝙ nullum indiuiſibile mouetur.

Neceſſe eſt autē ipm nūc ꝙ nō per accidēs dicitur ſed per ſe ⁊ primū. ſ. rez preteriti ⁊ futuri: eſſe vnū ⁊ indiuiſibile in oī tēpore. Supponatur enī ꝙ preteriti eſt aliquod ultimū extra qđ nichil eſt de futuro. ⁊ iterū futuri aliquod eſt primū ante qđ nichil eſt de preterito. ⁊ hoc ultimū ⁊ primū diximus eſſe terminū utriſqꝫ tēporibus. quo demōſtrato eſſe vnū ſcđm ſe ipm: ſimul cum hoc manifeſtū erit qđ eſt indiuiſibile. Unū autē nūc eſſe terminū preteriti ⁊ futuri: eſt neceſſe. qꝛ ſi eſſent plura: nō poſſunt ſe habere cōſequēter cū ſint impartibilia ⁊ ſic tēpus cōpoſitū ex eis nō eſſet continuū nec ſic poſſūt poni duo ut diuiſim accipiātur. qꝛ tūc inter ipſa eſſet tēpus mediū. de natura enī cuiuſlibet cōtinui eſt ꝙ mediū duaꝝ partiū ipſius ſit vni. vo cum partibus. ⁊ ſic cōtinuū inter duos terminos preteriti ⁊ futuri eſſet tēpus mediū qđ eſt diuiſibile cuius vna pars eſſet preteriti et alia futuri qđ eſt impoſſibile. qꝛ aliqđ preteritū factū eſſet in futuro ⁊ futuꝝ in facto. Nam idē nūc mediū ſcđm ꝙ diuideretur determinaret preteritū ⁊ futuꝝ. Preterea ipm nunc nō eſt diuiſibile per ſe: ſed forte per alteꝝ. cum ipm ſit diuiſio tēpoꝝ. Preterea ipſius nūc ſi diuiſibile ſit vna pars erit facta alia futura qđ eſt impoſſibile eſſe eodē. licet igitur tēpus multipłr ſit diuiſibile: ipm tamē nunc idē exiſtēs diuiſibile nō eſt. qꝛ oportet ipm eſſe vnum ⁊ idē ut eſt terminus tēporis utriuſqꝫ. At vero ſi ēt idē: manifeſtū ꝙ eſt indiuiſibile. alias ſequerētur incōueniētia prius dicta. Manifeſtū itaqꝫ ꝙ in tempore eſt aliquid indiuiſibile qđ vocamus nūc. Qđ autē in ipſo nūc nichil moueatur: ſic patet Contingit velocius ⁊ tardius in eo moueri in quo poteſt eſſe motus. Si ergo tardius tranſeat aliquā magnitudinem puta. a. b. in nūc: velocius trāſibit eandē in minori. quod eſſe nō poteſt niſi ipm nunc diuideretur. quod eſt falſum eſt indiuiſibile nichil ergo mouetur in ipſo. At vero nec aliquid quieſcit in ipſo nunc. primo quia in ſolo illo aliquid quieſcit in quo eſt aptum natum moueri. et quando. et quomodo. Sicut ergo nichil eſt aptum natum moueri in nunc ita nec quieſcere. Secundo qꝛ cū ſit idem nunc temporis preteriti et futuri: cum aliquid poſſit moueri in toto preterito et quieſcere in toto futuro: ſi motus et quies eſſent in ipſo nunc: idē in eodem moueretur et quieſceret. Tertio quia proprie illud dicimus quieſcere qđ eodē modo ſe habet nūc ⁊ prius. ſed in ipſo nūc nō eſt prius: ergo nec quieſcere. neceſſe ē ergo ꝙ mouet̄ ⁊ qđ quieſcit hoc hēe in tpe. Omne etiā qđ mutat̄: neceſſe ē diuiſibile eē. Nā ois

mutatio ſic eſt ex quodá in quoddá. q2 id qđ mutatũ eſt in termino ad quẽ mutatũ eſt: nõ plus mutatur. quãdo etiá adhuc ⁊ ipm ⁊ oĩs partes eius eſt in termino a quo mutari debet: nõ dum mutatur. q2 ſimiliter ſe habet ipm ⁊ oĩs partes eius. oportet igit̃ ipm nec ſimplr̃ eſſe in termino a quo nec ſimplr̃ in termino ad quẽ: ſed partim hic et partim ibi. ergo aliquid ipſius neceſſe eſt eſſe in termino a quo aliquid vero in termino ad quẽ qđ nõ poteſt eſſe indiuiſibile. Dico autẽ aliquid eius eſſe ĩ termino ad quẽ nõ quidẽ in ultimo termino: ſed in aliquo termino medio inter ipm ⁊ terminũ a quo. qđ mediũ reſpectu termini a quo: habet rationẽ termini ad quẽ. ſicut qñdo aliqđ albũ mutatur ad nigredinẽ nõ ſtatim fit in nigrũ: ſed pmo in fuſcũ. nõ ergo neceſſe eſt id quod mutatur quando mutatur eſſe ſtatim in quolibet termino ultimoꝝ. manifeſtuꝫ itaqꝫ ꝙ diuiſibile eſt oĩe quod mutatur.

Caplm. v. quod ſic incipit. Motuſ aũt eſt diuiſibilis dupliciter ⁊c. Primo declarat ꝙ motus eſt diuiſibilis ſcđm partes ſuas que ꝓportionatur partibus mobilis. ſecũdo ꝙ ſcđm diuiſionẽ tẽporis. tertio ꝙ moueri eodẽ modo diuiditur quo motus ſimiliter magnitudo ⁊ in id in quo eſt motus. quarto ꝙ diuiſio predictoꝝ accipitur a diuiſione mutãtis tanq̃ a principio.

Motus eſt diuiſibilis dupliciter. ſ. ſcđꝫ tẽpus. ⁊ ſcđm partes illius qđ mouetur ⁊ hec ſecunda diuiſio ſic patet. Sit mobile. a. c. cuius vna pars ſit. a. b. alia. b. c. moueatur motu qui ſit. d. ꝫ. huius motus vna pars erit vnius partiũ ipiꝰ mobilis. ⁊ alia alterius. neceſſe igitur eſt ꝙ totus motus ſit totiꝰ mobilis qđ ſcđm ipſum mouetur. utraqꝫ eñi pars mouetur ſuo motu qui diuidit totũ ⁊ eſt eius pars. Sicut ergo nulla pars mouetur motu alteriꝰ ſed ꝓprio: ita nõ mouetur motu totius: ſed totus motus eſt totius magnitudinis mote. Amplius quilibet motus eſt alicuius mobilis. totus autẽ motus predictus nõ eſt alicuius partiũ: cuꝫ quelibet ipaꝝ ſit pars ⁊ nõ totũ. nec eſt alterius mobilis q̃ illius qđ mouetur ipſo motu. q2 cuius totius ſunt partes: eiuſdẽ eſt totus motus cuius partes cõueniunt partibus mobilis. vnus etiaꝫ motus eſt pluriũ mobiliũ. totus ergo motus. d. ꝫ. eſt totius mobilis. a. c. Ampliꝰ ſi alius motus eſt totius moti q̃ ille qui diuiditur ſcđm diuiſionẽ partiuꝫ eius: diuidat̃ iſte ſcđs motus. aut igitur equalis. ſi itaqꝫ equaliter partibuꝫ mobilis equalis ẽ motui qui diuiditur ſcđm diuiſionẽ partiũ. ⁊ ſic duo motus eiuſdẽ ratiõis erũt eiuſdẽ mobilis qđ eſt impoſſibile. Si autẽ mobile deficiat a partibus: nõ eſt alicuiꝰ q2 nõ partiũ nec totius eo ꝙ habẽt propriũ motũ ⁊ vnius mobilis ſit tantũ vnus motus. nec alterius mobilis. q2 cũ ponatur eſſe motus totius huius mobilis ſi ſit cum hoc propriuꝫ motus alterius: non habebit vnum ſubiectum continuũ. cum ex his duobus mobile non fiat vnum. Omis autem motus vnus eſt continuus. Et eadem ratio eſt ſi excellant partes mobilis. neceſſe eſt ergo eumdẽ motum eſſe totius qui diuiditur proportionaliter partibus ⁊ equalem eis. hec ergo diuiſio que conuenit motui ſecundũ partes: neceſſe eſt eſſe diuiſibilem. Alio modo diuiditur motus ſecũdum tempus nã q2 oĩs motuꝫ in tempore eſt. hoc autem ſic eſt diuiſibile q2 in minori tẽpore minor motus ⁊ in maiori maior. ideo neceſſe eſt motuꝫ diuidi ſcđm tẽpus. Iteꝝ qm̃ oĩe qđ mouet̃ in aliquo mouet̃. ⁊ eius motꝰ in tp̃e neceſſe ẽ eaſdẽ eẽ diones tp̃is ⁊ motꝰ ⁊ mouẽi eius qđ mouet̃. ⁊ in q̃ eſt motꝰ licet nõ eodẽ modo ſit dio ĩ oibꝰ his. q2 ĩ eis q̃ per ſe hñt rõnẽ q̃nti p ſe ineſt dio ĩ alijs ut ſcđm accñs. Accipit̃ itaqꝫ tp̃s quoddá in q̃ ſit totus motus ĩ quo aliqđ mouetur ſup totá magnitudinẽ. Si igit̃ per totá magnitudinẽ motꝰ eſt ſcđm motũ totũ in toto corpore: ĩ medio tp̃e ꝑ minorẽ magnitudinẽ erit

motū. ⁊ iteꝝ in minori tēpore per minorē. Et ſic ſemꝑ diuidetur motus ad diuiſionē tēporis. ⁊ ecōtrario. Si motus diuiſibilis ſit: ⁊ tempus. q: per totā magnitudinē mouetur toto moto in toto tēpore. et per minorē in medietate ipſius. Eodez autē modo diuidetur moueri ſicut ⁊ motus. q: ſcōm totū motū eſt totū moueri. ⁊ minus ſcōm medium. ⁊ adhuc minus ſcōm medietatē medij. Preterea ipm moueri diuiditur ſecundū partes motus. ita ꝙ ſicut totū ſequitur totū motū: ita ⁊ pars partē. ſicut determinauimus de motu ⁊ mobili: ipm moueri oīm partiū motus eſt cōtinuuz ſicut ⁊ motus. Similiter demōſtrabitur ꝙ magnitudo in qua eſt ⁊ vniuerſalr̄. id in quo eſt mutatum diuiſibilia ſunt. licet aliqua ſcōm accidens. Item qd̄ mutatur ſic eſt diuiſibile: ꝙ oīa alia predicta diuidūtur ad diuiſionē motus. Et eodē modo ſunt finita vel infinita. Ineſt autē alijs diuiſio ꝑ diuiſionē mutātis cui mobili ꝑmo ineſt diuiſibilitas ⁊ īfinitas. de diuiſibilitate ergo dictū eſt ſupra. de infinitate in ſeq̄ntibꝰ dicetur.

Capl'm. vj. quod ſic incipit. Qm̄ autez oē qd̄ mutatur ex quodā in aliquid mutatur ⁊ c̄. Primo demonſtrat ꝙ id quod mutatū eſt quando eſt mutatuz eſt in quo mutatū eſt. ſecundo ꝙ primo mutatū eſſe in inſtanti eſt ⁊ nō in tempore. tertio ꝙ in nullo diuiſibili eſt dare ꝙ primo mutatū eſt probās hoc tam in tempore q̄ in mobili ⁊ etiam in re in qua fit mutatio.

igne: aut alterius rōnis ut duꝝ a nō duro. Qm̄ ergo ſubſtātia corporea et quāta eſt materia augmēti ut eſt actu ſub forma ⁊ hec eadē eſt ſubiectū paſſionū que nō ſunt ſeparabiles actu ſed rōne: manifeſtū eſt ꝙ augmētatio nō eſt trāſmutatio ex quāto in potētia actu nō habēte aliquā magnitudinē. qꝛ ſeparatū eſſet qd̄ eſt comune ad augmentum. qd̄ eſt impoſſibile. Preterea trāſmutatio ex eo ꝙ eſt in potētia tātum ꝓpria eſt gn̄oni. augmētatio autē preexiſtētis quātitatis additamētū ⁊ diminutio minoramētum. ⁊ ideo qd̄ augetur oportet habere actu aliquā quātitatē. ⁊ nō fit augmētū niſi ꝑ actualem magnitudinem que ſit materia eius. quā do autem ex magnitudine in potētia fit magnitudo in actu: magis eſt gn̄o corporis ꝙ augmentum.

Caplm̄. xiij. qd̄ ſic incipit. Suſcipiēdum magis ⁊ c̄. Inveſtigat utrū augmētum fiat per aliqd̄ corporeū vł incorporeū interſit qꝛ ꝗlibet pars aucti ē aucta ⁊ illud qd̄ augetur manet ⁊ ꝓncipiū efficiēs eius eſt alterās.

Via querimus cauſas eius qd̄ augetur ⁊ diminuit: preintelligēdū eſt ꝙ quelibet pars eius qd̄ augetur eſt aucta ⁊ diminuti diminuta. Et hoc adueniēte aliquo ⁊ recedēte. hoc ergo quo adueniente fit augmentū aut eſt corporeū: aut incorporeū. Incorporeū eſſe nō poteſt nec ſeparatū a magnitudine ut preoſtēſum ē. Si autē eſt quid corporeū: ſequitur duo corpora eſſe ſimul. ſ. augēs ⁊ qd̄ augeē qd̄ eſt impoſſibile vnde ⁊ quomodo augmētum fit ex ſimili vel diſſimili ad ſolutionē eorū ꝗ prius dubitata ſunt circa augmētum dico ꝙ eſt impoſſibile. Nec pōt quis dicere ꝙ augmētum fit per gn̄onem maioris ⁊ corruptionē minoris. aut qn̄o aer fit ex aqua tunc eīm maior quātitas facta eſt ex minori talis eīm nō eſt augmētatio: ſed gn̄o ⁊ corruptio. Et ſi dicatur ꝙ licet ſit gn̄o ⁊ corruptio ſubſtātiaꝝ aeris ⁊ aque: tamē ē augmētatio alicuius qd̄ eſt comune utriqꝫ. ſ. corporis. hoc eſt impoſſibile qꝛ augmētati oportet ſubſtātiā ſaluari ſcd̄m formā que eſt ratio eſſendi ſcd̄m exn̄tiā. tria eīm cōcurrūt ad augmētum. primū ꝙ quelibet pars eius qd̄ augetur fiat maior. ſecundū ꝙ fiat aliquo adueniēte. tertiū ꝙ idē qd̄ augetur ſaluet et maneat. qn̄o aliquid gn̄atur ſimplr̄ vel corrūpitur nō manet. Preterea ſi talis gn̄o eſſet augmētatio: cōtingeret augmētum fieri nullo adueniēte ⁊ diminutionē nullo recedēte ⁊ etiā nō manere qd̄ augetur. Si autē queratur quid ſit illud qd̄ augeē utrū illud cui apponiē an illud qd̄ apponitur verbi gr̄a. crus qd̄ augetur aut cibus augēs videtur eīm ꝙ ambo: cum cōtingat fieri ipſa maiora. ut ſi vinū miſceatur aque: plus fit utrūqꝫ. Patet ſolutio ex dictis. qꝛ ſolum illud augeē cuius ſubſtātia manet. tale autē eſt illud qd̄ in mixtione predn̄atur ita ꝙ poteſt facere opus qd̄ cōpetit ſue nature ut ſi vinū fiat maius per admixtionē aque ſolū vinū predn̄ans ⁊ manēs augetur. Mannet autē qn̄o pōt facere opꝰ vini. Et eodē modo eſt in alteratione. ſi eīm manēte ſubiecto aliqua paſſio de numero accidētiū facta ſit ꝗ prius nō erat: alteratio facta eſt ſubiecti manētis. Illud eīm quo mediāte alteratio fit aliquādo nichil patitur nec ſubſtāntia eius alteratur. Quādoqꝫ vero iddem quod eſt materia augmenti alteratur ⁊ patitur ita ꝙ alterans eſt ꝓncipium quod ingrediens accipiat formam illius cui additur ⁊ fiat maius corpus ⁊ ſic augetur illud cui adiungitur.

Caplm̄. xiiij. qd̄ ſic incipit. Qm̄ aūt queſituꝫ ⁊ c̄. Premittit quedā ſuperius dicta ⁊ adiungit quedā pertinētia ad augmētum ⁊ oſtēdit quomodo quelibꝫ pars aucti augetur ⁊ quomodo nō ⁊ quomodo augmētum fit ex ſubſtantia.

Ad ſolutionē eoꝝ ꝗ ꝓrius dubitata ſūt circa augmētuꝫ ꝓmo ſupponaē manere qd̄ augeē ſecūdo ꝙ augmētum fit aliquo adueniente ⁊ diminutio aliquo rece

dente. tertio ꝙ quelibet ſignum ſenſibile in re tali augetur vel diminuitur. quarto ꝙ augmētum nō fit per vacuū. quinto ꝙ duo corpora nō ſunt ſimul. ſexto ꝙ augeri nō eſt per aliqđ incorporeū. Addamus ergo ad predicta ꝙ anomiomera. i. corpora alterius rōnis in toto ꝛ in partibus augētur etiā omiomera. i. partes. eiuſdē ratiōis. augentur eū manus qñ augentur caro os ſanguis ꝛ ſimiles partes eius. q₂ eſt ex his.

Itē in qualibet re habēte formā in materia aliud eſt illud qđ eſt tale ſcđ formā aliđ eſt caro ſcđm materiā. Quālibet igitur partē ſcđm formā ꝛ ſpēm rei aucte augeri verū eſt: nō autē quālibet partē ſcđm materiā. verbi grā. ſi quis mēſurabit plus ꝛ minus aque vna menſura ut vaſe corio: erit aliqñ maior aliqñ minor illa menſura ſcđm ꝙ plus ꝛ minus trāſibit de aqua. qñ ergo fiet maior quelibet pars forme eius augebit ꝛ non quelibet pars corij q̄ eſt materialis vaſi illi. Ratio autem quare in rebus naturalibus quelibet pars formalis aucti augetur ꝛ nō quelibet materialis accipit ex dictis. nam partes materiales fluunt ꝛ nō manēt. partes autē formales manēt. oportet autē manere qđ augetur ꝛ q₂ pars formalis manet. ideo additū aduenit ſibi ꝛ augetur

Hoc autē magis manifeſtū eſt in āmiomeris. verbi grā. in manu q̄ augetur tota ꝓportionabilr in partibus formalibus. ī talibus eīm materiā diuerſā eſſe a forma. magis manifeſtū eſt ꝙ in omiomeris. ſ. ī carne ꝛ oſſe ꝛ qm̄ pars materialis aliquo modo eſt eadē in mortuo ꝛ viuo formalis autē nō: ſic igitur magis dicitur eſſe hoīs mortui eadem caro ꝙ eadē manus. Ex dictis patet ꝙ aliquo modo verū eſt quālibet partem aucti eſſe auctā. ſ. formā vel formalē ꝛ aliquo modo nō. ſ. materialē. Hoc autē fit adueniēte aliquo ꝑus cōtrario rei augēte ſed trāſmutatur in eādem formā. ſ. aucti ſicut ſi ſicco adueniēs humidū trāſmutetur in ſiccum auget ipſam ideo augmētum quodā modo fit ex diſſimili. ſ. in ꝑncipio quodāmodo ex ſimili. ſ. in fine.

Caplm. xv. quod ſic incipit. Queret autē aliquis ꝛ c. Cōparat augmētū ad illud quo adueīente preexñs augetur oſtendens ipm̄ eſſe tale in potentia quale illud eſt in aucto ꝛ quod idem nō fit aliquid per ſe ſed in aucto ꝛ quomodo augmentum ꝛ nutrimentum drūt.

I queratur quale oportet eſſe illud quo aliud augeť: manifeſtū eſt ꝙ tale idē debet eſſe in potēria quale illud eſt in actu. ut ſi caro debet augeri a cibo: oportet cibum eſſe potentia carnē ꝛ actu cibum. Quo corrupto: nō quidē per ſe ipm̄ q₂ ſic eſſet gñō tātum ſed in alio. ſ. in carne: fit augmētum carnis. ꝛ hoc in quo fit augmētum patitur mixtionē ab eo qđ auget ipm̄. ſicut ſi vino ſuperfundat quis aquā ita ꝙ remanet opus vini: augetur vinum patiēs tamē mixtionē eius qđ exñs potētia fit actu vinum ſimul igitur exñte eo qđ cōuertitur ꝛ eo in qđ cōuertitur ut igne ꝛ lignis fit augmētum. In huiuſmodi autē augmento nō augetur aliqđ quātum vniuerſale per ſe. ſicut nec gñatur animal vniuerſale: ſed potius hoc quātum ſingulare in quo ſaluatur ratio vniuerſalis ſicut in hoc aīali ratio vniuerſalis aīalis. Caro autē ꝛ os ꝛ ſimilia nō augentur per ſimilia in actu: licet augeātur per quāta actu. ſcđm enī ꝙ ea quibus fit augmētum ſunt quāta ꝛ etiam talia qualia ſunt actu que debent augeri: fit augmētum. verbi grā. ex hoc qđ eſt in potentia quātum ꝛ caro augetur q₂ ad eius augmentum oportet fieri carnē ꝛ quātam ita tamē ꝙ ſcđm quod eſt ſolum caro talis qualis illa q̄ alitur nutrit ſcđm aūt qđ eſt caro q̄nta auget ꝛ ſic augmētū ꝛ nutrimētū drūt ratione ꝛ hinc eſt ꝙ animal donec viuit ſemper nutritur nō tamen augetur. Secūdum eīm ꝙ aduenit ſibi aliquid quod eſt quātum ꝛ caro in potentia tranſiens in actu utriuſq₃ fit augmentum. ſecundū vero id quod aduenit eſt tantum caro potentia nu-

trimētum. Forma autē cuius virtute ſit augmētum vel nutrimētum de ſe eſt imaterialis tamē eſt in materia ſicut eſt forma manus ⁊ cuiuſlibet organi. ſi autē aliqua materia aduenerit augende rei q̄ habeat formā ⁊ quātitatē in potentia per ipā augebitur forma ⁊ quātitas rei. Si vero res cui ſit augmētum nō poſſit cōuertere rem ſibi appoſitā de potētia ad actum diminuetur quātitas eius licet forma remaneat ut patet in ſenibus. Quomodo autē nō poſſit fieri iſta cōuerſio exemplum habere in vino quod propter nimiam appoſitionem aque nō poteſt plus facere opus vini nec cōuertere amplius aquam in vinum.

Caplm. xvj. quod ſic incipit. Quoniā autem oportet pprimū de materia ⁊c.
Declarat q̄ ad cognoſcendū utrum elementa ſint generabilia vel nō oportet primum determinare de mixtione ⁊ actione ⁊ paſſione ⁊ tactu.

Quoniā oportet inueſtigare aliqua de elemētis tanq̄ de materia utrum ſint ſempiterna vel generabilia ⁊ ſi talia utrum vnū generetur ex alio ⁊ econuerſo: an oia ex vno pmo. Et ideo ſciēdum eſt q̄ oms gn̄antes elementa ⁊ ea q̄ ex eis: vtuntur cōgregatione ⁊ ſegregatione ⁊ facere ⁊ pati. cōgregatio autē nō eſt ſine mixtura in talibus. Nec poteſt aliquid alterari ⁊ ſegregari ſiue actione ⁊ paſſione. actio autē ⁊ paſſio mutua requirūt vnum ſubiectū pṗter qđ bene dixit diogenes q̄ ſi oīa nō fuiſſent ex vno: nō eſſet agere ⁊ pati. calidū eīm ⁊ frigidum agunt ⁊ patiunt̄ adinuicē pṗter idē ſubiectum. ⁊ ideo in quibus eſt facere ⁊ pati in talibus nec poteſt aliquid alterari ⁊ ſegregari ſine actione ⁊ paſſione. Actio autē ⁊ paſſio mutua requirunt vnum ſubiectum pari adinuicē eadē eſt materia. Et qm̄ facere ⁊ pati ſimiliter mixtura nō ſunt niſi in illis que ſe tangere poſſunt: ideo dicendum eſt quid ſit tactus ⁊ quid agere ⁊ quid pacti.

Caplm. xvij. qđ ſic incipit. Principium autē accipiamus ⁊c. Manifeſtat quid eſt tactus ⁊ in quibus pṗprie ſaluatur.

Quoniā ea q̄ miſcentur ⁊ q̄ adinuicē agunt ⁊ patiunt̄ tāgibilia ſunt: oportet primū determinare de tactu. qui q̄uis multiplr̄ dicatur: tamē principalr̄ exiſtit in habētibus poſitionē. poſitio autē eſt in quibus eſt locus pṗter qđ etiā mathematicis ſiue ſeparata ſint ſiue nō tactus datus eſt ⁊ locus: ſicut ⁊ poſitio. Si ergo tāgere eſt habere ultima ſimul ut dictū eſt. vj. phicoꝝ: ⁊ hec utiq̄ tangent ſe quecūq̄ habētia determinatas magnitudines ⁊ poſitiones habēt ultima ſimul. Et qm̄ poſitio cōuenit quibus ⁊ locus. Differentie autē loci ſunt ſurſū ⁊ deorſū q̄ ſunt oppoſita: oportet q̄ oia ſe mutuo tāgentia habeāt grauitatē ⁊ leuitatē vel ambo. talia vero ſunt actiua ⁊ paſſiua. Sunt itaq̄ nata ſe tāgere q̄ habētia diuiſas magnitudines ſimul hn̄t ultima ⁊ ſunt actiua ⁊ paſſiua adinuicē. Sicut autē quoddā eſt mouēs motū ⁊ qđdam nō motū: ita eſt quoddā agēs. patiēs qūo agit ⁊ quoddā nō patiēs. omē eīm mouēs ē agēs. tamē ſi agere oppoīmus ad pati: nō ſequit̄ q̄ omē mouēs agit. q̄ agere pṗrie ē in quibus eſt alteratio. ⁊ ſic in plus ſe habet mouere q̄ agere. Et ex hoc manifeſtū eſt q̄ motiua imobilia aliquo modo tāgunt ea q̄ mouent̄ ab eis. aliquo modo nō. Si eīm accipiat̄ tactus ut ſupra. ſ. q̄ eſt eoꝝ quibus habētibus poſitionē: hoc agit ⁊ hoc patitur: illa vero nō tāgunt. Eſt igitur multū tactū ⁊ pṗrie qđ tangit tangens. fere eīm oia que in nr̄o conſpectu ſunt mouent mota. ⁊ ideo motu ſe tangunt. Quoddā autem eſt tangens ⁊ nō tamē tactum ſicut eſt mouens nō motum: ⁊ agens nō patiēs ⁊ tale eſt mouens imobile. cuius exemplum poteſt accipi in nobis. dicimus enī q̄ cōtriſtans nos tangit ⁊ mouet nos. nos autem nō eum. ⁊ tantum de tactu.

Caplm.xviij.quod ſic incipit. De facere autē ⁊ pati dicēdū eſt deinceps ⁊c̄. Recitat opiniones eorum de facere ⁊ pati oſtendens inſufficientiam eorum ⁊ cauſam inſufficientie.

E facere ⁊ pati de quibus nunc dicēdum eſt ſuſcepimus ab illis ſibi inuicē cōtraria multi eīm dicunt ꝙ ſimile nō poteſt pati a ſimili. qꝛ ꝓpter ſimilitudinē vnū non eſt magis paſſiuū altero patitur ergo ſemꝑ diſſimile a diſſimili. Et ideo quā do maior ignis corrūpit minorē: hoc facit ut diſſimile. qꝛ multū ⁊ paucū ſunt cōtraria: ⁊ ſic diſſimilia. Democritus autē dixit ꝙ faciēs ⁊ patiēs eſt idē ⁊ ſimile diīa eīm adinuicē nō poſſunt adinuicē pati. ⁊ ſi cōtingat ea pati inter ſe: hoc habent in quātum ſunt ſimilia ⁊ eadē. Sic igitur cōtraria dicunt adinuicē priores. Cuius cauſa eſt qꝛ nō reſpiciunt ad totū: ſed ad partes eius qđ eſt actiuū ⁊ paſſiuū. O ino ſimile ⁊ indifferēs pati a ſe impoſſibile eſt. qꝛ tale reſpectu ſui nō eſt magis actiuū ꝙ̄ paſſiuum. Preterea idē ſcđm eandē rōnem pateretur a ſe. ⁊ ſic nichil erit incorruptibile nec ĩmobile. qꝛ habebit in ſe cauſam paſſiōis ⁊ motus. Similiter dicere ꝙ oīo alterꝫ eſt qđ agit ab eo qđ patiꝛ falſum eſt. tunc eīm linea poſſet pati ab albedine ⁊ ecōuerſo. qđ per ſe eſſe nō poteſt: cum nō habeat materiā cōtrarietatis alicuius. Nō eſt autē innatū quodcūqꝫ pati a quocūqꝫ: ſed q̄ ſunt cōtraria vel habēt cōtrarietatē. ⁊ qꝛ talia ſunt eiuſdē generis ⁊ diuerſe ſpēi: ideo q̄ agunt ⁊ patiunꝛ ſunt ſimilia ⁊ eadē genere. diſſimilia vero ⁊ diuerſa ſpecie. verbi gr̄a innatuꝫ eſt corpus a corpore ⁊ ſapor a ſapore pati ⁊ ita de alijs eiuſdē generis habentibꝰ cōtrarietatē. Sic igitur faciens et patiens aliquo modo ſunt ſimilia ⁊ aliquo modo diſſimilia. talia eī ſunt cōtraria ⁊ media. Et vniuerſaliter in iſtis eſt gn̄o ⁊ corruptio. nam vnū cōtrariū agēs in aliud. ⁊ aſſimilās ipm ſibi ⁊ corrumpit ipm ⁊ generat ſimile ſibi in ſpecie. Quāuis autē ſic dixānt antiqui ꝓpter imperfectā cōſiderationē: alia tamē ratio poteſt eſſe dīc iporꝫ. dicimus eīm aliquādo ſubiectū agere vel pati. ut hoīem calefacere vel calefieri. aliqñ cōtrarium ut calidum calefacit frigidum. ⁊ frigidū calefacit ⁊ breuiter interdū dicimꝰ ꝙ materia patitur: interdum ꝙ cōtrarium patitur. reſpicientes ad ſubiectum qđ eſt idem dixerunt ſimile a ſimili ⁊ idem ab eodem ſed reſpicientes ad contrarium dixerunt ꝙ diſſimile ⁊ diuerſum agit ⁊ patitur adinuicem.

Capitulum.xix.quod ſic incipit. Eodem autem modo ſuſcipiendi ⁊c̄. Declarat ꝙ agens non communicans paſſo in materia non patitur ab eo. communicans autem patitur. ⁊ ꝙ finis non debet poni cauſa efficiens nec agens. et ꝙ materia eſt cauſa paſſionis in rebus.

O dē modo videtur ſe habere agere ⁊ pati: ſicut mouere ad moueri ⁊ ideo ſicut eſt mouens ꝙ nō mouetur dū mouet ⁊ mouēs qđ mouetur: ita eſt aliqđ agēs qđ nichil patitur dū agit. quoddā qđ patiꝛ. Agens eī nō hn̄s eādem materiā cū paſſo nil patitur dū agit. ſicut medicina faciens ſanitatē nichil patitur a ſanato. habens vero eandē materiā cum paſſo patitur ab eo. ſicut cibus nutriens alterationem patitur a nutrito. Quecumqꝫ ergo agentia non habent formaꝫ in materia ſunt impaſſibilia. Et ideo bene dictum eſt ꝙ actiuorꝫ quedā impaſſibilia ſunt. quedā vero paſſibilia. Cauſa igitur factiua eſt vnde ꝓncipium motus. ideo cauſa finalis nō eſt factiua niſi methaphorice. qđ patet ſic. factiua cauſa agente aliquid actualiter: generatꝛ in paſſo habitus. habitibus autem preſentibus: nō generatur aliquid: ſꝫ iam eſt. finis autem quidam habitus eſt. Materia autem ſcđm ſe eſt ꝓncipium paſſionis. ⁊ ideo habentia materiam patiuntur. ſeparata autem a materia non.

Capl'm.xx. quod ſic incipit. Quomodo autem hoc contingat accidere ⁊c̃. Enumerat opiniones aliorum circa modum agendi vel patiendi cum ratio nibus eorum comparans eas ad inuicem.

Quomodo autẽ cõtingat agere ⁊ pati in rebus dicẽdum eſt. quibuſdã eĩm videtur ꝙ vnũ quodqꝫ patiat᷑ per quoſdã poros q2 per hoc ingreditur virtus agentis in paſſum. Hoc etiã modo dicunt videre nos ⁊ audire ⁊ breuiter ſentire. cuius ſignũ eſt. q2 videmus per trãſparentia ſicut eſt aer ⁊ aqua. q2 talia habẽt mixtos poros ⁊ ſpiſſos per quos trãſit viſus. vnde empedo. dicit ea miſceri in quibus pori ſunt cõmenſurabiles leucippus etiã ⁊ democritus cauſã actiõis ⁊ paſſiõis dicunt eſſe corpora indiuiſibilia. Sed quidã antiqui opinati ſunt eſſe vnũ ens ⁊ imobile. q2 ſi pluro eſſent oporteret poni vacuũ ſine quo nõ poteſt eſſe motus. Nec multitudo rerum eſt. ſiue cui multotiens ſegregate ſint ſiue tangãt ſe diuiſe ſunt ab inuicẽ. qđ nõ poteſt eſſe niſi vacuo mediãte. ſi autẽ ubi poſſet fieri diuiſio: nichil erit vnuꝫ nec enim multa: ſed totũ erit vacuũ; Si autẽ in parte diuiſibile in parte nõ eſſe ponatur: fictio quedam eſt. Nec moms erit ſic ſe habẽte vniuerſo. Iſti ergo ſequẽtes rõnem ⁊ relinquẽtes ſenſum dicunt eſſe vnũ imobile ⁊ infinitũ. Quicqđ autẽ bene videat᷑ dictum i ſermone: in re tamẽ ſic ponere quedã demẽtia eſt. nullus eĩm exiſtimat idẽ eſſe ignẽ ⁊ glaciẽ. Leucippuꝫ autẽ cõſentiens his q̃ apparẽt ſenſui ⁊ ſaluãs corruptionẽ ⁊ gñonẽ entium dicit motũ nõ eſſe ſine vacuo. qđ appellat nõ ens nec ſine pleno qđ eſt ꝑncipaliter ens tale. tamẽ nõ vnũ ſed infinita multitudine eſſe. ut inuiſibilia tamẽ ꝓpter paruitatẽ. ⁊ hec feruntur in vacuo ita ꝙ cõgregata faciunt gñonem: diſſoluta corruptionẽ. tãgentia vero ſe agunt ⁊ patiunt᷑. Hoc autẽ modo ſcđm veritatẽ nec gñatur vnũ ex pluribus nec plura ex vno. Sicut empe. ⁊ alij dicunt oẽm alterationẽ ⁊ oẽm pati eẽ per poros: ita etiã per vacuũ ⁊ corpora idiuiſibilia ſaluat oẽm trãſmutationẽ. Et fere iſte opiniones idẽ dicunt. Si eĩm in poris ſunt corpora ſolida: oportet eſſe ea indiuiſibilia qđ leucippus vocat vacuũ mediũ quo ſunt indiuiſibilia corpora media et inter huiuſmodi corpora dicit leucippus vacuo qđ empedo. vocat poros. Magis autem ſaluat leucippus gñonem ꝙ empedo. dicens indiuiſibilia corpora dña formis eſſe prima elemẽta ex quibus ⁊ in q̃ diſſoluunt᷑ cetera. Empedo autẽ uſqꝫ ad elñta .iiij. ſaluat gñonem ⁊ corruptionẽ. Sed nõ dicit qualr̃ iſta gñantur corrũpuntur. Plato autẽ differt a leucippo q2 hec corpora ſolida dicit indiuiſibila terminata infinitis figuris. plato autẽ planicies indiuiſibiles facit ꝑncipia q̃ dicit terñata figuris ⁊ ſic leucipp9 per vacuũ ⁊ tactũ ſaluat gñonem. De planiciebus autẽ platonis dictum eſt i tertio de celo de ſolidis autem indiuiſibilibus amplius nunc dicamus.

Capl'.xxj. qđ ſic incipit. At aũt paꝝ diſgredictes ⁊c̃. Deſtruit opiniones predictoꝝ oſtendẽs eas cõcludere cõtradictionẽ ⁊ cõtinere falſitatẽ.

Arum autẽ diſgredictes dicamus ꝙ impoſſibile eſt corpus indiuiſibile pati ſcđm eĩm iſtos pati eſt vacuo mediãte idiuiſibile nõ eſt vacuũ. ergo nõ poteſt pati: ac per hoc nec qualitas paſſibilis ut duricies vel frigiditas. Preterea iſti attribuũt circulari figure calidũ ergo neceſſe eſt alteri figure adaptare frigidum. Et ſi hec duo ſunt in natura neceſſe eſt grauitatẽ ⁊ leuitatẽ molliciẽ ⁊ duriciẽ exiſtere q̃ ſunt priores qualitates. Si autẽ eſt grauius vnum corpus indiuiſibile ꝙ aliud ut dicit democritus: oportet eſſe calidius ⁊ minus calidũ. talia autẽ impoſſibile eſt pati a diuicem. Similiter oportet vnũ eſſe molle ⁊ aliud duꝝ que ſunt paſſiua ⁊ actiua i natura. Preterea ſi vna ſola figura eſt in eis ⁊ vna ſola qualitas puta hoc ſemꝑ calidũ

⁊ frigidū ſemꝑ: incōuenies eſt. nō eīm eſſet vna natura aliqua coꝝ. Si autē plures q̄litates: nō poteſt eſſe vna figura coꝝ nec vna natura. niſi ille qualitates inſint vni corpori coꝝ qd̄ eſt impoſſibile. qꝛ oppoſita eſſent in eodē. ⁊ ſi dicatur ꝙ ſcd̄m aliā ⁊ aliam partē hec inſint eidē: erit diuiſibile. Preterea incōuenientia ita cōtingunt dicētibus ſuperficies indiuiſibiles eſſe ꝑncipia. impoſſibile eīm ex utriſqꝫ gn̄ari rariora vel dēſiora. Preterea incōueniēs eſt dicere corpora eſſe indiuiſibilia: qꝛ parua. magna autē diuiſibilia. q̄uis eīm facilius diuidātur magna q̄ parua: tamē eadēꝫ ratio diuiſibilitatis eſt in utriſqꝫ. Preterea oīm corpoꝝ ſolidoꝝ indiuiſibiliū aut eſt vna natura aut diuerſe. ſi vna: apta nata ſunt tāgere ſe adinuicē. ſicut aqua aquā tāgit. Si aūt alia ⁊ alia: magis iſte ponende ſunt ꝑncipia corpoꝝ q̄ figure ⁊ iterū dr̄ia in natura approximata adinuicē agent ⁊ patient̄. Preterea qn̄o vnū corpus idiuiſibile mouetur: aut hoc habet ab alio: ⁊ ſic patit̄ ab eo aut a ſeipſo: ⁊ ſic diuiſibile erit ī duo vnū mouens aliud motū aut eidēꝫ exiſterēt cōtraria actu in vno ſubjecto. Nec pati pōt eſſe ꝓpter poros. qꝛ ſi paſſio ineſt corporibꝰ poris exn̄tibus plenis: ita pateret̄ corpus a corpore poris nō exn̄tibus. Et eodē modo nec tactus nec viſus eſt ꝓpter poros: ſi plenus eſt vnuſquiſqꝫ. Si autēꝫ vacui ſunt pori: neceſſe eſt corpora eſſe in eis. Niſi forte dicat̄ ꝙ ꝓpter paruitatē magnitudinis nō recipiūt corpus. ridiculū eīm eſt paruū ſpaciū nō occupatū corpore extimare nō eſſe vacuū: magnū vero ſic. Preterea ſuperfluū eſt ponere poros. Si eīm actio ⁊ paſſio nō eſt per tactū: pori ſunt inutiles ad agendū ⁊ patiendū. Si aūt per tactū eſt actio ⁊ paſſio: poris nō exn̄tibus corpora agēt ⁊ patientur ſicut ⁊ tangibilia erunt adinuicem. falſum eſt ergo poros ita dicere ſicut iſti exiſtimant. Immo diuiſibilibus oīno entibus corporibus: poros facere ridiculum qꝛ abſqꝫ eis diuiſibilia poſſunt ſepari.

Cap̄m. xxij. quod ſic incipit. Quo autem modo exiſtit ⁊c̄. Premiſſis quibus principijs declarat veritatem de modo quo agere ⁊ pati eſt in rebus ⁊ excludit modos inutiles circa hoc.

Uomodo agere ⁊ pati ſint in entibus videbitur: quibuſdā ſuppoſitis quoddā eſt ens qd̄ eſt actu tale. quoddā ꝙ potentia tale. ⁊ hoc modo eſt aptū natū pati. nō tātum ſcd̄m partes: ſed ſcd̄m totū. q̄uis magis ⁊ minus eſt in potētia ⁊ hoc aliquis dicet eſſe poros. ſicut paſſiue vene cōtinue extenſe in methalis poſſunt dici pori. Exn̄s aūt vnū ⁊ cōtinuum minus dicitur paſſibile. Talia igitur q̄ ſunt ī potentia ⁊ in actu appropinq̄ntia ſibi ipſis īmediate vel alijs mediātibus agūt ⁊ patiūtur. ⁊ ideo nō ſolū ab igne tāgente patit̄ aer: ſed etiā a ſole tangente ⁊ longe exiſtente. calefacit eīm ſol mediāte igne aerem. ⁊ hoc mediante alia corpora inferiora. Exiſtimare igitur corpus partim pati partim nō: falſum eſt. niſi corpus alicubi ſit indiuiſibile. Si aūt hoc mendatiū eſt: ubiqꝫ poteſt diuidi. ⁊ per hoc ubiqꝫ ſegregari per actionem tāgentis ⁊ per cōſequens ubiqꝫ pati. Nec intelligendū eſt ꝙ oīs trāſmutatio vel paſſio fiat per diuiſionem corpoꝝ vnū eīm ⁊ idē corpus cōtinuū exn̄s alterari pōt ab humido incoagulatū nulla diuiſione aut cōuerſione aut tranſmutatione vel extenſione partium facta in eo. Nec eſt dicendū ꝙ corpora dura ꝓpter indiuiſibilitatē magnitudinis ſunt dura. quia vnum ⁊ idem quandoqꝫ durum quandoqꝫ molle reperitur.

Nec dicendum ꝙ tranſmutatio fiat per augmentationem ⁊ diminutionē corpoꝝ nō eīm quodcūqꝫ factum eſt maius vel minus q̄ prius. augmentum eīm fit aliquando per appoſitionem ſiue tranſmutationem. aliquando vero mixto tranſmutante illō cui miſcetur. ⁊ de facere ⁊ pati ſit determinatum hoc modo.

Capl'm.xxiij.quod ſic incipit. Reliquũ autẽ videndũ eſt de mixtione ⁊ c̃. In
quirit quãdo mixtio fit ⁊ in quibus fiat ita ꝙ ſoluendo ea que probant mixtio
nem nõ eſſe dat drĩam inter gñonem ⁊ mixtionem oſtendens tamẽ hoc qua-
liter miſcibilia manent in mixto.

Jdendum eſt de mixtione quid eſt ⁊ quid miſcibile ⁊ in quibus exiſtit.⁊ an ſit
poſſibile eſſe eam.ꝙ nõ poſſit alterũ alteri miſceri probatur ſic:aut ea q̃ miſce-
ri debẽt ſunt nõ alterata:⁊ ſic in eis nulla mixtio facta eſt pluſꝙ prius: aut alte
rum ſiue ambo ſunt corrupta:⁊ ſic nõ eſt mixtio ſed magis gño ⁊ corruptio:cum nõ ac
cipiãt aliud eſſe.mixtionẽ autẽ dicimus eſſe ſimilr̃ ſe habẽtium. Quia hic ſermo vi
detur querere drĩam gñonis ⁊ mixtiõis miſcibilis ⁊ gñabilis: ideo his declaratis quę
ſita ſoluẽtur. Qm̃ igitur in materia alicuius per actionẽ introducitur forma alteri9
ut in materia aeris forma ignis cum exardet nõ dicimus miſceri ſed ignẽ generari et
aerẽ corrũpi ſcd̃m autẽ modũ eundẽ nec corpori cibũ. Nec dicimus miſceri figu
ram corpori qño figuratur. Nec qualitatẽs ſubiecto qño alterãtur ſaluata ſunt enĩ tã
ſubiectũ ꝙ paſſio. Nullũ accidens alteri miſcetur per ſe ut habeo diſcipline vnde nõ
bene dicunt.ponẽtes oĩa elemẽta mixta eſſe:miſcibilia eĩm ſeparabilia ſunt qđ nõ con
tingit accidẽtibus. Qm̃ autẽ aliqđ eſt ens actu hoc potẽtia aliud cõtingit mixta quo
dãmodo eſſe ⁊ quodãmodo nõ eſſe generato eĩm ex miſcibilibus aliquo mixto utrũqꝫ
miſcibiliũ eſt in potẽtia. Nam q̃ miſcẽtur prius ſeparata ẽntia:cõueniũt in vnũ.
Et rurſum poſſibilia ſunt ſeparari ex mixto. Nec igitur actu manẽt ut corpus ⁊ albe
do nec alterum vel ambo corrũpuntur.ſaluatur eĩm virtus utriuſqꝫ.

Capl'm.xxiiij.quod ſic incipit. Continuã autẽ his quęſtionẽ dicendum eſt
⁊ c̃. Inueſtigat opiniones aliquorũ de miſcibilibus probãs ꝙ nõ oĩa minima
ſcd̃m ſenſum aut minima ſimplr̃ ſunt miſcibilia.

Oſt predicta querẽdum eſt utrum mixtio ĩ aliquibus ſit quãdo diuiduntur.ĩ
tam parua ꝙ nullum illorũ percipiatur ſenſui ⁊ ponũtur adinuicem iuxta ſe ĩ
Aut nõ ſit hoc modo:ſed per hoc ꝙ quecũqꝫ particla vnius miſcibilis poni
tur ſecus q̃ꝫcumqꝫ alterius.ut ordeum mixtũ frugmẽto dicatr quando quodcũqꝫ vni
us ponitur ſecus quodcũqꝫ alterius. Si autẽ corpus vniuerſaliter miſcibile ẽſt cor
pori cum om̃e corpus ſit diuiſibile:oportebit corporis omĩonem ĩ quãcumqꝫ partẽ fie-
ri ſecus quãcumqꝫ.quod eſt impoſſibile. Preterea nõ poteſt fieri mixtio per mini
ma ſcd̃m ſenſum.quia corpus in talia nõ eſt diuiſibile nec idẽ eſt cõpoſitio ⁊ mixtio.
ſi eĩm ſcd̃m parua ſaluata diceretur fieri mixtio:eſſet potius cõpoſitio. Preterea in
tali cõpoſitione totum ⁊ pars nõ eſſent eiuſdem rationis.oportet autẽ mixtum eiuſdẽ
rationis eſſe in toto ⁊ parte ut patet in carne ⁊ alijs mixtis. Preterea ſi mixta ẽẽnt
minima ſolum ſcd̃m ſenſum:huic quidem nõ percipienti partes miſcibiles mixtio eſ-
ſet.acute autem videnti ut linceo:nõ eſſet. Nec diuiſione partium minimarum ſe
cus poſitarum eſt mixtio.quia impoſſibile eſt corpus diuidi in minima.dicamus igit̃
ꝙ entium quedã ſunt actiua ⁊ quedam paſſiua adinuicem. ut ea quorum eſt eadẽ ma
teria. Quedã vero ſunt agentia que nõ patiuntur dum agunt.quia nõ habẽt ean
dem materiã cum paſſibilibus.horũ igitur ultimorũ nõ eſt mixtio actiui cũ paſſiuo ſic̃
medicatiue corporis. Actiuorũ ⁊ paſſiuorũ adinuicẽ quecũqꝫ ſunt facile diſſolubilia
equaliter adequata in potentijs.cum utrumqꝫ tranſmutatũ in dominans nec gene-
ratur vnũ ex alio:ſed quoddã commune mediũ ambob9 eſt mixtio.multa ergo paucis ⁊

magna paruis compoſita nō faciunt mixtionē: ſed predn̄ans tranſmutans alterum ī ſua natura augetur. vnde gutta vini mille amphoris aque non miſcetur corrumpitur eīm ſpecies eius ⁊ mutatur in aquatum.

Capl'm. xxv. quod ſic incipit. Manifeſtum ergo ⁊ c̄. Cōcludit q̄ ſunt ſcd̄z veritatem miſcibilia ⁊ quid adiuuat mixtionem ut facilius aliqua miſceantur. cōcludens diffinitiue ex precedentibus quid eſt mixtio.

Ex predictis patet miſcibilia eſſe que habentia cōtrarietatē adinuicē ſunt actiua ⁊ paſſiua. Parua autē talia iuxta ſe poſita facilius miſcētur q̄ magna ⁊ ideo bene miſcibilia ſunt parua diuiſibilia. q: hec facilius diuiduntur in parua: cuius modi ſunt humīda nō viſcoſa. viſcoſa eīm potius maiorē faciunt tumorē q̄ miſceātur. Quādo alterꝫ autē ſolum eſt paſſiuū vel valde paſſiuū aliud vero paruꝫ aut nichil: ex his nō fit mixtio āt parua quēadmodū cōtingit circa ſtagnū ⁊ es. quorꝫ alterꝫ. ſ. es eſt quaſi ſubiectū. ſtānum autē quaſi quedā forma accidētalis potius colorās es q̄ miſceatur eidē. Que autē mixtio ſit. ⁊ quid. ⁊ quare. ⁊ quorꝫ manifeſtuꝫ eſt ex dictis. ex quibus concludi poteſt q̄ mixtio eſt miſcibilium alteratorꝫ vnio.

Secundi libri de gn̄one qui ſic incipit. De mixtione quidem ⁊ tactu ⁊ c̄. Capitulum primum recitat opiniones de materia tranſmutabilium ⁊ deſtruit ipſas adiungens quid ſit de illa materia ſciendum.

Uoniā in precedēti libro dictum eſt de mixtione facere ⁊ pati ⁊ de om̄i trāſmutatione qaomodo ⁊ ꝓpter quā cauſā exiſtant in rebus naturalibus ⁊ q̄ꝫ habeāt dr̄iam adinuicē: reſtat cōſiderare principia materialia corporꝫ ſine quibus nō eſt gn̄o vel corruptio in natura. Principiū quidā materiale poſuerunt vnū corpus ſenſibile de quattuor elementis vel mediū horꝫ. alij autē plura numero. ut quidā ignē ⁊ terrā. alij hec duo ⁊ aerē. empedō. vero oīa quattuor ex quorꝫ cōgregatione ⁊ diſgregatione fit gn̄o ⁊ corruptio in rebus. Illa eīm videtur eſſe ꝓma ꝓncipia materialia ex quorꝫ trāſmutatione gn̄o ⁊ corruptio cōtingit. Quidā aūt dicunt vnum ꝓncipium materiale extra predicta qd̄ eſt ſeparabile ⁊ corporeū. Peccāt. q: tale nō poteſt eſſe ſenſibile abſqꝫ cōtrarietate ⁊ ſic aut graue aut leue aut calidūꝫ aut frigidū erit ⁊ per cōſequēs eſt aliqd̄ de predictis. principiū autē materiale qd̄ plato in thimeo poſuit vocās ipm̄ pādoxeon. i. reſcipiēs totū ſi ſeparetur ab elemētis: nullam eſt habēs determinationē. nec ipſo utitur plato tanq̄ materia elemētorꝫ. nec tanq̄ ſubiecto alteratiōis qd̄ poſſit denoīatiue denunciari de rebus factis ex eo. ſꝫ utitur ſolidis tanq̄ elemētis reſoluēs ea uſqꝫ ad planicies. qd̄ quidē impoſſibile eſt: q: ꝓma materia nō poteſt eſſe plana. Dicamus ergo corporꝫ ſenſibiliū vnam eſſe materiā nō actu ſeparabilem ſed ſemp ſubiectā cōtrarietati. Ex qua gn̄antur elemēta ꝓma ſicut determinatū eſt in tertio celi ⁊ mundi. ⁊ hic aliqualiter determinādūꝫ. Supponatur ergo tanq̄ primū ꝓncipium eſſe vnam materiā inſeparabilem ſubiectā contrarijs. calidum eīm nō eſt materia frigido vel ecōuerſo: ſed aliquid ſubiectū ambobus. ⁊ ideo qd̄ ꝓmo eſt in potētia ad corpus ſenſibile ē ꝓncipiū primū materiale. ſecūdo cū hoc cōcurrūt cōtrarietates. tertio ex his iā ignis ⁊ aqua vel aliud de numero elm̄torꝫ q̄ ſunt trāſmutabilia adinuicē: ⁊ nō trāſmutabilia ſic̄ dicit empedō. q: tunc nō eſſet alteratio ſi nō trāſmutaretur: cum cōtrarietates per ſe nō ſunt tranſmutabiles.

Capl'm. ij. quod ſic incipit. Sed nō minus autē corporis qualia ⁊ quanta dicendum principia ⁊ c̄. Declarat q̄ prime qualitates actiue ⁊ paſſiue ad quas alie reducuntur ſunt dr̄e perfectiue quattuor elementorꝫ.

Uia ꝑores ſupponentes elñta utunt̃ eis ⁊ nõ determĩant q̃ ⁊ q̃nta ſint: dicēdum
dum eſt quid de ꝑncipijs eoꝝ. Querēdo autē hoc q̃rimus ꝑncipia ſenſibili
s corporis. hoc autē eſt ꝓprie tãgibile. ergo ꝑncipia eius nõ ſunt oĩs qualita
tes cõtrarie. ſed ſolũ cõtrarie ſcðm tactũ. ⁊ ideo albedo ⁊ nigredo dulcedo ⁊ amaritu-
do ⁊ alie qualitates ſenſibiles nõ ſcðꝫ tactũ nõ ſunt ꝑncipia elemētoꝝ. Quãuis aũt
viſus ſit prioꝛ tactu ⁊ per cõſequēs qualitates viſibiles priores tãgibilibus: nõ tamen
ipſe ſunt ꝑncipia elemētoꝝ. qꝛ nõ querimus ꝑncipia elñtoꝝ: niſi ſcðm qð ſunt corpora
tagibilia ⁊ nõ ſcðm ꝙ ſunt corpora priora ꝑoritate nobilitatis ⁊ finis. Dicēdum ergo
ꝙ ſunt cõtrarie dꝛie ⁊ cõtrarietates tãgibiliũ iſte ſunt calidũ ⁊ frigidũ. humidũ ſiccũ. le
ue graue. durũ molle. lubricũ. aridũ aſpeꝝ. leue groſſuꝫ: ſubtile. hoꝝ autē graue ⁊ le-
ue nec actiua ſunt nec paſſiua: ſicut oportet eſſe elñta cum miſceãtur adinuicē. Cali
dum frigidũ humidũ ſiccũ actiua ſunt ⁊ paſſiua inter ſe calidũ cõgregat homogenea ⁊
diſgregat alienigena. Frigidũ etiã cõſtringit ⁊ cõgregat utraqꝫ. hec ergo due qua
litates actiue ſunt. Humidũ autē bene terminabile ext̃ñs ab alio: ⁊ ſicuꝫ bene termina
bile termino ꝓprio ⁊ difficiliter alieno ſunt paſſiua. ⁊ ex his quattuoꝛ ſunt. iiij. relique q̃
litates tãgibiles. Nam humidũ bene terminabile ext̃ñs alieno termino repletũ eſt
qð appetit ſubtili ꝓpter partiũ paruitatē ⁊ ſubtilitatē repletũ eñim totũ tãgit totuꝫ qð cõ
petit ſubtili ꝓpter humidũ ⁊ ſic ſubtile cauſatur ex humido ⁊ ecõtrario groſſũ ex ſicco.

Lubricũ autē aliquid ꝓpter humidũ ⁊ ariduꝫ ꝓpter ſiccũ. ariduꝫ ei dicitur qꝛ ꝑfecte
ſiccum. vnde humida coagulãtur ꝓpter defectionē ꝓprie huiditatis. Molle aũt tē
dens in ſe ipm ⁊ nõ reſiſtēs agēti hoc qꝛ humidũ. duꝝ autē tanq̃ȝ coagulatũ habet du
riciã ꝓpter ſiccum. Sciēdum tamē ꝙ tã ſiccum q̃ȝ humidũ multipliciter dicunt̃ nã
ſicco opponitur humidũ. humido etiã opponitur ſiccuꝫ ⁊ coagulatũ. ⁊ hec oĩa ſunt a
primo ſicco ⁊ humido. Humidũ eñim habēs alienã humiditatē in ſuperficie ⁊ infu
ſum in profundo ſunt ꝑmi humidi habētis ꝓpriã humiditatē in profundo q̃ huiuſmo
di ꝑuatur ſiccum ⁊ coagulatum qð reducitur ad ſiccum. Patet igitur ꝙ oĩs alie
differentie reducuntur ad primas quattuoꝛ quarum vna reducitur ad aliam nec ipſe
ad priores ⁊ ſic neceſſe eſt eſſe eas quattuoꝛ.

Capl'm. iij. quod ſic incipit. Om̃ autem. iiij. ſunt elementa ⁊ c̃. Manifeſtat
tam ratione q̃ȝ teſtimonio alioꝝ elemēta eſſe quattuoꝛ habētia duo ꝑncipalia
loca ⁊ ꝙ in vnoquoqꝫ eorum eſt vna qualitas ꝑncipalis ⁊ alia ſecundaria.

Uatuoꝛ elementoꝝ nõ poſſunt eſſe cõiugationes ex cõtrarijs videlicet. ex ca
lido ⁊ frigido. humido ⁊ ſicco: relinquitur ꝙ ſint quatuoꝛ tãtum cõiugationes
eorum. ſ. calidum ſiccum calidum ⁊ humidum. friggidum ⁊ ſiccum. frigiduꝫ
humidũ. ⁊ hoc rõnabilr̃: qꝛ corpora ſĩplicia tm̃. iiij. ſũt. ſ. ignis qui ē calid9 ⁊ ſicc9. aer
qui calidus ⁊ huidus velut euaporatio quedã. aqua q̃ frida ⁊ huĩda. terra q̃ frigida et
ſicca. ut ſic cõgruēter ꝑme dꝛie adaptētur ꝑmis corporib9 ⁊ multitudo utroruq̃ꝫ ſit ea
dem. Om̃s etiã qui ꝑncipiuꝫ materiale ponunt ſimplex corpus ſiue vnuꝫ ſiue plu
ra adiungunt aliquã cõtrarietatē ex qua alia gñantur. ſ. dẽſitatē ⁊ raritatē aut calidũ
⁊ frigidum. ⁊ hãc dñt actiuã idē autē qð ſupponitur dicunt paſſiuũ ad modũ materie
Et permenides ignē ⁊ terrã dicens ꝑncipia alioꝝ mediã mixturã facit ex his q̃ꝫ di
cit aerem ⁊ aquam. Plato exponens dimenſiones reductas ad tria eſſe principia
medium mixtorum facit mixturam quaſi idem dicens permenide excepto. qui mix
turam facit vnum tantum: ille autem duo. Empedo. autē quatuoꝛ elñta: reducens
ea ad duo cõtraponēdo ignē alijs tribus itaqꝫ ſcðm antiquos nullũ elemētoꝝ eſt ſim

plex ſed mixtū illud autē qđ ſimplex videtur in eis nō eſt ſimplex ſed ſimile ſimplici eo modo quo ſimile igitur nō eſt ignis ſed igneū ⁊ qđ ſimile aeri nō eſt aer ſed aereum et cum ignis ſit ſuperhabundātia frigiditatis qꝛ eſt coagulatio humidi ⁊ frigidi nichil poteſt gn̄ari ex glacie ⁊ igne. Quattuoꝛ autē ſimpliciū corpoꝝ oportet vniuſcuiuſqꝫ eſſe alteꝝ duoꝝ locoꝝ. ignis eīm ⁊ aeris locus eſt ſurſum terre vero ⁊ aque deorſuꝫ. ⁊ extrema. ſ. ignis ⁊ terra magis ſincera ſunt illa vero magis mixta ⁊ igni cōtrariatur aqua. aeri autē terra qꝛ ſunt ex cōtrarijs qualitatibus. Quāuis autē vnūqđqꝫ q̄ttuoꝛ elementoꝝ duas habet qualitates vnā tamē principaliter habet vnde terra magis eſt ſicca ꝙ̄ frigida aqua magis frigida ꝙ̄ humida aer magis humidus ꝙ̄ calidus ignis vero magis calidus ꝙ̄ ſiccus.

Caplm̄. iiij. quod ſic incipit. Qm̄ autē determinatum eſt prius ⁊c. Manifeſtat ꝙ generatio elementoꝝ eſt ex inuicem ita ꝙ quodlibet generatur ex quolibet ꝙ̄ꝙ̄ facilius generetur vnum ex alio ꝙ quando nō habent.

Uia ſuperius dictū eſt elemēta generari ex inuicē cum hoc videamus ad ſenſum: qꝛ trāſmutātur eoꝝ qualitates q̄ ſunt dr̄ie tangibiles. alias autē nō eſſet alteratio q̄ pꝛoprie in talibus qualitatibus reperitur: dicēdū eſt nunc quis modus eſt gn̄onum ipſoꝝ. ⁊ vtrū quodlibet gn̄ari poſſit ex quolibet. dicamuſ igitur ꝙ oīa habētia cōtrarietatē ſunt adinuicē generabilia. ⁊ qꝛ elemēta habent adinuicē cōtrarietatē ideo oīa adinuicē generabilia ſunt vnū eīm elemētoꝝ aut ſcđm duas dr̄ias alteri cōtrariatur. verbi gr̄a ignis aque qꝛ eſt calidus ⁊ ſiccus ⁊ aqua frigida ⁊ humida aut ſecundū vnā. verbi gr̄a. aer aque tantū ſcđm calidū ⁊ nō ſcđm humidū qꝛ vtrūqꝫ eſt humidū licet aer calidus ⁊ aqua frigida. ⁊ qm̄ quodlibet reſpectu cuiuſlibet habet contrarietatē vnā vel duas manifeſtū ꝙ quodlibet gn̄atur ex quolibet. Eſt autē dr̄ia ī hoc qꝛ vnum trāſmutatur in aliud qn̄o habet ſimbolū cum eo nō habēs autē dificilius eſt verbi gr̄a. ex igne fit aer trāſmutato ſicco in humidū qꝛ vtrūqꝫ elementū eſt calidum. Similiter ex aere aqua trāſmutato calido in frigidū. qꝛ vtrūqꝫ eſt humidū. Et eodeꝫ modo ex aqua terra trāſmutato humido in ſiccū habēt eīm ſimbolū in frigido: ex terra ignis trāſmutato frigido in calidū qꝛ vtrūqꝫ eſt ſimbolū quo ad ſiccū ſic igitur circulariter vnum elementū faciliter generatur ex alio ꝓpter ſimbolicā qualitatem difficiliter autem aqua ex igne ⁊ terra ex aere generatur qꝛ habent ambas dr̄ias cōtrarias q̄s oportet tranſmutari ſi debent ex inuicem generari.

Caplm̄. v. quod ſic incipit. Si autem vniuſcuiuſqꝫ alterum coꝛrūpatur ⁊c. Declarat qualiter vnum elementū generatur ex pluribus ſic ⁊ ex quibuſ non quia nō conſequenter ſe habentibus.

I cōtingit in quolibet elemēto coꝛrūpi alteꝝ: tamen duaꝝ qualitatū ex aliquibus ipſoꝝ gn̄abitur aliud. Si coꝛrūpatur ſiccitas ignis ⁊ frigiditas aque: gn̄abitur aer. qꝛ relinquit̄ calidū ignis ⁊ humidū aque. Calidū autē ⁊ humidū cōpetunt aeri. qn̄o autē coꝛrūpetur caliditas ignis ⁊ humiditas aque: fiet terra. qꝛ relinquitur frigidum ⁊ ſiccum. quando etiam coꝛrūpetur calidum aeris ⁊ ſiccum terre: erit aqua. quia remanet humidū ⁊ frigidū. quando etiā coꝛrūpetur humiduꝫ aeris ⁊ frigidum terre: eſt ignis. quia relinquitur calidum ⁊ ſiccum. hec enim generatio maxime manifeſta eſt ſenſui in flama que eſt fumus ardens. fumus autem eſt ex aere ⁊ terra. patet igitur qꝛ ex igne ⁊ aqua poteſt generari terra ⁊ aer ⁊ econuerſo. Ex his auteꝫ elementis que ſeſe cōſequuntur non contingit tertiū generari vt ex igne ⁊ aere. ſi eīm coꝛrumpatur ſiccum ignis ⁊ humidum aeris: non remanet niſi calidum ex amboburſ

z ſi in utroqz corrūpatur calidū: remanet ſiccū z humidū. ex quibus cum ſint cōtraria: nullū gn̄atur elemētū. vniuerſaliť igiť ex duobus elm̄is affinib9 nō pōt tertiū gn̄ari p corruptionē vnius qualitatis in utroqz aut relinquiť vna tātum aut due cōtrarie.

Capl'm. vij. qd̄ ſic incipit. Qm̄ ꝙ oīa ex oī generātur z c. Oſtēdit ꝙ ſm̄ cōe gn̄oni elm̄toꝝ nō eſt aliqd̄ elm̄tum ex̄ns actu ſed materia cōis oībus elm̄tis.

Aſpiciamus autē ad huc de elemētis ex quo fit eoꝝ gn̄o: ſi elm aliqd̄ corpus actu ex̄ns ſit materia elemētoꝝ: aut erit aliqd̄ mediū inter ipſa elemēta aut vnū vel plura de ipſis. vnū quidē nō eſt poſſibile eſſe. qꝛ cum elemētum maneat z trāſmutatur fit per cōtrarias qualitates: nō eſſet gn̄o elemētoꝝ ex ipſo. ſed ſola alteratio. nec plura ex ipſis ut aqua z aer. qꝛ tunc cōtrarie drīe eſſent in eodē. quaꝝ ſi corrūperetur vna: eſſet alteratio. Preterea ſi aer fit ex igne: calido ignis trāſmutato: tūc aer eſt aliquid frigidū factū ex igne. z cum aer de ſe ſit calidus: idē erit calidū z frigidum z eodē modo arguetur de quolibet elemēto reſpectu alterius. relinquiť igitur aliqua cōis materia ex qua fiunt oīa elemēta. Nec aliud corpus actu veluti mediū aeris z aque: vel aeris z ignis groſſius vno z ſubtilius alio erit materia elemētoꝝ qꝛ tale nō relinquit drīam ſibi eſſentialē z recipiēdo drīam elemētoꝝ q̄d fiet ex ipſo qd̄ habuit ſimul drīas cōtrarias. Si autē dicatur ꝙ nullā habet drīam vel qualitatē cōtrariā hoc falſū eſt qꝛ om̄e corpus ſenſibile priuatū vna qualitate: neceſſario habet cōtraria ꝓpter qd̄ tale corpus nō remanet ſine qualitate ut quidā faciētes ipm̄ infinitum cōprehendēs oīa. nullum igitur ſenſibile corpus prius eſt ex quattuor elemētis. Hec aūt nō eſſe mutabilia ſed adiuuicē trāſmutari licet cicius fiat vnū ex ſibi ſimbolico q̄ꝫ non ſimbolico oſtenſum eſt prius. materia igitur inſenſibili ente z inſeparabilis ſi vna tantum cōtrarietas eſt ſcd̄m q̄m trāſmutamur neceſſe ē duo elemēta eſſe tātum z qm̄ plura videmus elementa eſſe q̄ꝫ duo erunt ad minus due cōtrarietates ex quibus nō tria ſed quattuor oportebit eſſe elemēta ſed quattuor cōiugatiōes ſcd̄m qd̄ dictū eſt prius.

Capl'm. viij. qd̄ ſic incipit. Qm̄ aūt qꝛ trāſmutatur z c. Declarat ꝙ vnū elemētum nō eſt ſubiectū materiale alioꝝ z ꝙ gn̄o eoꝝ nō eſt infinitū ſed rectum.

Quod impoſſibile ſit aliqd̄ vnum elemētum eſſe ꝓncipium materiale ex quo alia fiant patet ſic. ſi aliquod extremoꝝ ut ignis aut terra ſit ꝓncipium materiale elementoꝝ oīa erunt ignis vel terra. Si autē vnum de medijs ut aer vł aqua ponatur ꝓncipium alioꝝ ut quibuſdā videtur dicentibus aerem tranſmutari in ignem z aquam hanc vero in aerem z terram ultima que nō tranſmutantur inter ſe. ſed hoc impoſſibile eſt. Supponatur primo nō eſſe poſſibile elementa nō ire in infinitum ſed rectum quia tunc infinite eſſent contrarietates. ſecundo ſupponatur ꝙ elementa habentia contrarietatē adiuuicem tranſmutantur. Ex hoc ſequitur ꝙ ſi aer tranſmutatur in ignem z aquā habet differentias quibus cōtrariatur utriqz ita ꝙ per humidum contrariatur igni z per calidum aque z ſic in ipſo ſimul eſt calidum z humidum in aqua frigidum z in igne ſiccum. ſimiliter z ſi aqua generaur aer z terra habet differentias contrarias utriqz ita ꝙ per frigidū cōtrariatur aeri z per humidū terre. z ſic aqua frigida eſt z humida terra aūt ſicca q̄ ſi eſſet calida cū ſit ſicca ſequeretur ipam eſſe ignē qui calidus eſt z ſiccus z cū ſit probatū ignē eſſe ſiccum eo fit ex aere per tranſmutationem humidi in ſiccum ſi eſſet frigidus eſſet idē ꝙ terra. relinquiť ergo ipm̄ eſſe calidū z ſiccum ac per hoc tranſmutabilē in aquā habentē cōtrarias qualitates z ſic in terram habentem alterā qualitatē ei cōtrariā z alteram ſimbolam. ſic igitur nō

ſolum media tranſmutantur in extrema elementa ſed etiam inter ſe. Predictam rationē pbus in terminis generabilibus .ſ.g.z.a.p. explicās utitur albedine ꝛ nigredine loco caliditatis ꝛ etiā frigiditatis. Qđ autē ſuppoitū eſt elemēta nō poſſe ire in infinitū ut probatur ſic. Si eīm detur .v. elementū drūs ab igne aliqua qualitas eſt in igne preter .iiij. ꝓprias elemētis qua differret ab illo .v. cum quelibet ꝓprietas .iiij elemētoꝝ cōueniat alicui alteri illa .iij. ꝓprietas quā habebit ignis reſpectu .v. elemēti erit in aliquo alio de .iiij. Eodē modo ſi ponatur .vj. elementum ignis ꝛ etiā quintum elemētū differrt ab ea per nouā ꝓprietatē que nō erit eadē cum aliqua illaꝝ .v. cōueniens tamē alicui inferioꝝ elementoꝝ. ꝛ qꝛ addito elemēto: oportet ſemꝑ addi q̄litatē aliquā. ſi in infinitū elemēta creſcunt: ꝛ ꝓprietates ſimiliter. ita ꝙ infinite erunt cōtrarietates elemētoꝝ. ꝛ ſic vni infinite qualitates exiſtent. ꝓpter qđ quedā nō erunt trāſmutabilia in alia ꝓpter infinita media q̄ erunt in eis. nec ex aere fit ignis: cum infinite qualitates ſint in utroqꝫ. ꝛ oīa erunt in vnum qꝛ ex quo infinite qualitates ſunt in quolibet. ille que ſunt inferiorum erunt ſuperiorum ꝛ econtrario. ac per hoc inferiora ꝛ ſuperiora erunt eadem. ꝛ ſimiliter oīa erunt vnum.

Capitulum .viij. qđ ſic incipit. Admirabitur autē aliquis ꝛc. Deſtruit opinionē empeđ. qui ponit elementa eſſe tranſmutabilia ꝛ tamen incōparabilia oſtendens ꝙ non potuit ſaluare aliquā tranſmutationem.

Mirabile videtur quomodo empeđ. faciens plura elemēta materialia dicit ea eſſe immutabilia adinuicē: ꝛ cum hoc cōparabilia. ſi eīm cōparantur adinuicem erit ſcđm quātum vel ſcđm potentiā ꝛ virtutē. ſcđm quantum quidē: ut ex vno pugillo aque fiunt decē pugilli aeris. ſic autē eſſe nō poteſt: niſi ambo recipiāt eandē materiā qꝛ ſub forma vnius habet qualitatē vnius pugilli ꝛ forma alterius .iiij. pugilloꝝ talia autē menſurātur eodē principio materiali ꝛ ſic ſunt trāſmutabilia ſcđm potētiā vero ꝛ virtutē cōparabilia eſſe nō poſſunt. ſ. ut quātū infrigidat pugillo aq̄ tantū .iiij. aeris talia eīm eſſe. ſ. cōparabilia ſcđm potētias ꝛ nō ſcđm ꝓportionē quātitatū maxie q̄n quodlibet iſtoꝝ eſt homogeneū impoſſibile. Si autē ſunt quātitate ꝛ virtute nō ſunt trāſmutabilia cū coīcent in eadē materia hec etiā opinio ſaluare nō poteſt aliq̄z trāſmutationē qꝛ nec augmētum nec gn̄onem nec motū localē nec alterationē. Augmētum quidē nō qꝛ nō habet fieri niſi per trāſmutationē eius qđ auget in augmētum

Empeđ autē adiungēdo ignē igni dicit ipm augere ꝓprium genus tale aūt nō eſt augmētatio ſed adiunctio. ſecundo difficilius poteſt ſaluare gn̄onē naturalē. quia q̄ ſic generātur: aut ſemꝑ aut in pluribus eodē modo fiunt ꝙ oportet reduci in cauſā p ſe trāſmutantē ꝛ nō in fortunā vel caſum. Si itaqꝫ fiat os vel caro nō generat quomodo ſe habentibus elementis: ſed aliqua ratio eſt cauſa generationis eorum. non quidem amicicia nec lis. cum illa ſolum congreget ꝛ hec diſgreget. ſubſtantia autem rei generate non ſolum eſt mixtio: ſed aliquid aliud ab ea. cuius fortuna non poteſt eſſe ratio vel cauſa. cum per ipſam contingenter fiat mixtio. Natura autem rerum generatarum de qua empedocles nichil dicit: cum tamen ſit bonum ꝛ optimum nō poteſt fieri contingenter per cauſam agentem. nec per ſolam mixtionem. quā iſte laudat dicens amiciciam ipſam cauſare. cum tamen lis non ſolum ſegreget elementa: ſed amicicia. que elementa priora dicit celo ſicut ꝛ amiciciam. Tunc non poteſt ſaluare motum localem. primo quidem: quia non eſt de ratione amicicie ꝙ moueat determinato motu locali. neqꝫ de ratione litis ſimilr: oportet autē cauſā per ſe motꝰ hr̄e determinatā rōnē ad ipſā. Secūdo qꝛ amicicia ſi cōgregat elemēta ꝛ hec nunq̄ cōgre

gãtur niſi alteꝝ ipſoꝝ vel oĩa moueãtur extra ꝓpriũ locũ ꝙ fit motu violẽto: amicicia erit cauſa motus qui eſt cõtra naturã. ⁊ lis cauſa motus naturalis. Tertio q: ſi amicicia ⁊ lis ſunt ſimplr̃ cauſa motus localis: nullus talis iuenitur motus ſine ipis. qđ ipſe empeđ. nõ dicit. ait eñ multotiẽs ethera ſurſũ cõcurrere vel a fortuna vel q: ignis natus eſt ſurſum agi. Quarto q: ipſe empeđ. dicit mundũ ſimplr̃ ſe habere. nunc regnãte lite: ſicut regnãte amicicia. ⁊ ideo oportet cauſã aliã ab iſtis eſſe ꝑncipiũ motus vniuerſaliter. Ultimo nõ poteſt ſaluare oẽm alterationẽ. Si eñ aĩa eſt ex elemẽtis q̃ nõ ſunt ſuſceptibilia paſſionũ vel qualitatũ aĩe ut ꝓpote muſice. ⁊ ideo muſice memorari ⁊ obliuiſci nullã alteratio erit circa aĩam. que ſi eſſet ignis ei inerũt qualitates ignis. Si autẽ mixta ex elemẽtis ei in eſſent corporee qualitates.

Caplm̃. ix. qđ ſic incipit. De elementis autem ex quibus corpora ⁊c. Determinat de gñone mixtorum ex elementis oſtendens falſitatem quarumdã opinionum que nõ poſſunt ſaluare predictã gñonem.

Elemẽta ex quibus corpora mixta generãtur habẽt vnã totalẽ materiam per quã trãſmutabilia ſunt. Nam quibuſcũqꝫ ineſt comunis materia. ineſt tranſmutatio mutuo ⁊ ecõuerſo. Quicũqꝫ ergo dicunt elemẽta nõ trãſmutari adinuicẽ nõ poſſunt ſaluare gñonem mixtoꝝ. niſi eo modo quo paries eſt in lateribꝰ.

Quãuis autẽ habeat dubitatiõẽ quomodo generat̃ aliqđ mixtũ ex elemẽtis dñs ab eiſdẽ: ſi ſunt adinuicẽ trãſmutabilia habẽtia aliqđ cõmune ſubjectũ. tamẽ dicentes ea intrãſmutabilia nõ poſſunt ſaluare gñonem mixtoꝝ. niſi eo modo quo paries fit ex lapidibus ⁊ lateribus. talis eñ mixtura erit ex elemẽtis ſaluatis inter ſe poſitis ſcđm parua. ex quo ſequitur ꝙ ſi per talẽ mixtionẽ facta reſoluãtur in elemẽta: nõ fiet ex qualibet parte carnis qđlibet elemẽtum ſed ex determinata parte determinatũ. quẽadmodum ſi eſſet in cera ſpherica figura ex vna parte ⁊ piramidalis in alia: nõ extraherẽtur ambe hec figure ex qualibet parte cere: ſed ex determinata parte quelibet ipſaꝝ cũ ergo determinatũ fit in qualibet parte mixti patet ꝙ nõ illo modo q̃ dicit empđ eſt mixtio ex alia eñ parte parietis lapides ⁊ ex altera lateres extrahunt̃. Habet etiã queſtionem quomodo ex elemẽtis habẽtibus vnã materiã ⁊ trãſmutabilibus adinuicẽ poteſt eſſe gño mixtoꝝ: ſi eñ caro eſt ex elemẽtis ita ꝙ nõ eſt aliqđ nec cõpoſitio ſaluatoꝝ: nichil relinquit̃ ex eis niſi ſola materia. nam corruptio vnius aut terminat̃ ad aliud aut ad materiã ad aliud quidẽ nõ: q: nullum eoꝝ manet. ergo ad materiã tãtum. Ad qđ dicẽdum eſt. ꝙ in quolibet elemẽto quãtum ad qualitates ꝓprias eſt magis ⁊ minus. ita ꝙ quãdo vnum eſt ſimplr̃ actu ⁊ predñatur: fit gño predñantis. qñ vero nullum oĩo eſt actu ⁊ predñans ſed remiſſum in ſuis qualitatibus: ita ꝙ fit quaſi calidũ ⁊ frigidum: ⁊ frigidũ ⁊ calidũ: tunc corruptis intenſionibus vtriuſqꝫ fit mixtio. In qua nõ relinquitur materia tantum nec generatur alterum ipſorum ex altero: ſed ex omnibus fit quoddam neceſſarium quod eſt mixtum.

Caplm̃. x. qđ ſic incipit. Scđm vero ꝙ eſt in potentia ⁊c. Declarat qualiter ex elementis fit generatio mixtoꝝ. probat ꝙ oĩa corpora mixta ſunt circa medium locum ex oĩbus elementis compoſita ſunt.

Calidum ⁊ frigidũ humidũ ⁊ ſiccũ poſſũt eſſe in potẽtia ſcđm magis ⁊ minꝰ aliquid vero eſt ĩ potẽtia duplr̃ ad calidũ q̃ ad frigidũ aut triplr̃ vel ſcđm aliũ modũ. ⁊ ideo alia ⁊ alia mixta fiunt ex elemẽtis ⁊ alia elementa magis ⁊ minus fiunt ex mixtis. q: aliqualiter ſcđm potẽtiã ſunt in illis nõ ſolũ eo modo quo materia ſed ſcđm modũ ſuperius dictũ. ſ. ꝙ ex elementis fit mixtio ex materia vero gño.

Qm̄ contraria agunt ꝛ patiuntur adinuicē eo ꝙ vnum eſt in potentia ad aliud. ut actu calidum: potentia frigidum: ſi nō coequātur elementa: vnum tranſmutatur in aliud. ipſis vero coequatis ꝛ tranſmutatis. generantur mixta. ut carnes ꝛ oſſa. calido eñi infrigidato ꝛ frigido cale facto ambo veniunt ad medium eo modo eſt de humido reſpectu ſicci. Quecūqz autem mixta ſunt circa medium locum cōponuntur ex omibus elementis. terra quidem eis ineſt: quia ipa conuenit eis ut proprius locus aqua vero: quia oportet mixtum terminari. bene autem eſt terminabilis aqua. ꝛ propter hoc terra nō poteſt continuari ſine humido. ablato eñi humido: decidit terra ī pulverem. ꝛ quia generationes ſunt ex contrarijs: oportet ad generationē mixtorum cōcurrere aerem qui contrariatur terre ꝛ ignem qui cōtrariatur aque: ſicut contingit ſubſtantiam eſſe contrariā ſubſtantie omīa igitur elementa concurrunt ad mixta. Teſtificatur dictis nutrimētum. omīa eñi nutriuntur ex his ex quibus ſunt. nutriuntur autem mixta ex mixtis. in tantum ꝙ ea que videntur nutriri vno ſolo elemento ꝛ plante aqua nutriuntur mixtis. vnde ruſtici temptant irrigare mixcentes ꝛ qm̄ nutrimentum eſt ut materia quod autem nutritur eſt ſpecies ꝛ forma. Rationabile eſt igne vel calore maxime nutriuntur ea que ex inuicem generantur quia maxime tenent rationem forme cuius ſignum eſt quia fertur ad ſurſum tanꝙ ad propriā regionem ibi autem ratiōe celi continentur virtualiter forma ꝛ ſpecies oīm generabilium. corpora igitur mixta conſtituta ſunt ex omibus elementis.

Capl'm. xj. quod ſic incipit. Quia vero ſunt quedam generabilia ꝛ c̄. Oſtendit ꝙ oportet opponi efficientem cauſam generabilium ꝛ hec non poteſt eſſe forma ſeparata ſiue idea nec etiam ipſa materia quia ea que ſunt circa medium locum generabilia ꝛ corruptibilia ponuntur.

Uerenduz eſt vtrum vnumquodqz predictorum ſcilicet vegetatiuum ſenſitiuum intellectiuuz ſit anima vel pars eius. Et ſi pars: ſi quodlibet ſit ſeparabile a quolibet ratione tantuz: vel etiam ſubiecto. de quibuſdam eorum manifeſtum eſt ꝙ abinuicez non ſeparantur ſubiecto. quia ſicut in plãtis quedaz partes abinuicem diuiſe viuunt: exiſtente in eis anima que fuit actu vna in qualibet planta ⁊ potentia plures. que potentia deducta ẽ ad actuz: facta diuiſione: ſic et alie differentie anime inſunt quibuſdaz partibus diuiſis abinuicez. ut in ẽtbomis deciſis ideſt in animalibus que deciſa viuunt quorum vtraqz pars ſentit ⁊ mouetur ſecunduz locum. ſi autem pars quelibet ſic diuiſorum animaliuz habet ſenſuz ⁊ fantaſiaz et etiam habet appetituz. quia vbicumqz ẽ ſenſus: ibidem eſt et triſtitia ⁊ leticia. vbi autez hec ſunt: ibi ex neceſſitate eſt deſiderium. De intellectiuo autem ⁊ perſpectiua potentia vtruz ſequatur ad predicta: non ẽ adhuc manifeſtuz. ſed videtur eſſe alterum genus anime ⁊ ſolum ſeparabile: ſicut perpetuum a corruptibili. alie autez potentie anime ſeparabiles non ſunt ſecunduz ſubſtantiaz. Quãuis autem ſubiecto non ſunt abinuicem ſeparabiles predicte potentie: tamen manifeſtuz ꝙ ſunt diuerſe ratione: ſenſitiuum enim eſt alterum ab opinatiuo: ſicut ſentire alteruz eſt ab opinari. ⁊ eodem modo ð alijs potentijs. Quod autez quibuſdam animalibus omnes potentie predicte inſunt quibuſdam alique alijs vero niſi vna: hec diuerſitas facit differentiaz animaliuz. quare autem hoc factuz ſit: poſterius dicetur. eodem modo accidit de ſenſibus. quia quedam animalia habent omnes. alia quoſdaz. alia vnum maxime neceſſariuz ſecunduz ſcilicet tactum. Quoniam autem quo viuimus eſt dupliciter ſcilicet ad moduz ſubiecti ⁊ ad modum forme. ſicut et quo ſcimus ẽ dupliciter ſcilicet ſcientia ut forma ⁊ anima ut ſubiectuz. ⁊ quo ſanamur ſimiliter hoc quidem ut forma ſcilicet ſanitas aliud ut ſubiectum ſcilicet pars corporis vel corpus: ſicut in iſtis ſcientia ⁊ ſanitas ſunt forma ſpecies ratio ſiue actus ſcientifici ⁊ ſanibilis: eo ꝙ actus actiuorũ ſunt in patiente ⁊ diſpoſito. ita eſt anima actus formalis quo principio viuimus ſentimus mouemur et intelligimus. erit ergo ratio formalis viuendi. ⁊ non materia vel ſubiectuz. Confirmatur autem quod dictum eſt: quia cum ſubſtãtia dicatur tripliciter ſcilicet forma. materia. compoſituz ex eis: materia eſt ſubſtantia in potentia: forma autem ẽ actus: compoſitum vero ex vtriſqz: ſicut animatuz quorum triuz corpus non ẽ actus anime ſed anima eſt actus cuiuſdam corporis. propter quod bene opinantur quibus videtur ꝙ a-

nſima non eſt ſine corpore nec aliquod corpus cuius eſt act9. Eſt ergo anima i cor-
pore non quocumqꝫ ſicͤ dixerunt quidaꝫ priores non determinātes i quo vel quali
corpore ſit anima: ſed in habente debitaꝫ proportioneꝫ ⁊ rationem adpſam ad actuꝫ
proprium. quia actus vniuſcuiuſqꝫ aptus natus eſt eſſe in propria materia. Mani
feſtuꝫ ē igitur ꝙ anima eſt actus formalis corporis phici organici vitꝫ habētis in po
tentia.

Capitulum. v. quod ſic incipit: potentiaruꝫ ⁊c̄. Diſtinguit potentias anime
et conſequētiā earum ⁊ querit quomodo ſe habeat comunis ratio ſie ad ipas.

t.c. 27 Otentiaruꝫ anime quibuſdaꝫ animalib9 omnes inſunt: quibuſdaꝫ alique: q
buſdam vna ſola. dicimus autez potentias. vegetatiuuꝫ. motiuum ſecunduꝫ
locum: ſenſitiuum. ⁊ intellectiuuꝫ. Plantis autem ineſt vegetatiuum ſo-
luꝫ. quibuſdam autez animalibus ineſt vegetatiuuꝫ et ſenſitiuuꝫ: ac per hoc appetiti-
uuꝫ appetitus eīm eſt deſideriuꝫ ſicut ira eſt voluptas. Quod autem cui ineſt ſenſi-
tiuuꝫ inſit ⁊ appetitiuuꝫ patet primo ſic. animalia enim omnia habent ſenſuꝫ tactus.
cui vero ineſt ſenſus: eidem ineſt leticia ⁊ triſticia ⁊ cui hec inſunt eidem ineſt concupiſ
t.c. 28 centia que eſt delectabilis appetitus. Secundo ſic quecumqꝫ habēt ſenſitiuum ha
bent ſenſuꝫ alimenti cum habeant tactuꝫ qui eſt ſenſ9 alimenti. eo ꝙ omnia viuentia
aluntur ſiccis humidis calidis ⁊ frigidis que ſunt ſenſibilia tactu alia vero ſenſibilia ut
ſonus ⁊ color ⁊ odor nichil conferunt ad alimentum: niſi ſecundum accidens. humor
autem ⁊ ſapor eſt vnum tangibilium aliquo modo conferens alimentum ad alimen-
tum. nam eſuries eſt appetitus calidi ⁊ ſicci. ſitis vero frigidi ⁊ humidi. quorum ſapor
eſt delectamentuꝫ ⁊ ideo pertinet ad rationeꝫ alimenti. certificandum enit autem po-
t.c. 29 ſterius de his. Nunc autem manifeſtum eſt ꝙ animalibus habentibus tactum ineſt
appetitus. Quibus vltra vegetatiuum ⁊ ſenſitiuum ineſt ⁊ motiuum ſecundum lo
cum: eiſdem ineſt et fantaſia de qua poſterius dicemus. hominibus autem cum predi
ctis ineſt intellectiuum ⁊ intellectus. et ſi aliqua alia potentia anime honorabilior rep
t.c. 30 iatur illa eſt in hominibus. Manifeſtum eſt igitur quoniaꝫ ratio ideſt diffinitio ani
me ita eſt vna comunis ſicut diffinitio figure. ſicut enī non eſt aliqua figura recti linea
preter triangulum ⁊ alias ſpecies que conſequenter ſe habent: ita non eſt aliqua ani-
ma preter ſuperius dictas. et ſic eſt vna comunis ratio figure rectilinee que conuenit ō
nibus figuris rectilineis et nullius earum eſt propria: ſic et anime eſt vna comunis rō
conueniens omnibus animalibus predictis et nullius eſt propria. Et ideo re-
diculum eſt tam in figuris ꝗ̄ in animalibus querere tantum rationem comunem que
nullius ſit ſpeciei propria. et dimitterre rationem propriaꝫ cuiuſlibett ſpeciei. eſt etiam
ſimilitudo inter ſpecies figure et ſpecies anime: quia ſicut in figuris prima ſpecies cō-
tinetur potentialiter in ſecunda et ſecunda in tertia. et ſic conſequenter ut trigonum i
thetragano. ita et in animalibus vegetatiuum in ſenſitiuo. Querendum eſt igitur
t.c. 31 que ſit propria anima vniuſcuiuſqꝫ ut plante. que hominis. que beſtie. Conſiderā
dum etiam eſt propria cauſa propter quam anime ſic conſequenter ſe habent. nam ſē
ſitiuum non eſt ſine vegetatiuo: ꝗ̄uis vegetatiuuꝫ ſeparetur a ſenſitiuo in plantis. nul
lus etiam aliorum ſenſuum eſt ſine tactu. tactus autez eſt ſine alijs: quia multa anima
lia non habent viſum neqꝫ auditum neqꝫ odoratum ſenſitiuorum etiam aliqua mo-
t.c. 32 uentur ſecundum locum aliqua non. vltimuꝫ autem ⁊ perfectiſſimum eſt intellectiuū
nam corruptibilibus quibus intellectiuum ineſt: his inſunt reliqua omnia. ⁊ non ecō-
uerſo. quibuſdam enim ut plantis non ineſt ymaginatio. quedam vero animalia ſola

ymaginatione viuunt. ſpeculatiui autem intellectus aīa ratio eſt. manifeſtum igitur quia ratio propria cuiuſlibet predictorum alia eſt a ratione comuni anime.

Capitulū. vj. quod ſic incipit: neceſſarium eſt autē debere. Oſtendit quo ordine determinandum ē de partibus anime et ꝙ primo de alimento et generatiua virtute cuius opus eſt ab anima uegetatiua.

Ebeuti perſcrutari de predictis partibus anime neceſſarium ē accipere que eſt vnaqueqꝫ earum. poſtmodum inueſtigare de accidētibus conſequentibꝰ ſubſtantiaꝫ earum. t. c. 33 Volentibus autē diffinire quid eſt intellectiuū ꝫ aut ſē ſitiuum aut vegetatiuꝫ: oportet prius dicere quid eſt intelligere ſentire ⁊ vegetare: eo ꝙ actus ſecundum rationeꝫ priores ſunt potentijs. adhuc autē oportet prius conſiderare obiecta. hec enim ſunt priora actibus. et ideo de obiectis predictaruꝫ potentiarꝫ ſcilicet de alimento ſenſibili et intelligibili oportet prius determinare. Prius autem de alimento et generatione dicenduꝫ eſt: quia pertinent ad potentiam vegetatiuam que prior eſt alijs et magis comunis. hec enim eſt potentia anime ſecundum quam viuere ineſt omnibus viuētibus cuius opera ſunt generare et alimēto vti t. c. 34

Quoniaꝫ autem generare ſit opus talis potentie: patet quia omnibus viuentibus perfectio non orbatis nec habentibꝰ generationeꝫ ſpontaneam naturaliſſimum eſt opus producere ſibi ſimile. ut animal: animal. planta plantaꝫ. hoc enim modo diuinū et immortale eſſe viuentia participant ſecunduꝫ ꝙ poſſunt. tale enim eſſe omnia appetunt et cauſa illius agunt ſcđm naturaꝫ. illud autem cuius cauſa fit aliquid eſt dupliciter vnuꝫ quidem illud quod ē finis. aliud vero illud quo aliquid finitur. ſicut felicitas eſt illud quod eſt finis hominis: ⁊ virtus ſiue actus eſt illud quo acquiritur finis. quoniam igitur nichil corruptibile propter hoc quod nō permanet idem numero poteſt participare diuinum ⁊ perpetuuꝫ eſſe quod eſt finis vite non ſicut quo ſed ſicut cuius cauſa ē operatio vite: participat ipſuꝫ ſecundum quod poteſt. quia corruptibilia ſecunduꝫ ꝙ hoc magis permanet. illud vero minꝰ non ideꝫ numero et in ſe: ſed idem ſpecie et in ſuo ſimili. ſecunduꝫ hec magis et minus participant eſſe diuinuꝫ. t. c. 35

Capituluꝫ. vij. quod ſic incipit. eſt autem anima viuentis et cē. Declarat ꝙ anima ſecundū triplex genus cauſe ſe habet ad corpus ſcilicet ut cauſa formalis. finalis ⁊ vnde pncipiū motꝰ. excludēs cū hoc quoſdā errores circa pdicta.

Anima eſt cauſa ⁊ principiuꝫ corporis viuentis ſicut forma ſubſtantialis. et cuius cauſa ideſt finis. ⁊ vnde principiuꝫ motus: t. c. 36 Quod igitur ſic ſit cauſa ſicē ſubſtantialis forma: patet ſic. forma ſubſtantialis eſt omnibus habentibus eā cauſa ipſius eſſe. viuere autē eſt eſſe viuentibus. et quia anima eſt corpori cauſa viuēdi: ideo ē ⁊ cauſa eſſendi. t. c. 37 Preterea actꝰ formalis ē ratio eſſēdi ei qđ eſt ens in potentia. anima ē actꝰ formalis corporis ēntis in potētia ad eſſe viuū. Qđ āt aīa ſit cauſa final' corporis pdicti pꝫ ſic. natura ita agit ꝓpter fineꝫ ſicē ⁊ intellectus ſed in aīalibus finis quē natura intēdit ē aīa eo ꝙ corpora phīca ſunt ſicē inſtrā. taꝫ in aīalibꝰ ꝙ in plantis tanꝙ grā aīe facta a natura. ğ ipa ē finis. non tm̄ finis ad queꝫ ordinatur eſſe viuētiuꝫ ſꝫ ſicē quo ſunt cōſtituta ineſſe. Similiter patet ꝙ aīa ē vnde principiū motꝰ ſcđm locum. qꝛ iſte motus non inē oībus viuētibus ſed quibuſdam quibus propter perfectioneꝫ ineſt. cuius perfectionis aīa cauſa eſt. nec tm̄ predicta ſunt ab anima: imo etiā ⁊ alteratio et augmentuꝫ ab anima fit in viuētibꝰ. nā ſentire vꝫ eſſe quoddam alterari. nichil autē ſentit quod nō habet aīam. ſimiliter nichil augmentatur phīce nec detrimentum patitur niſi alatur. nichil autem alitur qđ non participat vitam. Empedō t. c. 38

autem dicens augmentuꝫ fieri in plantis dupliciter vno modo per terraꝫ in radicibus
que tendunt deorſuꝫ ſicut ipſa terra fertur per naturam. alio modo per igneꝫ in ramis
qui feruntur ſurſum ſicut et ignis: non bene opinatur. Quia ſurſum ⁊ deorſum in
plantis non bene accipit. quia non eodeꝫ modo ē ſurſum ⁊ deorſum in omnib9 ⁊ in v
niuerſo. Radices enim in plantis ſunt ſicut capita in animalibus. nam inſtra cognoſ
cuntur eſſe diuerſa ex diuerſitate operuꝫ. ⁊ cognoſcuntur eadeꝫ ſiue ſimilia eſſe ex idē
ptitate operum. radices autem in plantis habent idem opus quod habet caput in a
t.c. 39 nimalibus ſcilicet ſumere alimentū. Preterea continens elemēta in corpore aſa
to et prohibens ꝙ non diſtrahantur in contraria loca cauſa eſt eorum que ſunt in cor
pore animato. ſed hec eſt anima ergo ipſa eſt cauſa alimenti ⁊ augmenti. Quibuſ
t.c. 40 dam autem videtur naturam ignis eſſe cauſaꝫ alimenti ⁊ augmenti. eo ꝙ ipſe ſolus i
ter corporea elementa alitur ⁊ augmentatur. propter quod exiſtimari ȷ poteſt operari in
plantis ⁊ in animalibus virtuteꝫ ⁊ augmentum. Ad hoc eſt dicenduꝫ ꝙ ignis quo
t.c. 41 dammodo eſt cauſa predictoruꝫ non tamen ſimpliciter ⁊ primitiua ſed magis anima
nam ignis augmentatur in infinituꝫ quouſqꝫ habeat combuſtibile omnium auteꝫ cō
ſtantiuꝫ per naturam eſt dare terminuꝫ et eſt in eis determinata ratio magnitudinis
⁊ augmenti. hec autem ratio non poteſt in animalibus attribui igni: ſed magis ani
me. quia ignis eſt ſicut pars materie. anima auteꝫ eſt forma et ratio animalis.

Capitulum. viij. quod ſic incipit: quoniam autem eadeꝫ potentia etc̄. De
clarat ꝙ alimentum de quo neceſſarium eſt determinare ad cognoſcendum
potentiam vegetatiuam quodammodo contrarium eſt alito quodam modo
non. et quid eſt ipſuꝫ alimentuꝫ et quomodo differt ab augmēto concludens
ex hijs quid ē potentia vegetatiua.

t.c. 42 Uoniaꝫ eadem potentia anime eſt vegetatiua reſpectu indiuidui conſeruan
di ⁊ generatiua reſpectu ſpeciei. determinanduꝫ ē primo de alimento. quod
deſeruit vtriqꝫ. hec enī potentia diuiditur ab alijs propria opatione. Alimen
t.c. 43 tuꝫ itaqꝫ videtur eſſe contrariuꝫ ei ꝙ ex ipſo alitur. Non tamen omne contrarium
alitur ex alio: ſed quecūqꝫ contraria ſic generantur ex inuiceꝫ. ꝙ vnum eorum augmē
tatur ex alio ex quo generatur illud. Ex quo aliud ſic generatur quod ex eo augmē
tatur dicitur alimentuꝫ eius. et ideo ſanum non eſt alimētum infirmitatis nec econū
ſo. quia vnum ſic fit ex alio: quod non augetur ex eo. propter hoc etiam dicūt quidam
ꝙ aqua eſt alimentum ignis. quia ſic generatur ex ea ut etiam augeatur ignis autem
non eſt alimentuꝫ aque quia licet aqua generetur ex igne: proprie tamen non augetur
in ſimplicibus igitur corporibus aliud videtur eſſe alimentuꝫ aliud quod alitur. Du
t.c. 44 bitationeꝫ autem habet quod dictuꝫ eſt. quidaꝫ enim dicunt ſimile nutriri ex ſimili: ſicut
et augeri. alij vero contrarium ex contrario quia alimentuꝫ oportet mutari ⁊ decoqui
t.c. 45 ut trāſeat in ſubſtātiam aliti. omnis auteꝫ mutatio eſt inter contraria. Preterea a
limentū aliquid patitur ab eo ꝙ alitur ⁊ non econuerſo. ſicut inſtructor ſiue artifex nō
patitur a materia: ſed materia ab eo niſi in quātuꝫ exit de quiete i actū. omne āt patiēs
contrariuꝫ ē ei a quo patitur. Ad hec dicēduꝫ ꝙ differt aliquid dicere alimētuꝫ qd
ꝓmo adueniat alendo. ⁊ quod vltimo. quod enim ꝓmo incepit aduenire nō ē coctum
et ideo ei quodāmodo cōtrariuꝫ eſt quod āt ſibi vltimo aduenit ē aliq modo ſimile q̄re
manifeſtū ē ꝙ vtriqꝫ quodāmodo dicūt bn̄ ⁊ quodāmomo non bn̄. Quī autem ni
t.c. 46 chil alit niſi pticipet vitaꝫ: oportet corp9 qd alit eſſe aiatuꝫ. ⁊ q2 alimētuꝫ qd p ſe ⁊ nō p
t.c. 47 accidens alit eſt ſimile alito: ideo ⁊ ipſum oportet eſſe animatuꝫ. Alia tamen eſt ra

tiuo alimēti ⁊ augmenti. ſecundꝫ ꝙ ipſuꝫ eſt aliquod quantum: augmentat. ſecundꝫ quod eſt ſubſtantia ⁊ hoc aliquid alit et ſaluat ſubſtantiam. que tātum perſeuerat quouſqꝫ alatur. Ita tamen ꝙ non eſt factiuuꝫ nec generatiuum principium aliti cum ipſuꝫ iam ſit. nil auteꝫ ſe ipſuꝫ generat. ſecundum eſt conſeruatiuum eius generando aliquid talē quale eſt alituꝫ. quia ſemen quod eſt generationis principiuꝫ eſt ſuperfluū alimenti. alimentuꝫ autē eſt generationis factiuum. Dicamus igitur diffiniendo nutritiuam ꝙ ipſa eſt potentia anime potens ſaluare ſuum ſubiectuꝫ ſecundum quod huiuſmodi. alimētuꝫ autem preparat naturam opationi eius ⁊ ideo priuatum alimento non poteſt perſeuerare. t. c. 48 Dicamus igitur tria eſſe quorum primuꝫ eſt alens ſcilicet anima. t. c. 49 Secundꝫ quod alitur ſcilicet corpus habēs animam. tertium vero eſt alimentuꝫ quo corpus alitur. Quoniam vero iuſtuꝫ eſt omnia denominari ex fine finis auteꝫ nutritionis eſt generare aliquid tale quale eſt id quod nutritur: ideo anima vegetatiua ſic poteſt deſcribi: ꝙ eſt generatiua talis quale eſt alituꝫ. t. c. 50 Aduertendꝫ tamen ꝙ ſicut illud quo nauis gubernatur eſt dupliciter ſcilicet manus tanꝙ mouens tantum. ⁊ themon tanꝙ mouens ⁊ motum: ita a quo alitur eſt dupliciter vnum quidē alimentum tanꝙ mouens motum ipſum enim eſt neceſſarium poſſe decoqui. aliud autem mouens tantum ſcilicet calidum quod operatur decoctioneꝫ. ⁊ ideo omne aīatum habet decoctionem figuraliter igitur dictum eſt quid ſit alimentum. poſterius āt certius dicetur de ipſo proprijs rationibus.

Capitulum. ix. quod ſic incipit: determinatis autem his et c̄. Oſtendit ꝙ ipſa eſt paſſiua determinando de potentia ſenſitiua. q̄2 aliquando conſiderat tātum in potentia aliquādo vero in actu.

Poſt determinationeꝫ vegetatiui determinandꝫ eſt de ſenſitiuo et dicendꝫ ꝙ ſenſitiuum conſiſtit in moueri et pati cum ſentire videatur eſſe alteratio quedam. que vtrum fiat a ſimili vel diſſimili: dictuꝫ eſt primo de generatione. t. c. 51

Dubitationeꝫ autem habet quare nullus ſenſ9 ſentit ſe ipſum. ⁊ quare ſentire non poteſt eſſe ſine ſenſibilibus. ut igne. terra. et ſimilib9. aut ſine accidentibus ipſorum. t. c. 52 Dicendum eſt ꝙ hoc accidit quia ſenſus non eſt potentia actiua: ſed paſſiua. et ideo non ſentit ſe ipſum. ſicut conbuſtibile non agit in ſe: ſed recipit actioneꝫ conbuſtiui. eo ꝙ eſt in potentia paſſiua ⁊ non habet actiuum ad comburēdum. ſi enim hanc haberet comburerent ſe ipſum ⁊ non indigeret igne comburente. t. c. Quoniam autē ſentire dicimus habenteꝫ potentiam ad ſentiendum etiam ſi actu non ſentiat: ut patet in dormiente habente viſum ⁊ etiam ſentire dicimus actu operantem: oportet ſenſum dupliciter dici ſcilicet in potentia. ⁊ in actu. et eodem modo ſentire eſt in potentia et actu. Nec videtur inconueniens ꝙ ſenſus dicitur potentia paſſiua cum hoc dicatur eſſe in actu. quia interdum pati ⁊ mouere dicimus agere. nam motus eſt actus imperfectus ut patet in tertio phiſicorum. t. c. 54 Omnia autem paſſiua patiuntur ⁊ mouentur ab actiuo ente actu. et ideo pati fit quodammodo a diſſimili ſcilicet in principio quo dāmodo a ſimili ſcilicet in fine quando paſſum eſt.

Capitulꝫ. x. quod ſic incipit: diuidendum autem ⁊ c̄. oſtendit ꝙ eſſe in potē tia eſt dupliciter tam in itellectu ꝙ in ſenſu ⁊ qualiter adinuicē differūt hij duo modi potentie.

Diuidentes de potentia et de actu dicimus aliquem eſſe ſcientem quia actus natus eſt habere ſcientiam. aliqn̄ vero dicimus ſcientem quia iam habet ſcientiā. et iſti nō eodē modo ſunt ī potētia ad ſciēdū. p̄m9 quidē in potētia hab t. c. 55 t. c. 56

tialr et remota ſicut materia reſpectu forme. Secūdꝰ aūt ē in potentia actuali ⁊ ꝓpīq quia poteſt cōſiderare quādo vult. niſi aliquod exteriꝰ prohibeat. Conſideratis aūt actu proprie dicitur ſciens. Duo igitur primi dicūtur ſcientes in potentia. ſed primus non poteſt fieri actu ſciens niſi per doctrinā alteret et ex priuatione mutetur in habitū. Secundꝰ autē qꝛ habet habitū fit in actu abſqꝫ alteratione vel mutatione ſolū per conſiderare. paſſio tamē iſta de qua dicitur ꝙ aliquis ſciens in potentia tranſmutatur in actu: non eſt corruptio facta a contrario ſed magis eſt ſalꝰ et perfectio. Habens autē ſcientiā cum actu fit ſpeculās. non alteratur. licet in eo aliquid addat ſi vero alterari dicatur: alterū genus erit alterationis. vnde non bene dicitur ſapientē habitualiter cum ſapiat actualr alterari. nec alterari hedificatorē cum hedificat. exiēs autē de habituali potentia in actū non doctrinā aduenire ſibi dici debet. cum eā habuit: ſed qđ acquiritur alterā denominationē hēre iuſtū eſt. Qui autē ſcientiā habet in potētia ſi eam accipiat a ſciente actu ſcilicet magiſtro non pati dici debet: niſi dicat eſſe duos alterationis modos. vnum qui ē in diſpoſitiones contrarias preexiſtētibꝰ alterum in receptione formarū perficientiū ſine eo ꝙ aliquid abiciatur. Similr ſenſitiui prima mutatio ē a generante ducente ipſū ad actum forme ſenſitiue. cum autē generatum ē: iam habet formā qua poteſt ſentire. ſicut ſciēs habet ſciētiā. actu autē ſentiens ſimilis eſt conſideranti. differt autē intellectꝰ a ſenſu. qꝛ ſenſibilia que ſūt actiua operationū ſenſibiliū extra potentias ſunt ut viſibile et audibile. intelligibilia aūt ſunt in intellectu. cauſa autē qꝛ ſenſus qui eſt in actu: ſingulariū eſt exiſtentiū extra ipſū. ſcientia autē eſt vniuerſalium. que modo aliquo in ipſa anima ſunt. Ex quo ſequitur hominē poſſe itelligere cū velit. ſentire aūt non ſemper. qꝛ ad ipſū requirit ſenſibile qđ nō ſemꝑ eſt pñſens. et ſicut in ſenſu: ita eſt in ſcientijs ſenſibiliū in quibus requiritur preſentia ſingulariū. ſed de his tractabitur alias. Ex predictis patet qm̄ eſſe in potentia non dicit vno modo: ſꝫ pluribus ſicut aliter ē in potētia ad militādū puer. et aliter vir. ⁊ eodem modo ſe hēt ſenſitiuū in potētia ut dictum ē. Quis autem determinatum ſit ſupra ꝙ exire de potentia in actum ſentiēdi ⁊ intelligendi ſit alterū: tamen qꝛ nomīa propria non ſūt his poſita: oportet vti ipo pati et alterari tanꝗ proprijs predictorū. dictū ē etiā ꝙ ſenſitiuū tale ē in potētia q̄le ſenſibile in actu. ita ꝙ incipiēs pati diſſimile eſt ſenſibili paſſum autem aſſimilatum eſt.

Capitulum. xj. quod ſic incipit: dicendū autem ſcđm vnumquodqꝫ diuidit ſenſibile tripliciter. manifeſtans quid ē ſenſibile ꝓprium. quid cōe. ⁊ qđ ꝑ accidens.

Ad intelligendum propriū ſenſibile cuiuſlibet ſenſus. Sciendū eſt ꝙ ſenſibilium duo ſentiunt per ſe. quorum vnum eſt ſenſibile propriū cuiuſlibet ſenſus aliud comune oīm ſenſuum. tertium aūt ſcđm accidens ſentitur. Proprium quidem ē qđ non contingit ſentiri niſi proprio ſenſu. et circa quod ſenſꝰ non errat. ut color reſpectu viſus ⁊ odor reſpectu odoratꝰ. ⁊ ſic de alijs ſēſibilibꝰ. Quis tactus plures habeat differētias proprias ſenſibiliū. de proprijs autē obiectis nullus ſenſus iudicās decipitur quantū ad propriā rationē obiecti: quis poſſit decipi in aſſignādo ſbꝫ ipſius obiecti ſenſibilis. ſicut viſus non decipitur in iudicando colorem licet poſſit dcipi quid ſit coloratū. Comunia aūt ſenſibilia ſunt motꝰ. quies. numerꝰ: figura. ⁊ magnitudo hec enī. ſ. ſic ſunt comunia oībus ſenſibꝰ: ꝙ nullꝰ vniꝰ ſūt propria. pdicta igitur propria et comunia ſenſibilia ſunt per ſe. Secundum autē accidens ſenſibile dicitur cum

eſt ſenſibile per ſe. ut ſocrates albus per accidens ſentitur. ſcilicet quia ei ineſt albedo que per ſe ſentitur. vnde a tali ſenſibili ut eſt ſocrates nichil per ſe patitur ſenſus. proprie autem ſecundum ſe ſunt ſenſibilia propria: ad que vniuſcuiuſqꝫ ſenſus natura eſt apta et proportionata.

Capitulū. xij. quod ſic incipit: huius quidem eſt viſus et cetera. Inueſtigat proprium obiectum viſus. oſtendens ꝙ viſibile per ſe eſt color: licet mediāte lumine in diaphano videatur. et quid diaphanum. et quid lumen. ꝙ nec corpus nec defluxus eſt corporis.

Illud eſt proprie viſibile cuius proprie eſt viſus. ut color. et quoddam aliud innominatum. ſicut manifeſtum erit ex conſiderandis. Color autē viſibilis eſt ſecundum ſe. ſecundum ſe autem dico non ꝙ ſit ſubiectum in quo ſit ratio viſibilis ſed quoniam in ſe ipſo habeat cauſam eſſendi viſibile. omnis enim color per naturam ſuam mouens eſt diaphanum actu lucidum. tale autem eſt viſibile per ſe: quamuis ſine lumine color non ſit viſibilis. Sed quia illud viſibile ē cuius color eſt in lumīe: propter quod de lumine dicendum et de diaphano cuius lumen ipſum eſt actus. Diaphanum autē voco quod eſt viſibile non ſecundum ſe: ſed propter extraneum colorem. ut aer. aqua. et quedam ſolida. ut criſtalus. talia autem diaphana ſunt non per ſe ſed per aliquod commune quod eſt in eis. et non ſolum in his ſed etiā in corpore celeſti reperitur. Lumē autem actus eſt eius diaphani ſecundum ꝙ diaphanum quod quidem non eſt tranſparens ſiue diaphanum niſi in potentia quando eſt priuatum lumine et eſt tenebroſum. vnde lumen eſt velut color diaphani ſecundum actum quod lumen cauſatur ab igne. et ab alio corpore luminoſo ut celeſti. huic etiam et quibuſdam īferioribus aliquid idē commune eſt ſicut lucere et illuminare diaphanum. Dictum eſt igitur quid eſt diaphanum et lumen. Ipſum quoqꝫ lumen non eſt ignis nec aliquod corpus nec defluxus corporis. Nam ſic eſſet corpus cuius preſentia illuminaret diaphanum. et ſic duo corpora eſſent in eodem. Et ꝙ lumen ſit diaphanum: patet: quia contrariatur tenebre que eſt priuatio luminis in diaphano ergo lumen ē preſentia habitus oppoſiti tenebre in diaphano ſecundum actum. Et ideo empe. non recte opinatus ē nec alius quicumqꝫ dixerit lumen ſucceſſiue diffundi in medio: ſed propter velocitatem latet nos ſucceſſio. hec eſt contra rationem et contra apparentiam. in paruo enim ſpatio probabiliter poſſet nos latere ſucceſſio. ab oriente in occidēs non poteſt latere. Id autem quod ſuſceptiuum eſt coloris de ſe non ē coloratum ſicut ſuſceptiuum ſoni de ſe eſt abſonum. et quia diaphanum eſt ſuſceptiuum colorum: ideo de ſe eſt ſine colore et inuiſibile. non ſolum ꝙ vix videatur: ſed etiam impoſſibile ē videri ſicut tenebra inuiſibilis eſt. diaphanum enī in potentia et non actu luminatum tenebroſum eſt. quia eadem natura corporis tranſparentis ſuſceptiua eſt tenebre et luminis.

Capitulum. xiij. quod ſic incipit: non autem inuiſibilia et cetera. Declarat de quodam viſibili cui non eſt comune nomē et declarat qualiter tamen color quamuis iſtud viſibile innominatum videatur.

Non omnia viſibilia videntur in lumine ſed ſolus color. quedam enim non in lumine ſed in tenebra videntur: ut ignea quibus non eſt vnum commune nomen. ut quercus putrida cornu capita piſcium ſcama ac oculi quorūdam aīalium. non tamen videtur proprius color alicuius iſtorum in tenebra: ſed in lumīe. propter quamdam cauſam color iſtorum videtur in lumīe et ipſa videntur in tenebra alia rōne. Manifeſtum ē ex dictis quoniam illud quod videtur in lumīe ē color. cum ſit motiuus diaphani ſecundum actum cuius diaphani actus

lumē eſt. Signuz autez ꝙ color videtur mediante diaphano illuminato eſt: quia ſi quis ponit coloratuz ſupra viſuz non videtur: eo ꝙ color mouet primo diaphanum puta aerez. et ipſo aere continuo exiſtente potentia mouetur ipſom ediāte. Et ideo non bene dixit democritus opinando ꝙ ſi eſſet mediuz vacuuz viſibile quātumqz diſtans et paruuz ut formica in celo clare videretur. hoc enim eſt impoſſibile. nam viſio ſit potentia aliquid patiente a ſenſibili immediate āt non poteſt relinquetur ergo ꝙ a medio patiatur. iſtud aūt non erit facto vacuo. et per conſequēs nihil videbitur per vacuuz. dictum eſt ergo propter quid neceſſe eſt colorez videri in lumine. Ignis autez ex neceſſitate videtur tam in tenebra ꝙ̄ in lumine: quia mediuz diaphanum ab ipſo luciduz fit. et ideo videtur in tenebra. et quia coloratus eſt videtur in lumine.

Quod autem dictuz eſt de viſibili videlicet. ipſuz ſentire per mediuz: veruz eſt de ſono et odore. non enim faciunt ſenſationez tangentes ſenſitiuuz ſed ab eis media mouentur. a medijs autez potētie. vnde ſi quis ponat odorās ſupra potentiaz odoratiuā et ſonans ſupra audítiuam nullum facient ſenſum. de tactu etiam et guſtu ſimiliter ſe habet licet non videatur. cuius cauſa poſterius dicetur. mediū autez ſono eſt aer: odoris autem innominatuz eſt medium eo ꝙ eſt aliquid aeri ⁊ aque cōmune. ſicut diaphanuz mediuz eſt coloris. nam ꝙ aqua aliquo modo ſit mediuz epatet ex hoc ꝙ aliqua animalia habent ſenſuz odoruz. de aere etiaz patet ꝙ ſit mediuz eiuſdez q2 homo et greſſibilia reſpirantia odorant.. non reſpirantia autem impoſſibilia ſunt odorare ſicut inferius dicetur.

Capitulum. xiiij. quod ſic incipit: nunc autez primo de ſono et c. Determinat da generatione ſoni a quibus et in quo habet fieri.

Quia determinādum eſt de ſono ⁊ olphatu: dicamus primo ꝙ̄ ſonus dicitur aliquando dé actu aliquādo de potentia. nam quedaz dicimus non habere ſonuz quia non ſunt apta nata facere ſonuz ut ſpongia et lana. quedaz vero dicimus habere ſonum quia poſſunt ſonare ut es et quecumqz ſunt plana et lenia et in his eſt ſonus in potentia. quādo autez exiſtit in medio potens mouere auditū eſt ſonus in actu. Iſte autem fit ab aliquo percutiente aliud. et in aliquo ſubiecto ſcilicet in medio. vnde impoſſibile eſt fieri vnum ſonum ab vna ſola re nam verberans eſt aliud ab eo ꝙ verberatur. ex quorum tactu fit ſonus qn̄o ictu tetigerit. et q2 ictus non eſt ſine motu. quia motus requirit mediuz: ideo ſonus in actu eſt in medio. Non tamen ictus quorumcūqz facit ſonum. ſicut pili ſi percutiantur: ſed ea ſola percuſſa faciunt que cumqz leuia ſunt: ut es. vel concaua. Iſta enim poſt primuz ictum reddunt multos ictus de repercuſſione eo ꝙ aer motus in eis exire non poteſt. Sonus etiam fit a percuſſione aeris ⁊ aque. ſed minor ꝙ̄ a corporibus ſolidis: eo ꝙ magnus ſonus requirit percuſſionez corporuz ſolidoruz adinuicem ⁊ ad aerez fit autem potiſſime tunc ſonus ab aere percuſſo quādo eſt permanens et citius percutitur ꝙ̄ ſoluatur. maxime ſi velociter ⁊ fortiter percutiatur. tunc enim mot9 ferientis preuenit fracturā aeris. ſicut ſi aliqs velociter percutiat cumuluz lapillorum: ictus eius preuenit diuiſionez ipſoꝝ ab inuicē

Echon autem fit ab vno aere refracto quādo continēs prohibet ipſum diffundi ita ꝙ reppellitur ſicut ſphera percutiens ſolida. Videtur aūt fieri ſemper echon licet in manifeſti9. accidit eñ in ſono ſicut in lumie. nam lumen ſemꝑ refrangitur in medio aliter extra ſolem nō eſſet lumen ſed tenebra tamen hec refractio non eſt tanta in medio quanta fit ab aere vel ab aqua vel ab aliquo ſolido et polito quedam tamen refractio luminis tan debilis eſt ut dicatur umbra ſiue tenebra.

Capitulū.xv.quod ſic incipit:vacuum enim recte dicitur et c̄. Manifeſtat ꝙ aer exterioꝛ:eſt medium auditus et ſonī. et ꝙ pꝛeter hunc eſt aer connaturalis complātatus auri.⁊ ꝙ ſonus generatur ſimul a percutiente et percuſſo.cuius differentie manifeſtantur quando ſonus ēſt in actu.

Et quem quidem dicunt vacuum propꝛium mediuꝫ eſt audiendi.quia continuus exiſtens facit audiri ſonum duꝫ mouetur aer enim cuꝫ ſit frangibilis nō ſonat niſi quando percuſſum habet quandam lenem et quaſi ſolidam ſuperficiem.illud enim qđ motuꝫ mouet vnum aerem continuum uſqꝫ ad auditum eſt de numero ſonantiuꝫ. Auditus enim:connaturalis eſt aeri exiſtenti in aure qui mouetur ab aere exteriori moto ictu ſonantis.et quia talis aer nō eſt in qualibet parte animalis ſed ſolum in aure:ibi tantum audit animal:ſicut videt tantum in pupilla.in qua et nō alibi eſt humidum quod eſt oꝛganuꝫ viſus. Per ſe quidē aer non ſonat:eo ꝙ facile cedit.tamen cum pꝛohibeatur fluere et violenter mouetur:eius motus ē ſonus.aer vero complātatus auri immobilis debet eſſe:ut ſentiat omnes differentias motus

Et ideo animal audit in aqua quādo non ingreditur ad connaturaleꝫ aereꝫ. interdum enim nec aurem pōt ingredi pꝛopter eius reflexiones. cum autem ingrediatur vel cum miriga idest pellis circumſtans aerem complātatum auri fuerit leſa vel infirmetur:non audit animal.ſicut nō videt quādo pellis pupille laboꝛat. Signum autem aeris complantati auri eſt:ꝙ ſi appoſuerit manuꝫ auri videtur ſonare ſicut coꝛnu.quia aer interioꝛ quodam pꝛopꝛio motu mouetur non ꝙ ſonet aer ille pꝛopꝛio ſono:ſed potiꝰ extraneo et ideo dictuꝫ eſt ꝙ audire eſt ab aliquo modo ſonanti:aere mediante:eo ꝙ audimus per aureꝫ habenteꝫ determinatum aereꝫ. Sonat auteꝫ nō tantum verberans aut quod verberatur:ſed vtrumqꝫ:licet alio et alio modo.ſonus āt eſt motus alicuius poſſibilis moueri ſicut mouentur reſilentia ⁊ ſaltantia cum fuerit a ſolido repercuſſa.et ideo non ſonat vnumquodqꝫ ſicut acucies acus percutiēs acuciē alterius.quia ex his non fit ſenſibilis expulſio aeris .et ideo opoꝛtet regulare et ſolidū eſſe illud quod percutitur ut aer ſubito deſſiliat et moueatur.cuius motus cauſat ſonū

Differentie autem ſonantiuꝫ ſic cognoſcunť per ſonuꝫ in actu ſicut differentie coloꝛum per actum luminis.et ideo accutuꝫ et graue conoſcuntur per ſonuꝫ in actu. Hec tamen ſecunduꝫ methaphoꝛaꝫ dicuntur in ſono.ſicut eniꝫ accutuꝫ in pauco tēpoꝛe multum mouet tactum obtuſuꝫ auteꝫ in multo tempoꝛe parum mouet:ſic ſonuꝫ accutus dicitur qui in pauco tempoꝛe mouet audituꝫ grauis auteꝫ qui in multo tempoꝛe ipſum mouet. Ex hoc tamen non ſequitur ꝙ accutum ſit idem ꝙ velox.et graue ꝙ tardum.licet motus accuti fiat pꝛopter velocitatem.et grauis pꝛopter tarditateꝫ. Habet igitur ſimilitudinem accutū in voce cum accuto in tactu quia vtrūqꝫ pꝛopter velocitateꝫ ſubintrat cito et quaſi pungit. ſimiliter graue in voce cuꝫ hebete in tactu.quia vtrumqꝫ quaſi ꝓpellit et fit in multo tempoꝛe.⁊ ideo accutum in vtroqꝫ ſēſu ēſt velox et graue ſiue hebes eſt tardum. dictum eſt igitur de ſono.

Capitulum.xvj.quod ſic incipit:vox auteꝫ eſt ſonus et c̄. Determinat de voce que eſt quidaꝫ ſonus oſtendens quibꝰ competit vox et quo oꝛgano foꝛmatur et quid eſt ipſa vox.

Vox eſt ſonus rei animate.nullum enim inanimatoꝛum dicitur vocare:niſi ꝑ ſimilitudineꝫ.tibia ac lira et ſimilia inſtrumenta habentia extenſionem melodiaꝫ et interruptioneꝫ q̄ ꝓprie reperiť in voce ſimilitudinarie dicūtur vocem hr̄e.multa etiaꝫ aīalia vocem nō habent ut carentia ſanguine.aīaliū hn̄tiuꝫ ſāguinē

piſces non habēt voces q2 non poſſunt expirare. vox autez eſt motus aeris cauſat9 ex expiratione. ꝙ autē piſces qui ſunt in flumine atheleo ſonitū faciunt hoc non ē per reſpirationē: ſed q2 branchijs vel penulis aquam mouēt. t. c. 88. Quū igitur vox eſt ſonus animalis factus ex percuſſione aeris expirati ꝛ reſpirati: rationabiliter illa habēt vocez q̄ aerem ſuſcipiunt per reſpirationē. Hoc autem aere reſpirato natura vtitur ad duo. nam ſic vtitur lingua ad guſtum qui neccessarius ē propter conſeruationez vite ꝛ ad locutionez q̄ eſt propter bene eſſe: ita vtitur aere reſpirato ad contemperationez caloris interioris tanq̄ neccessaria ad vitam ꝛ ad formationem vocis neccessarie propter bene eſſe. t. c. 89. Organuz autem reſpirationis vocalis ē inſtrumētū continuatum pulmoni. quod vocatur arteria. ſiue trachea. quod nos dicimus epiglotū. et eā namqz reperitur in animalibus q̄ pedib9 gradiuntur eo ꝙ plus habent caloris. q̄ alia animalia. ꝛ ideo locus cordis plus indiget aere ingrediēte et egrediente per reſpirationez ad contēperandum vehementiaz caloris naturalis t. c. 90. percuſſio igit̄ reſpirati aeris ab aīali virtute exiſtente in corde ꝛ pulmone facta ad vocalez arteriam q̄ in extremo ſimilis eſt ligue fiſtule vox eſt. Unde non omnis ſonus ē vox. q2 contingit etiam lingua aliquid ſonare non per modū vocis ſic facit tuſſiens. oportet igitur ad formationez vocis aīantiuz cum debita imaginatione verberare vocalem arteriaz. nam vox ē ſonus nō tm̄ reſpirati aeris: ſed ſignificatiui. licet hoc fiat aere verberato reſpirāte aerem q̄ eſt in ateriā:

t. c. 91. Cuius ſignuz ē ꝙ reſpirantia non fuant vocem reſpirādo aut inſpirādo: ſed potius retinendo quaſi ex reſpirato aere repcutiendo aerem retentuz in vocali arteria. Et ideo piſces q2 non habēt gutur carent voce. gutur autem non habēt quia non reſpicipiunt aerem nec reſpirant.

Capitulū. xvij. quod ſic incipit: De odore autez et olfabili et c̄. Determinat de odorabili oſtendens ꝙ ſenſuz odoratus homo hēt debilez. et quod differētias odorabiliuz cognoſcit per analogiam ad guſtum. ꝛ quid eſt odorabile et quid non.

t. c. 92. De odore ꝛ odorabili minus bene determinare poteſt hō q̄ de ſono et viſibili q2 non eſt ita manifeſtum nobis quid ſit odor. eo ꝙ ſenſuz odoratus pejorem habem9 multis animalib9. praue enim odorat hō. nec per certitudinez ſentit t. c. 93. odorabile: niſi a deō fuerit vehemēs et forte ut cauſet letitiam vel triſticiam. ſicut eniz animalia habētia fortes oculos non ſentiūt differentias colorum niſi vehemēter mouentium: ſic et homines non ſentiūt differētias odorū niſi fuerint vehemētes. Uidētur olphatus hēe analogiam ad guſtuz. et ſpecies odorum ad ſpēs humoris homo tn̄ habet certiorem guſtuz. eo ꝙ eſt quidaz tactus quē ſenſuz homo hēt certiſſimuz. nam t. c. 94. licet in alijs deficiat a multis aīalibus: tamen ꝑ tactum certius diſcernit. et ideo hō eſt prudentiſſimuz aīaliuz. cuius ſignum ē q2 in genere hominuz ſcdm hunc ſenſū et nō alium cognoſcūtur ingenioſi et non ingenioſi. nam duri carne ſunt inepti mente. molles autez carne bene apti. t. c. 95. Sicut igitur aliquis humor eſt dulcis alius amarus: ſic ſunt et odores alij dulces ꝛ alij amari. qui ſic proportionātur humoribus ut quedam habentia humorez dulcē habēt dulcē et ſuauē odorez. q̄dam vero nō. et ſimiliter de amaro ſiue auſtero ſapore ꝛ accuto odore. q2 tamen non ſic manifeſti nobis ſunt odorez ſicut humores: ideo ad ſimilitudinez ſaporuz nominamus differētias odorum. dulcē t. c. 96. enim odorem ſic et ſaporem in croco et melle dicim9 acrum aūt ſiue auſteruz in pane azimo ꝛ ſimilibus. Sicut autem reſpectu auditus dicit̄ aliquid audibile vel non audibilē et reſpectu viſus aliquid viſibile ꝛ non viſibie nam comune ē ſenſui ꝙ compre

bendat propꝛiuz ſenſibile ⁊ eius priuationez: ita etiam reſpectu olphatus aliquod odo
rabile et non odoꝛabile. ⁊ hoc dupliciter. vel quia impoſſibile eſt habere odoꝛez vel qꝛ
prauum aut paruum odoꝛem habet eodem modo dicitur non guſtabile.

Capitulum. xviij. quod ſic incipit: eſt autem olphatus et cͤ. Oſtendit aerez et
aquam eſſe mediuz olphatus ⁊ vtruz reſpirantia et non reſpirantia ſimiliter o
doꝛent. et ꝙ in odoꝛe predominatur ſiccum.

Ediuz olphatus non eſt tantuz aer ſed etiam aqua. quia aquatica videntur ſē
tire odoꝛem ⁊ ſimiliter animalia habentia ſanguinez et non habentia in aere
ſentiunt. quedaz enim carentia ſanguine ut apes a longe tranſeunt ad alimē
ta mota ab odoꝛe. Dubitatur vtrum odoꝛatus ſit ſenſus vnius rationis in omni-
bus. et videt̄ ꝙ non. homo eniz reſpirans odoꝛat. expirans autez et retinēs ſpm nec a
longe nec prope odoꝛat: etiaz ſi in naſuz intus ponatur odoꝛabile. ꝗuis enim comu-
ne ſit omnibus odoꝛantibus non ſentire odoꝛez poſituz ſupꝛa olphatum: tamen pꝛoꝑ
um eſt hominis non odoꝛare ſine reſpiratione. et quia carentia ſanguine non reſpirāt
et tamen odoꝛant: videntur habere aliuz ſenſum ꝗ̄ olphatuz vel alterius rationis. t.c. 98.
Sed impoſſibile eſt in eis eſſe olphatus alterius rationis ſi ſentiunt odoꝛez iſte enim
ſenſus vnus ⁊ idez exiſtēs eſt idez odoꝛabilis tam mali ꝗ̄ boni odoꝛamenti. Pre
terea olphatus in carentibus ſanguine et in homine coꝛrumpitur a foꝛtibus odoꝛi-
bus ut ſulphureis et huiuſmodi. ergo non reſpirātia habēt olphatuz ſicut et homo t.c. 99.
Differt autez hic ſenſus in homine ab alijs animalib9: ſicut viſus hominis a viſu aīa
liū hñtiuz duros oculos. nā viſum in hoie habet fragma. ideſt panuz et palpebras ꝗ̄ t.c. 100.
ſi velamen quas non moriens nec retrahens non videt. foꝛtia autez oculis nil tale ha
bent ſed ſtatim vident que fiunt in lucido. ita et olphatus in quibuſdaz animalibus eſt
ſine operculo. ſicut oculus in predictis animalibus et in aliquibus non aerem recipiē
tibus olphatus habet cooperimentuz quod diſcooperitur per reſpirationez ampliatis
venis et poꝛis. et ideo reſpirantia non odoꝛāt in aqua quia non patiuntur ab odoꝛe: ni
ſi reſpirando quod impoſſibile eſt fieri in humido. odoꝛ ſic fundatur i ſicco ſicut ſapoꝛ
in humido. ſenſitiuum autez odoꝛum. tale eſt in potentia qualis eſt odoꝛ in actu.

Capituluz. xix. quod ſic incipit: guſtabile eſt quoddaz tangibile ⁊ cͤ. Determi
nat de guſtabili oſtendens ipſuz non fieri per mediuz extraneuz et ꝙ guſtus ē
reſpectu guſtabilis non exiſtens actu ſed potentia humiduz.

T quia guſtabile eſt quoddam tangibile hinc eſt quod non ſentitur per medi t.c. 101.
um coꝛpus extraneum. ſicut nec tangibile eſt enim guſtabile aliquod coꝛpus
cuius ſapoꝛ fundatur in humido ſicut in materia. hoc enim eſt tangibile ſine
medio extraneo. vnde et ſi in aqua ſentiremus appoſitū dulce hoc non fieret per ipſaz
tanꝗ̄ per mediuz ſed potius ſentiremus humiduz ſapoꝛoſum admixtum aque. Co-
loꝛ autem in medio non videtur: quia admiſceatur medio vel defluat per ipſum ſicut
fit in ſapoꝛe. ⁊ ideo viſibile et guſtabile non conueniunt in ratione medij: ꝗuis ſapoꝛ
ita ſit guſtabilis ſicut coloꝛ viſibilis. Nichil autez guſtu percipitur ſine humiditate t.c. 102.
actu vel potentia habita. ſalſum enim licet actu non ſit humiduz: tamen quia bene li-
quidum ⁊ liquabile eſt: per linguam diſſoluitur et per humoꝛes qui ſunt in lingua. gu
ſtabile eſt tanꝗ̄ potentia humidum. Sicut autem viſus eſt viſibilis et inuiſibilis di t.c. 103.
co autem et inuiſibile tam priuatione ut tenebꝛa ꝗ̄ exceſſu ut valde ſplendiduz: ita et a
uditus eſt audibilis ⁊ non audibilis. dico autem non audibile ut ſilentiuz vel paruus
ſonus et etiam ſonus vehemētis ⁊ violentus. et iterum ſicut inuiſibile dicitur aliquid

quia impoſſibile eſt videri aut aptuꝫ natuꝫ non videtur aut praue videtur: ſic guſtus ē re ſpectu guſtabilis et non guſtabilis. non guſtabile eſt auteꝫ habens prauuꝫ aut par= uuꝫ humoreꝫ aut corruptiuuꝫ guſtus. potabile auteꝫ ꝛ non potabile videtur principi um eſſe guſtabilis que ambo pertinēt ad guſtuꝫ ſed hocquidē ſcilicet non potabile ut prauum ꝛ corruptiuuꝫ eius. aliud auteꝫ inconueniens eſt nature ipſius vtrum ſcilicet potabile ꝛ non potabile comune eſt tactus ꝛ guſtus propter humiditateꝫ ꝛ saporē.

t. c. 104 Quoniaꝫ guſtabile eſt humiduꝫ neceſſe eſt guſtum nec eſſe actu humiduꝫ nec impoſ ſibile fieri humiduꝫ. q2 cum eius guſtus patitur a guſtabili in quātuꝫ guſtabile quod q deꝫ in quantuꝫ tale eſt humidū: oportet guſtum ita eſſe humectatuꝫ ꝛ poſſibile fieri hu miduꝫ ꝙ non ſit actu humiduꝫ. Cuius ſignū eſt ꝙ non contingit ſentire per guſtū lingua exiſtente omnino ſicca nec perfecte humida. nam tactus ipſius guſtus fit pri= mi humidi. et ideo prius guſtās fortem saporeꝫ non ſentiet qualitateꝫ alterius saporiſ ſtatim guſtati poſt ipſuꝫ. infirmis omnia videntur amara propter quod lingua plena ē precedenti humiditate.

t. c. 106 Simplices autem ſpēs humorum ſicut amarum ꝛ dulce contrarie ſunt ſicut ꝛ ſimplices ſpecies coloruꝫ. conſequenter auteꝫ ſe habēt ad dulce quideꝫ pingue ad amaruꝫ autem ſalſuꝫ. medie auteꝫ inter predicta ſunt acre auſteruꝫ ponticum accutuꝫ. hec enim ſunt differentie saporuꝫ. guſtus igitur eſt potentia ad pre dictos humores. guſtabile auteꝫ facit talem ipſum in actu.

Capitulum. xx. quod ſic incipit: de tangibili autē et tactu et c̄. Manifeſtat ꝙ idem eſt querere de tactu et tangibili querens vtrum tactus ſit vnus ſenſus vel plures ꝛ quid ſit organum ſentiens in tactu.

E tangibili ꝛ tactu ita ē eadem ratio: ꝙ ſi tactus nō ē vnus ſēſꝰ ſed plures: ꝛ tā gibilia ſunt plura. Et ideo dubitatur vtrum ſit vnus tactus vel plures. ſecun= do quid ſit organuꝫ ſentiendi in tactu ſcilicet caro in habētibus eam ꝛ aliquid proportionale carni in non habentibus eā. aut hoc non ſit organuꝫ: ſed potius medi uꝫ ſentiendi ipſuꝫ auteꝫ organuꝫ ſit aliquid intrinſecuꝫ. Ad primaꝫ dubitationē di cenduꝫ eſt ꝙ omnis vnus ſenſus ē vnius contrarietatis. ſicut viſus albi et nigri audi= tus grauis ꝛ accuti guſtꝰ amari ꝛ dulcis: et quia tangibiles multe ſunt contrarietates ſicut calidū frigidum humiduꝫ ſiccum et huiuſmodi ꝛ ideo multi ſunt tactus. Sꝫ contra hoc dicetur quia etiam aliquoruꝫ ſenſibilium plures ſunt contrarietates ſicut a udibilis non ſolum accumen ꝛ grauitas ſed etiam leuitas ꝛ aſperitas vocis ſimiliter ꝛ in colore multe ſunt contrarietates. Huiuſmodi obiectionis ſolutio eſt ꝙ contrari etates aliquoruꝫ ſenſibilium reducuntur ad vnum ſubiectū ſicut differentie audibilis ad ſonum ꝛ ad vnam primaꝫ contrarietatem quod non ē manifeſtuꝫ eſſe in obiecto ta ctus. Quantuꝫ ad ſecundaꝫ queſtioneꝫ dubitatur vtrum ſenſitiuuꝫ ideſt inſtrumē tuꝫ ſentiendi ſit neruus vel caro. dicere enim carnem eſſe huiuſmodi inſtrumentuꝫ quia ſimul cum tactu carnis ſit ſenſus tactus: nullum eſt ſignum. nam ſi circa carnem extendatur aliqua pellis ſubtilis: ſtatim per ipſum tactum fiet ſenſus tangendi. et ta= men conſtat ꝙ ipſa non eſt organuꝫ ſentiendi. et ſi eſſet connaturalis huiuſmodi pel= lis: citius fieret tactus per eam non tamen eſſet organuꝫ tangendi. Caro igitur ſic ſe habet ad tactum: ſicut aer ſe haberet ad alios ſenſus ſi eſſet nobis connaturalis: tūc enim eodem organo videremur ſentire ſonum colorem ꝛ odoreꝫ videremur quia au= ditus et viſus et olphatus eſſent vnus ſenſus. ſed quia diuerſa ſunt media per que fi= unt predicti motus: manifeſtum eſt ꝙ et ſenſitiua ſunt diuerſa. in tactu autem non ma nifeſtum vtrum ſit vnus ſenſus quia non eſt manifeſtum eius medium. non enim a=

 

er: vel aqua poſſunt eſſe inſtrumenta vel medium ipſius cum ex eis non poſſet conſtare corpus animam3 eo quia tale oportet eſſe ſolidum et firmum: et ideo relinquitur tale corpus cõſtare mixtione terre ⁊ aeris et aque. ſiue ipſum ſit caro ſiue aliquid ſimile carni. medium igitur tactus eſt corpus ad natu3 ideſt naturaliter coniunctum tactui q̃ mediante ſentitur. et ideo neceſſarium eſt eſſe aliquod corpus medium tactui adnatũ per quod fiaut ſenſus: cum ſint plures ſẽſ9 tangendi. Quod probat tacens qui eſt in lingua iſte eni3 ſecundum eandem parte3 ſentit omnia tangibilia in quantum tactus et humor eſt. vnde ſi alia pars carnis ꝙ lingua ſentiret differentias humoru3 guſtus: et tactus viderentur idem ſenſus. nunc aute3 iudicantur eſſe duo propter hoc ꝙ ſola lingua ſentit humorem. ſic et tactus non eſt vnus ſenſus ſed plures q̃uis videatur habere vnum corpus tanꝗ ſubiectum.

Capitulu3. xxi. quod ſic incipit: dubitabit autem aliquis et c̃. Inueſtigat autẽ vtrum in tactu ſit medium extrinſecum oſtendẽs hoc mediu3 aliter eſſe reſpectu tactus et aliorum ſenſuu3. quia omne corpus habet trinam dimenſionem que eſt profundum et non contingit corpora habentia inter medium corpus adinuicem ſe tangere: dubitabitur vtrum inter corpus tangẽs et tactum ſit aliud corpus medium.

Ad quod dicendum ꝙ humidu3 et humectatum non eſt ſine corpore. tale enĩ vel eſt aqua vel aqueu3. et ideo que tangunt ſe in aqua neceſſe eſt habere aq̃3 pro medio. qua extrema eorum replecta ſunt. niſi ſint omnino ſicca. et ideo impoſſibile eſt talia inmediate ſe tangere quoru3 medium eſt aqua. eodem autem modo eſt in aere. quia ſimiliter ſe habet ad ea que ſunt ipſo: ſicut aqua ad ea que ſunt in ea. licet magis lateat nos mediatio aeris. Similiter animalia aquatica latet humectum eſſe medium ſe tangentium. Dubitatur autem vtrum omnes ſenſus eodem modo vel alio et alio ſentiant. quia videtur guſtus et tactus ſentire ſine medio tangendo ſẽſibile. alij autem ſentiunt longe poſitum obiectu3. Ad quod dicendum ꝙ eodem modo ſcilicet per medium ſentiunt omnes ſenſus. nam duru3 et molle ita ſentimus per medium. ſicut ſonabile et viſibile et odorabile. licet hec ſentiamus alonge: illa vero de prope propter quam propinquitate3 latet medium potius in tangibili ꝙ in alijs; ſicut enim dictũ eſt prius ſi ſentiremus tangibilia mediãte pelle ignorando ꝙ hec eſſet media: Ita ſentimus mediãte aqua et aere ignorando ꝙ hec ſunt media tangendi. Quamuis autem ſenſibilia percipiantur aliquo medio: tamen differt mediũ in tangibilibus a medio aliorum. nam in alijs ita ſentimus ſenſibilia ꝙ medium mouet aliqualiter potentiam. tangibilia vero non ſentimus moti a medio: ſed ab eis ſimul mouetur medium et potentia ſicut quis per clypeum percutitur. non ꝙ clypeus percuſ9 percutiat: ſed ſimul percutitur clypeus et homo.

Capitulu3. xxij. quod ſic incipit: manifeſtat ꝙ caro eſt mediu3 tactus inueſtigans ꝙ ſit organum eius et oſtendens ꝙ obiectum ipſius ad oppoſita ſe extẽdit.

Modo tactus et guſtus ſic conueniunt cum alijs ſenſibus quia ſicut aer ⁊ aqua ſunt media. viſus. auditus. olphatus: ſic caro et lingua media ſunt guſtus et tactus. et ſicut in alijs ſenſibus ſenſibile poſitum ſupra ſenſu3 ut album ſupra vltimum oculi. impedit ſenſationem: ita in tactu et guſtu tangibile poſitum ſupra ſenſum impedit ſenſatione3. ex quo patet ꝙ virtus ſenſitiua tangibilis eſt interius. cuius medium eſt caro. Differentie vero corporis tangibilis hec ſunt que ſunt corporis

ſenſitiui quibus elementa determinantur ſcilicet calidꝫ frigidum humidum ſiccum. de quibus dictum eſt in his que de generatione. Tactiuum autem eſt quoddaꝫ ſenſitiuum ipſarum. primuꝫ autem vocatum tactus eſt pars corporis talis in potentia q̄les ſunt predicte differentie in actu. ſentire eniꝫ quoddam pati eſt et ideo tangibile taleꝫ facit tactū in actu quale ipſuꝫ eſt trahendo de potentia ad actuꝫ. Et quoniaꝫ tactus in quadam medietate predictaruꝫ qualitatuꝫ exiſtit: ideo ipſas non ſentit: ſed excelentias ipſarum. quas tamē ſenſibilia diſcernit. propter hoc quod exiſtit in medietate ipſorum. medium eniꝫ diſcernit extrema: quia comparatuꝫ ad vnum extremorum tenet rationeꝫ alterius. ſicut igitur debens ſentire albuꝫ ⁊ nigrum neutrum ipſorum ē actu ſed potentia vtrumqꝫ: ita eſt in quolibet ſenſu alio. propter quod tactus debēs ſētire calidum ⁊ frigidum potentia eſt vtrūqꝫ et actu nichil ipſoruꝫ. Amplius ſicut viſus aliquo modo eſt reſpectu viſibilis ⁊ inuiſibilis ⁊ ſimiliter reliqui ſenſus ſunt oppoſitorum: ſicut tactus eſt tangibilis et intangibilis. Intangibile autem dicitur habens puam excelentiam tangibilium qualitatuꝫ. ut aer ⁊ habens tantaꝫ excelentiam earumdem ut corruptiuuꝫ ſit tangentis ut ignis. dictū ē igitur communiter de vnoquoqꝫ ſēſu.

Capitulum. xiij. quod ſic incipit: oportet auteꝫ vniuerſaliter de omni. Inueſtigat quid conuenit ſenſui in comuni reſpectu ſenſibiliuꝫ et quid debet dici in quolibet ſenſu organuꝫ. et quare excellens ſenſibile corrumpit quēlibet ſenſuꝫ. et propter quid plante non ſentiunt nec omne corpus patitur ab omnibꝰ obiectis ſenſuum.

E quolibet ſenſu hoc oꝫ intelligere quoniaꝫ ſuſceptiuus eſt ſpecieruꝫ ſine materia. ſicut eniꝫ cera figuraꝫ anuli auri vel enei ſuſcepit non ſuſcipiendo auruꝫ vel es: ita quilibet ſenſus patitur ab habente coloreꝫ vel ſaporeꝫ vel ſonum et ſimilia ⁊ nō ī quantuꝫ talia ſunt in materia: ſed in quantuꝫ recipit rationeꝫ ſiue intentioneꝫ ipſorum ſine materia. Primuꝫ autem ſenſitiuuꝫ eſt illud in quo eſt potentia ſuſceptiua obiecti modo predicto. ita ꝙ iddeꝫ eſt potentia ſenſitiua et obiectum in quo primo fundatur ſecunduꝫ rem. altera vero ſecunduꝫ rationeꝫ nam ſubiectum eſt quedam magnitudo: ſed ratio quedaꝫ eſt potentia fundata in illo. Ex his manifeſtum eſt propter quid excelens ſenſibile corrūpit ſenſum nam quia ſenſus eſt quedaꝫ ratio ſiue proportio que deſtruitur facta fortiori motione q̄ ſit ſua aptitudo hinc eſt ꝙ [illegible]bile excellēs propter violenteꝫ actionem corrumpit proportionem ſenſitiui. ſicut fortis percuſio chordaruꝫ ī inſtrumento muſico deſtruit ſonuꝫ armonicum et ſimphoniam. Manifeſtum eſt igitur ex eiſdeꝫ propter quid plante non ſentiunt: q̄uis habeant vegetatiuuꝫ ⁊ patiantur a qualitatibus tangibilibus. quia eŭum non habeāt medietatem neqꝫ principium receptiuuꝫ ſpecierum ſenſibilium ſine materia. ſed patiuntur cuꝫ ipſa: idcirco non ſentiunt. Dubitatur ſi aliquod corpus carens olphatu patiatur ab odore ⁊ carens viſu patiatur a colore et ſic de alijs ſimilibus. Et videtur ꝙ non odor eſt quid olphabile ⁊ ideo facit olphationem que eſt paſſio olphatus. propter quod non habens olphatuꝫ non poteſt pati ab odore. et eodem modo ēſt de obiectis aliorum ſenſuum. Preterea neqꝫ viſibile ut lumen. neqꝫ audibile ut ſonus. neqꝫ odorabile ut odor agit in corpora non habentia ſenſuꝫ. neqꝫ tonitruum ſcindit ligna per ſonum ſed potius per motum aeris in quo eſt ſonus. Tangibilia et humores que ſunt obiecta tactus et guſtus faciunt effectuꝫ in corporibus. quia ſi ab his corpora non paterentur non eſſet a quo corpora inanimata alterarentur. Dubitatur

ergo quare alia ſenſibilia non agunt in corpora animata ſicut ⁊ iſta. Ad quod dicē dum eſt ꝙ ideo non oē corpus patitur ab odore ⁊ ſono: quia paſſiua a talibus ſunt indeterminata et inſtabilia. ſicut patet in aere qui patiendo ab odore fetet. Quod autē dicebatur odorare quod ab odore patitur: nō eſt verum ſimpliciter: ſed odorare eſt pati ab odore ſentiendo odorē. aer autem non ſentit quando patitur ab odore: ſed potius fit ſenſibilis per ipſum.

Capitulum .xxiiij. quod ſic incipit: ꝙ autē non ſit alicuius ſenſus et cetera. Probat ꝙ non eſt dare alium ſenſū preter quinqʒ predictos per rationes ſumptas ex ſimilibus proprijs ſenſibilibus.

Quod preter viſum auditum olphatū guſtum et tactum. non ſit alius ſenſus ſic patet. Omne quod ſentit habet ſenſum tactus. et hunc nos habemus per quem nos ſentimus omnes paſſiones tangibiles in quantum tangibiles Sicut enim neceſſe eſt defficere aliquod organū ei cui defficit aliquis ſenſus: ita neceſſe eſt actu ſentire habentē organum tactus. ſicut habemus nobis coniunctum quecumqʒ vero ſentimus non per tactum cuius mediū nobis coniunctum eſt: ſed ꝑ media ſeparata ut per ſimplicia elementa ſcilicet aerem et aquā ſic ſe habent ꝙ ſi per vnum mediū ſenſibilis diuerſa genera ſentiuntur ut ſonus ⁊ color per aerem neceſſe eſt habentem organū conforme aeri: ſentire vtrumqʒ. Si vero per plura media ſentimus ſeparata idem ſenſibile. ut colorē per aerem et aquam quia vtraqʒ diaphana ſunt. habens organum conforme alteri illorū mediorum ⁊ vtriqʒ ſentiet idem ſenſibile per vtrumqʒ. quia igitur ſenſitiua per medium coniunctū vel per medium ſeparatum ſufficienter continet omnes ſenſus: et iſti ſunt numero natura quīqʒ predicti: patet ꝙ preter ipſos predictos non eſt dare aliū. Preterea organa ſentiendi. aut ſunt ex aere aut ex aqua. pupilla que eſt organū viſus proprie ex aqua eſt. organū vero auditus attribuitur aeri organum olphatus alteri predictorū ignis āt aut nullius ſenſus eſt organū: licet miſceatur principaliter alijs elementis ad conſtruendū organum tactus: relinquitur itaqʒ omnino conformari et attribui aeri et aque quos ſenſus omnia animalia perfecta ⁊ non orbata habēt. nam et talpa habet oculos ſub pelle. Si ergo nullū eſt corpus nel paſſio ſenſibilis preter corpora et paſſiões que hec per media predicta ſentiuntur: patet ꝙ nullus ſenſus defficit habenti quinqʒ ſenſus predictos.

Capitulum .xv. quod ſic incipit: at vero nec comuniū et cetera. Probat non eſſe aliquē ſenſum preter quinqʒ per rationem ſumptam ex ſenſibilibus comunibus oſtendens cum hoc quare habemus multos ſenſus.

Senſibilium comunium ſicut eſt motus quies figura magnitudo numerus. q̄ per ſe et non ſecundum accidens ſentimus quolibet ſenſu non poteſt eſſe aliquis vnus proprius preter predictos hec cum mediante motu ſentimus. magnitudinē enim ſicut menſuramus ita et ſentimus per motū et eodem modo figuram que eſt magnitudo. quies vero cum ſit priuatio motus per motum habet ſentiri. et ſimiliter numerus ſentitur priuatione continui ei et temporis. numerantur enim q̄ non ſunt continua ſed diuerſa. Nullus igitur ſenſus vnus poteſt eſſe proprius ſenſibilium predictorum. quod patet ſic vnuſquiſqʒ ſenſus ita ſentit per ſe vnum ſenſibile proprium quod per accidens ſentit quicquid eſt diuerſum ab eo. quod eſt per accidens poteſt eſſe dupliciter primo ut aliquis ſenſus proprius alicuius ſenſibilis ſentiat ſenſibile alterius ſenſus eo ꝙ coniungitur colori in aliquo ſubiecto. ſecundo ut ſi aliquis ſē

ſus per ſe ſentiat proprium obiectum et ſecundum accidens ſubiectū illius ꝙ nullo mo
do eſt per ſe ſenſibile: ſicut viſus poteſt ſentire filium cleonis cui ineſt albedo que per ſe
ſenſibilis eſt. ex quo patet ꝙ ſenſibile proprium alicuius ſenſus non poteſt per ſe ab alio
ſenſu ſentiri. Cum igitur comunium ſenſibilium ut motus quietis figure magnitu
dinis et ſimilium ſint plures ſenſus per ſe non eſt aliquis ſenſus proprius ipſorum.
Si enim eſſet aliquis ipſorum propriꝰ ſequeretur ꝙ alius ſentiret ea per accidens. eo
modo quo ſentimus ſubiectum per qualitates ſēſibiles ut filius cleonis per albedinem
vel eo modo quo ſenſibile vnius ſenſus per alium ſenſum ſentimus quia coniungitur
cum ſenſibili. ſicut ſentimus amarum per viſum: quia coniungitur cum rubeo. Et
ideo in talibus contingit iudicium decipi alterius ſenſus. quia enim colera amara eſt ⁊
rubicunda aliquando iudicamus ꝙ aliquid rubicundum quod non eſt colera ſit amarū

Si autem queratur quare habemus plures ſenſus et non vnum ſolum. dicendum
hoc feciſſe naturam ne lateant nos cōmunia ſenſibilia. ut magnitudo et motus. Si
enim ſolum viſum haberemus: non cognoſceretur diuerſitas coloris et magnitudinis
poſito ꝙ color eſſet primum obiectum viſus et proprium. ex hoc cum ꝙ diuerſis ſenſi
bus percipiuntur ſenſibilia comunia: manifeſtum eſt ea eſſe diuerſa a ſenſibilibus pro
prijs.

Capitulum. xvj. quod ſic incipit: quoniam autem ſentimus et c̄. Inueſtigat
vtrum eodem ſenſu ſentiamus et ſentiamus nos ſentire.

Uoniam ſentimus nos videre et audire neceſſe eſt aut viſu ſentire quia vide-
mus aut altero quodam ſenſu. Et ſi altero ſentimus nos videre aut audire
de illo ſenſu queritur ſi ſentit ſe videre per ſe vel per alterum ſenſum. dubitatur
ergo de predictis. nam ſi idem ſenſus ſentit ⁊ ſe ſentire percipit: idem erit ſenſus di-
uerſorum obiectorum ſcilicet obiecti proprij et actionis vel paſſionis proprie. ut ſi idē
viſus videt et percipit ſe videre: idem viſus erit reſpectu coloris et viſionis. Si aūt
alio ſenſu ſentiamus et alio percipiamus nos ſentire: duo ſenſus erunt eiuſdem obiecti
ſenſus enim quo percipimus nos ſentire neceſſario ſentiet obiectum ſenſibile ſenſati-
onis q̄m ſentit ut ſi alio ſenſu ꝙ viſu ſentimꝰ nos videre: ille ſenſus erit perceptiuus co
loris. et ſic duo ſenſus erunt eiuſdem obiecti. Preterea ſi alter ſenſus eſt quo ſen-
timus nos videre et quo videmus: de illo quereretur vtrum per ſe ipſum ſentiat ſe vide-
re aut per alium. et ſi per alium: iddem queretur de illo. ita ꝙ vel procedatur in infini-
tum quod eſt impoſſibile: vel deuenietur ad aliquem ſenſum qui ſic iudex erit ſui ipſius
ꝙ ſentiat ſe ſentire. et ſi hoc verum eſt de aliquo ſenſu: ſtandum eſt in primo. Con
trarium huius eſt quia ſi ſentit viſus ſe videre quod autem videtur vel color eſt vel ha-
bens colorem: oportebit viſionem eſſe coloratam. Ad quam obiectionem dicendum
eſt ꝙ ſentire viſu non eſt ſic vnius obiecti ſicut videre. diſcernimus enim viſu mediāte
tam tenebras ꝙ lumen: licet non eodem modo cum tenebras non videamus. Pre
terea viſio aliquo modo colorata eſt. quia ſenſitiuum ſuſcipit ſpeciem ſenſibilem ſine
materia. propter quod abeuntibus ſenſibilibus inſunt nobis ſenſationes et fantaſie
ſenſibilium. Preterea vnus ⁊ idem actus ſecundum rem eſt ſenſibilis et ſentientis
licet diuerſus ſit ſecundum rationem verbi gratia ſonus ſecundum actum idem eſt ꝙ
auditus ſecundum actum contingit habentia auditum non audire et habentia ſonum
non ſonare ſcilicet quando ſunt in potentia. ſed quando potentia auditiua eſt in actu:
et potens ſonare actu ſonat tunc ſimul fit auditus ⁊ ſonus in actu. quorum alterum di
cimus auditionem alterum ſonationem. Ambo tamen ſcilicet auditum et ſonum

neceſſe eſt eſſe in potentia ſentiente ſicut in ſubiecto. actio enim agentis et paſſio patientis in patiente ſunt vnum. vnde non ē neceſſe omne agens pati vel moueri. act9 autem ſonatiui ſiue ſoni ſonatio eſt. ſed actus auditiui ſiue auditus eſt auditio. dupliciter autem dicitur auditus ⁊ ſonus. ſcilicet in potentia et in actu eadeꝫ autem ratio eſt de actu aliorū ſenſibilium et ſenſuum. ſicut enim actio ⁊ paſſio ſunt in patiente: ſic vniuerſaliter actus cuiuſlibet ſenſibilis et ſenſatio ſenſitiui ſunt in ſenſitiuo ita tamen ꝙ in quibuſdā vtrūqꝫ nominatum eſt ſcilicet actus ſenſibilis ⁊ ſenſitiui ut in auditu act9 audibilis dicitur ſonatio ſenſatio vero audientis dicitur auditio. in quibuſdam vero ſenſibilibus alterum eſt innominatū ut in viſu cuius ſenſatio dicitur viſio et in guſtu cuius ſenſatio eſt guſtatio actus vero tam coloris ꝙ humoris innominatus eſt.

Capitulum. xxvij. quod ſic icipit: quoniam autē vnus quidem et cͤ. Manifeſtat ꝙ ſimul corrumpitur actus ſenſibilis et ſentientis ⁊ ſimul ſaluatur vtrumqꝫ ſecundū actū: licet in potentia ſimul non corrumpatur reddit etiam rationem quare excellens ſenſibile corrumpit ſenſum.

Quoniam igitur actus ſenſibilis et ſenſitiui vnus et idem eſt ſecundum rem: licet differens ratione: neceſſe eſt ſimul corrumpi ⁊ ſaluari vtrumqꝫ ſecundū actum. ut auditum et ſonum. et humorē et guſtum et alia ſimiliter. potentia autem non eſt neceſſe. Quod primi naturales non bene conſiderabāt: quando vniuerſaliter opinabantur ſimpliciter non eſſe colorem ſine viſu vel humorem ſine guſtu. licet enim color non ſit in actu ſenſationis ſine viſu nec humor ſine guſtu. potentia tamen et color eſt ſine viſu et humor ſine guſtu. Quoniam autem vox ſiue ſonus quodammodo exiſtens idem auditui eſt ſimphonia quedam ⁊ hec eſt quedam proportio: neceſſe eſt auditum conſiſtere in quadam proportionata ratione et eodem modo quamlibet aliam ſenſationem propter quod vnumquodqꝫ excellens ſenſibile corrumpit proprium ſenſum cum deſtruat proportionē in qua conſiſtit. excellens enim audibile deſtruit auditum et excellens humor guſtū et excellens fulgidum viſum et ſic de alijs excellentibus obiectis. obiecta autē ſincera ⁊ contemperata ſecundum debitam rationem delectabilia ſunt ſenſibus talia vero proprie ſunt mixta et quaſi media inter extrema ſicut reſpectu auditus ſimphonia mixta eſt cum acuto ⁊ graui delectās auditum. ſimiliter reſpectu tactus eſt mixtū delectabile ex calido et frigido. excellentia vero ſenſibilia contriſtant et corrumpunt ſenſum.

Capitulū. xxviij. quod ſic incipit: vnuſquiſqꝫ ſenſus ſubiecti ſenſibilis et cͤ. Inueſtigat ſenſū comunē eſſe ex hoc ꝙ diſcernim9 ſentiendo ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. oſtendens ꝙ iſte ſenſus comunis ꝙ aliquo modo eſt vn9 alio modo habet vim multorum.

Quilibet ſenſus eſt reſpectu obiecti ſenſibilis cuius eſt perceptiuus in quantum eſt ſenſitiuus diſcernēs differentias ipſius obiecti. ſicut viſus reſpectu colorum diſcernens albū et nigrum et eodē modo eſt in alijs ſenſibus. Sꝫ quoniam ſentiendo diſcernimus differentiā quam habent ſenſibilia diuerſorum ſenſuū adinuicem ut album et dulce: neceſſe eſt ſenſu cognoſcere hanc differentiam: cū ipſa quorum differentiā cognoſcimus ſint ſenſibilia. hanc autem differentiam non percipimus aliquo vno ſenſu de predictis verbi grā tactu cuius organum videtur eſſe caro qꝛ neceſſe eſſet diſcernere predicta ſenſibilia tangendo vtraqꝫ. Nec duobus ſenſibus poteſt diſcerni ꝙ alterum ſit dulce ab albo: ſed oportet aliquo vno ſenſu vtraqꝫ manifeſta eſſe. duobus enim ſenſibus cognoſcere duo ſenſibilia eſſe diuerſa

ſimile eſt ac ſi diuerſa eſſe cognoſcerẽtur: quia ego illud ⁊ tu aliud ſentis. tali autē modo non iudicatur diuerſitas ſenſibiliū. ⁊ ideo oportet vnū et eundem ſentire ſenſū quoniam alterū eſt dulce ab albo. et iudicare ea differre. quod non eſt poſibile fieri neq̄ vnō neq̄ pluribus ſenſibus particularibꝰ et ideo oportet eſſe quendā ſenſum communēm diſcernentē differentiā ſenſibiliū diuerſorum ſentiendo vtrūq̄. Quod autem non in alio et alio tempore ſed in eodē predictus ſentiat ſenſus diuerſa ſenſibilia ⁊ diſcernat inter ipſa: patet. quia ſicut ipſe exiſtens idem iudicat alterū bonum vel malū ſic ꝙ quando iudicat vnū iudicat et alterū dico autem in eodē quando: ut ſi nunc dicit albū alterum a dulci: ita et in eodē nunc per ſe dicit dulce alterum eſſe ab albo: ergo ſimul in eodem tempore inſeparabili percipit vtrumq̄. Impoſſibile aūt videtur eſſe vnū et idem indiuiſibile ⁊ indiuiſibili tempore moueri ſecundū contrarios motus. dulce autem et amarū: tam ſenſū ꝙ̄ intellectū contrarie mouent. ſimiliter album et nigrum. ergo non eodē ſenſu ſimul ſentiuntur predicta. Et ſi dicatur ꝙ ſenſus communis eſt vnus et indiuiſibilis ſubiecto: tamen multiplex ratione et virtute: ita ꝙ aliquo modo diuiſibilis exiſtens ſcilicet ſecundū eſſe et rationē. alio vero modo indiuiſibilis ſcilicet ſubiecto ſentit diuerſa: hoc non eſt poſſibile. Licet enī in eodē ſubiecto indiuiſibili poſſint eſſe contraria in potentia: non tamen poſſunt eidem ineſſe ſecundum actum ſicut igitur impoſſibile eſt eſſe album et nigrum eidem ſimul ineſſe actu: ita impoſſibile videtur ſenſū eundē ſimul pati a ſpeciebus ipſorum dicendum eſt igitur ꝙ ſicut punctū exiſtens idem et vnum in ſe eſt plura ſecundum ꝙ determinat lineas diuerſas eo ꝙ pluries vtimur eodē ſigno. ſic ſenſus communis vnus et idem eſt in ſe et ſecundum ꝙ indiuiſibile poteſt ſimul plura cognoſcere ac diſcernere. ſecūdū autem ꝙ eodē vtimur tamꝙ̄ termino plurium ſenſuū cognoſcit et iudicat plura ſenſibilia ſeparata et tempore diuerſo vtimur enī ipſo pro duobus quādo duo iudicat ſeparata. de pͥncipio igitur ſecundum ꝙ dicimꝰ animal eſſe ſenſitiuū hec dicta ſunt.

t. c. 149

Capitulū. xxix. quod ſic incipit: qm̄ autem duabus differentijs etc̄. Enumeratis his quibus idē videt̄ eſſe ſenſus et intellectus determinat ipſos realiter et inter ſe differre.

Uoniā duobus. ſcilicet motu ⁊ ſenſu aīa diffinita eſt cōprehendendo ſub ſenſu intelligere diſcernere ⁊ ſentire: videtur intelligere eſſe quoddam ſentire ꝓpter multa. primo qꝛ in vtriſq̄ anima aliquid iudicat ⁊ cognoſcit ſecūdo quia antiqui idē dicunt eſſe ſapere ⁊ ſentire. Empe. enī dicit ꝙ appetitus in hoībus et in alijs aīalibus inclinatur ad agendū ad preſens. ideſt ad preſentiā terminati temporis vel conuenītis obiecti. itaq̄ diuerſitas obiecti vel temporis ꝓpat eis ſapere diuerſa. homerus etiam dicit intellectū talē eſſe in terrenis hominibus qualē ſol qui eſt pater et hoīū per generationē ⁊ deorum ⁊ planetarū per illuminationē efficit illuminando. quod facit in die. Ita ꝙ omnes hij opinantur intelligere eſſe corporeum ſicͭ ſentire quorū vtrumq̄ fit per ſimile ut dictū ē in principio huius tractatus inſufficienter aūt determinauerūt de predictis ommittētes dicere de ignorātia ſeu deceptione que videtur ꝓpria animalibus. quia plurimū tempus anima ignorans ē vnde neceſſe antiquos dicere omnia que videtur eſſe vera vel tactū rei diſſimilis eſſe deceptionē: ſi noticia eſt per apprehēſionē ſimilis. hoc enī cōtrariū eſt ei quod ē ſimile ſimili cognoſcere. nec iſtud poteſt eſſe verum quia eadem ſcientia et etiā deceptio eadē ē contrariorū. Qd autem non ſit idē intelligere ⁊ ſentire patet pͥmo

appetitus i hoibꝰ et alijs aīalibꝰ

ex hoc ꝙ ſentire inẽ oĩbus aĩalibꝰ intelligere aũt paucis. ſecũdo idẽ pʒ ex hoc ꝙ intelligere cõtingit aliquid recte ⁊ nõ recte. recte quidẽ per prudentiaȝ ſciaȝ ⁊ verã opinioneȝ. nec recte aũt per cõtraria ipaꝝ. ſentire aũt nõ cõtingit aliquid niſi ſit recte. qꝛ ſenſꝰ ſp̄ verꝰ ẽ reſpectu ꝓprij obi. duo igiẗ ſunt ĩ qbꝰ dr̃et ĩtellectꝰ a ſenſu. quia ĩtelligere cõtingit aliquid falſũ et nulli ineſt cui nõ inſit ratio ſenſus autem propriorum ſemper eſt verus. ⁊ animalibus omnibus ineſt: et ſi eis non inſit ratio.

Capitulum. xxx. quod ſic incipit: fantaſia aũt alteruȝ ẽ a ſenſu etc̃. Manifeſtat ꝙ fantaſia ẽ aliud a ſenſu ⁊ ab intellectu ⁊ ab opinione q̃ pertinet ad ĩtellectuȝ fantaſia ita dr̃et a ſenſu ⁊ intellectu ꝙ ipa non ẽ ſiũ ſẽſu ⁊ ſine ipa ẽ opinio.

Quod aũt ipſa non ſit opinio manifeſtuȝ eſt primo ſic fantaſia etiȝ nobis ineſt cum volumus qꝛ pre oculis ⁊ quaſi in poteſtate nr̃a ẽ fantaſiari. ſicut patet qñ actu recordamur ⁊ ydoluȝ formamus rei abſentis. opinari aũt non ineſt nobis quando volumus. qꝛ non eſt in poteſtate noſtra veruȝ vel falſum que requiruntur ad opinioneȝ. Preterea cum opinamur aliquid difficile vel terribile ſtatĩ patimur. et ſimiliẗ ſtatiȝ confidimꝰ ſi opinamur aliquid vnde cõfidendũ ſit. ꝑ fantaſiam autem aliquando nil plus patitur q̃ conſiderãdo difficilia ⁊ confidẽtia in pictura. Preterea fantaſia nõ eſt differẽtia acceptiõis ideſt cognitionis ſicͭ ẽ ſcia opinio et prudentia et horum contraria. de quorum differentia alibi dicenduȝ eſt. Quoniam igitur intelligere diuerſuȝ eſt a ſentire et hoc eſt aliud q̃ fantaſia que differt ab opinione: dicentes de fantaſia: dicamꝰ etiaȝ de intellectu ⁊ opinione. Si fantaſia proprie accepta et non ſcd̃m methaphoraȝ eſt virtus ſcd̃m quam nobis inſit aliquod fantaſma id eſt ydolum fantaſticuȝ: non vr̃ eſſe aliqua potẽtia ⁊ hr̃itus ꝑ queȝ diſcernimꝰ verũ ⁊ falſuȝ. huiuſmodi aũt ſũt ſenſꝰ opinio ſcia ⁊ intellectꝰ. nõ vr̃ eſſe igiẗ aliquod iſtoꝝ. Qđ aũt non ſit ſenſꝰ: pʒ primo ſic. ſenſꝰ eni diciẗ vel in potentia ſicͭ ẽ vĩtus viſiua vel ĩ actu ſicͭ ẽ viſio fantaſiatur auteȝ quis ſicut dormiẽs non per ſenſuȝ in potentia: quia talis nichil intuetur. nec per ſenſuȝ in actu qꝛ talis non eſt in ſõnis. Secundo ſic. ſenſꝰ in potẽtia adeſt ſemper omnibꝰ animalibꝰ non orbatis. fantaſia auteȝ non. ſenſꝰ etiaȝ in actu aliquãdo ineſt cuilibet aĩali. fantaſia auteȝ quibuſdaȝ nunq̃ ineſt. ut formice ⁊ api et vermi. Tertio ſic ſemper verus ẽ ſenſus fantaſie autem multe falſe. Quartto ſic. qñ opinamur certitudineȝ circa aliđ ſenſibile: nõ dicimꝰ hoc videtur nobis tale: ſed hoc dicimꝰ quando nõ manifeſte ſentimꝰ. ſcđȝ fantaſiaȝ auteȝ dicimꝰ hoc nobis apparet ſicͭ viſiones dicimꝰ apparere dormiẽtibus. Nec poteſt eſſe ideȝ fantaſia ꝙ ſcientia vel intellectꝰ. qꝛ ſemꝑ iſta dicuntur vera. fantaſia aũt falſa aliquando non.

Capitulũ. xxxj. quod ſic incipit: relinquitur videre et c̃. Probat fantaſiaȝ nõ eſſe idem ꝙ opinio. nec aliquod compoſitum ex opinione et ſenſu.

Quia fantaſia non eſt ideȝ cum aliquo eorum que ſemper vera ſunt: relinquitur videre ſi eſt opinio ſed opinioni ſemper inheret fides. quia non contingit opinari. niſi credãtur que opinantur. fantaſia non autem ſẽper eſt coniuncta fidei: cum inſit in multis beſtijs. quarum nulli ineſt fides. Preterea omneȝ opinioneȝ ſequitur fides hanc auteȝ ſuaſum eſſe ſuaſionem auteȝ ſequitur ratio. quibuſdaȝ auteȝ beſtijs ineſt fantaſia quibꝰ ratio non ineſt: manifeſtuȝ igiẗ qm̃ fantaſia nec opinio cum ſenſu nec facta ꝑ ſenſuȝ. Nec cõplexio quideȝ opiniõis ⁊ ſenſꝰ. Si eni eſſet cõplexio vtriuſqȝ: oporteret vtrũqȝ ipſoꝝ eſſe reſpectu eiuſdeȝ et non ita ꝙ fantaſia eſſet cõplexio ex opinione albi et ſenſu boni. Sic igitur vnũ ⁊ idẽ per ſe qđ ſentiẽ

eſſet opinatum per ſe non ſecundum accidens. Apparent autem quedam falſa ſecundum ſenſum de quibus tamen habetur vera opinio ſicut falſum eſt ſolem eſſe unius pedis ſicut apparet viſui. z verum eſt ipſum eſſe majorem terra ſicut opinatur. Si igitur fantaſia eſt complexio opinionis et ſenſus: neceſſe eſt aut abicere veram opinionem habitaz de re et ſaluatam ſaluare non oblitaz nec decredentem: aut ſi adhuc eã dem opinionez habet fantaſia erit ſimul vera et falſa: propter ſenſum falſa. propter opinionem vera. que non fit falſa niſi quando res ſic mutatur ut lateat opinantem. fantaſia igitur nec eſt aliquod eoruz nec aliquod tertium ex his.

Capitulum. xxxij. quod ſic incipit: Manifeſtat quid eſt fantaſia. et quare ſecundum ipſam contingit multa facere et pati et propter quod aliquando vera eſt et aliquando falſa.

Uoniam contingit aliud moueri alio motu: fantaſia videtur motus eſſe. non tamen factus ſine motu ſenſus: ſed in his que ſentiunt z quorum eſt ſenſus cõtingit enim a ſenſu qui eſt in actu fieri motum fantaſie ſimilem ſenſationi. hic motus non contingens ſine ſenſu nec exiſtens in non ſentientibus eſt fantaſia habentia autem fantaſiaz contingit multa facere aut pati ſecunduz ipſam. Contingit etiam eaz eſſe veraz aut falſaz. Accidit autem fantaſiaz poſſe eſſe veram aut falſam. quia ſenſus reſpectu proprij obiecti ut plurimum verus eſt. z in paucioribus falſus reſpectu autem obiecti per accidens contingit ipſum mentiri. viſus enim reſpectu albi non mentitur. ſed de eo cui album accidit reſpectu vero ſenſibiliuz communium ut ſunt magnitudo motus quies et alia que ſequuntur ſubiecta quibus inſunt ſenſibilia propria maxime contingit decipi ſecundum ſenſuz. motus itaqz fantaſie factus a ſenſu qui eſt in actu differt penes hec tria ſenſibilia. ſicut eniz ſenſus reſpectu proprij obiecti preſẽtis ſemper verus eſt: reſpectu autem obiecti ſenſibilis per accidens et etiam ſenſibilis communis ſiue preſentis ſiue abſentis. poteſt eſſe falſus: maxime quãdo ſenſibile procul exiſtit: ita fantaſia que eſt motus cauſatus a ſenſu ſecũdum actum poterit eſſe vera. Differt autez fantaſia ideſt viſio vel apparentia eo ꝙ cauſatur a ſenſibus quorũ viſus eſt principalis accipiens nomen a lumĩe ſine quo non cõtingit videre. Animalia multa operantur ſcđm fantaſiam quoniam ipſis manent multa fantaſmata ſimilia ſẽſationibꝰ. ꝙ propter hoc fecit natura: quia multa animalia non habent intellectum: in hominibus etiam aliquando intellectꝰ velatur aut paſſione aut egritudine predominantibus aut ſomno ligante. z ideo natura preuidit aliud principium operandi. ſcilicet fantaſiam de qua tanta dicta ſint.

De parte autez anime qua cogno ſcit et c̄. Huius libri tertii capitulū primū pre‑miſſa intentione eorum q̄ de intellectu dicēda ſunt: oſtendit q̄ intellect9 eſt quedaz natura poſſibilis non mixta corpori nec artata ad vnaz naturaz. eſt etiā loc9 ſpēcium. ⁊ q̄liter patitur intellectus ab intelligibili et ſenſus a ſenſibili.

E parte aūt anime qua cognoſcit ⁊ percipit. ſ. de intellectu ſiue ſeparabili exiſtente nō ſubiecto ſed rōne ſiue inſeparabili: conſiderādū ē q̄m differentiam hēt ab aliis potentiis. ⁊ quomodo fit ipſum intelligere. Si intelligere ē pati aliquid aut per modum paſſiōis. ſic eſt ſentire: hoc vtiqz erit ab īntelligibili ſi aūt intellect9 īpaſſibilis eſt: ſuſceptiuus autem ſpēi: ita eſt in potētia reſpectu intelligibilis qḋ non ē ipſuz intelligibile. ſicut ſēſus ad ſenſibile. Et q̄m omnia intelligit: neceſſe eſt ipſum īmixtum ſic dixit anaxa‑nt imperet. nos aūt ipſuz dicimus immixtuz ut anima cognoſcit q̄ ſi mixtuz eſſet. aliqḋ intus apparens prohiberet aliqḋ extraneuz recipi in ipſo. ipſi9 igitur natura non ē vna determinata vno actu: ſed potius intellectus natura poſſibilis. dico autē intellectum virtutem qua operatur anima ⁊ intelligit nichil intelligibiliū actu ens ante intelligere. Et ideo non eſt rōnabile ipſū miſceri corporali organo quia ſi miſceretur ei qualificaretur aliqua qualitate ſenſibili. ſ. caliditate aut frigiditate ⁊ huiuſmodi ſicut ſenſus. quarum nulla reperitur in eo. Bene quidez dicunt antiqui animaz locum ſpēcuz. non totam: ſed intellectiuaz. nec actu ſed potentia. Qḋ autem non eodem modo patiatur intellectus ab intelligibili ⁊ ſenſus a ſenſibili: patet ex actibus. ſenſus enim ſentit excellens ſenſibile ſed corrumpitur ab codez. ut auditus a magnis ſonis. et olphatus a fortibus odoribus. intellectus aūt in intelligendo maximuz intelligibiliū non propter hoc minus ſed potius magis intelligit infima intellibilia ſenſus etiaz nō eſt ſine organo corporeo. intellectus autem ſeparabatur ab eo. Cum autez intellectus ſciat ſingula intelligere: dicatur ſciens ſcḋm actum. ⁊ hoc ſtatim fit cum poſſit exire in actum per ſe ipſuz. ita q̄ tunc ē aliqualiter in potentia ad cōſiderandū: non t̄n eo modo quomodo fuit āte addiſcere. pōt etiaz tūc ſe ipz īntelligere q̄ factus eſt in actu.

Capitulū. ij. quod ſic incipit: quoniam autez aliud eſt magnitudo et c̄. Inueſtigat qualiter ſe habet intellect9 ad quidditatez ut quidditas eſt et ad ipſam actu exiſtentem.

Uoniaz in habentibus materiaz ſiue naturalem: ut eſt aqua ſiue mathematicam: ut magnitudo aliud eſt quidditas et aliud eſſe actu exiſtens. ut aliud eſt magnitudo ⁊ aliud magnitudis eſſe ⁊ aliud ē aqua et aliud aque eſſe. licet nō aliud quidditas. et cuius eſt quidditas ſiue ens actu in omnibus ut in ſeparatis a materia. in his in quibus predicta differunt: anima cognoſcit habens quidditatez et diſcernit ipſum a quidditate per aliam potentiam q̄ ſit intellectus: vel per intellectuz habentez ſe alio modo q̄ cognoſcendo quidditatem. verbi gratia carnem que ita habet formaz in materia: ſicut ſimuz in ſubiecto: ſenſitiua potentia iudicat in quātuz caro eſt q̄daz proportio calidi ⁊ frigidi ſic eadez potētia p̄cipit calidū ⁊ frigidū. aīa igit̄ q̄ p intellectū cognoſcit quidditatē carnis: alia potētia diſcernit eſſe. i. actualē exiſtētiaz ſiue ſuppoſituz carnis actu exiſtēs. vel ſi intellectu diſcernit carnem eſſe: hoc facit actu reflexo poſt actum extenſum ad ſenſum et ad fantaſmata. Eodez modo in mathematicis in quibus aliud eſt quidditas et aliud cuius eſt quidditas ut rectum et ſimum aut alia potentia aut eadem aliter ſe habente anima iudicat habens quidditatez et ipſam quid

ditatem. res enim ſicut ſeparabiles ſunt a materia ſic ſunt apte nate cognoſci per intellectum.

Capitulum. iij. quod ſic incipit: dubitabit autem aliquis ꝛ c̄. Inueſtigat quomodo intellectus cuꝫ ſit ĩpaſſibilis poſſit intelligere.

Dubitatur ſi intellectus eſt ſimplex et impaſſibilis non comunicans cum aliq̇ in materia ſicut ana. dicit faciens ipſuꝫ immixtuꝫ: quomodo intelligit ſi intelligere eſt quoddaꝫ pati. agens eniꝫ agit ꝛ patiens patitur inquantuꝫ aliquod eſt comune vtriqꝫ. Dubitatur etiaꝫ vtrum intellectus ſit aliquid intelligibile et videtur ꝙ non quia cum omne intelligibile ſit vnius rationis: ſi intellectus eſt intelligibilis ſecundum ſeipſuꝫ: quecumqꝫ per ſe ipſum ſunt intelligibilia habebũt intellectuꝫ Si autem non eſt per ſe intelligibile eo ꝙ ſit mixtus cum materia: habebit aliquid ꝑ quod fiet intelligibile. ſicut materialia habebant. Ad primaꝫ dubitationem dicendum eſt ꝙ pati communiter acceptum dupliciter dicitur vno modo per realeꝫ tranſmutationeꝫ. ꝛ tale arguit materiaꝫ. alio modo per eſſe in potẽtia ad receptioneꝫ. quomodo intellectus eſt in potentia ad intelligibilia et nichil eoꝛuꝫ eſt actu anteꝙ̄ intelligat. eſt eniꝫ ſicut tabula in q̇ nichil eſt ſcriptuꝫ. et pati hoc modo non arguit materiã ſed ponit receptioneꝫ. Ad ſecundaꝫ dubitationeꝫ dicenduꝫ ꝙ intellectus intelligibilis ē per rationem proprie intelligibilitatis. ſicut cetera intelligibilia ꝛ maxime intelligibilia immaterialia. in quibus idē eſt intelligens ꝛ quod intelligitur idem etiam virtus ſpeculatiua ꝛ ſpeculabile. non opoꝛtet autem in oĩ intelligibili reperiri virtuteꝫ intelligendi quia intelligenda habentia materiam ita ſunt in potentia intelligibilia: quod in eis non eſt intellectus cum ſit potentia immaterialis materiale ergo ſic eſt intelligibile quod non eſt intelligens.

Capituluꝫ. iiij. quod ſic incipit: quoniam aũt ſicut in omni natura et c̄. Manifeſtat ꝙ ſicut in anima eſt intellectus poſſibilis ita eſt intellectus agens comparans has differentias adinuicem.

Sicut in omni natura factibili eſt dare aliquid tanꝙ̄ materia quod eſt potentiã omnia factibilia. et aliquid quod eſt factiuuꝫ omniuꝫ ut materia artificialium eſt potentia omnia que poſſunt fieri per arteꝫ et eoꝛumdeꝫ ars eſt om nifactiua ita in intellectu neceſſe eſt has eſſe differentias ſcilicet intellectum poſſibilium quo eſt omnia fieri et agenteꝫ quo eſt omnia facere. ꝛ hic eſt quidaꝫ habitus et quoddaꝫ lumen. lumen enim aliquo modo facit. potentia coloꝛes eſſe actu viſibiles. Intellectus igitur agens eſt ſeparabilis immpaſſibilis immixtus et ſubſtantia ens actu cum enim honoꝛabilius ſit agens patiente et efficiens materia. intellectus agens tanꝙ̄ nobilioꝛ erit ſubſtantia ens actu. Intellectus etiam ēs actu conſiderans quia ſubſtantia et ſcientia rei ſecundum actuꝫ idem ſunt. Quãuis autem intellectus in potentia reſpectu vnius ꝛ eiuſdem ſit prioꝛ tempoꝛe intellectu qui eſt actu conſiderans vniuerſaliter tamen ꝛ reſpectu diuerſoꝛum non eſt prioꝛ ipſo tempoꝛe. opoꝛtet enim eſſe intellectũ qui ſẽper actu cõſiderat ꝛ nõ ē talis ut aliqñ q̄daꝫ intelligat. Intellectus etiã ſeparatus a materia ita ē vere ens: ꝙ ſolus ē perpetuus ꝛ immoꝛtals eo ꝙ impaſſibilis. non reminiſcuntur aũt anime poſt ſeparationeꝫ carnꝫ a coꝛpoꝛ qꝛ intellectus paſſiuꝰ ĩ q̄ntuꝫ comunicat cũ v̄tute ymaginatiã ē coꝛrũptibil' nichil ĩteligẽs ſiñ ſãtaſmatē

Capituluꝫ. v. quod ſic incipit: indiuiſibilis quideꝫ et c̄. Declarat duplicem eſſe opinioneꝫ intellectus quarum vna eſt ſimplex apphenſio cꝛca quaꝫ nõ cadit falſum. ꝛ alia ē cõpoſitio ꝛ diuiſio circa quã eſt verum et falſum.

ipſius intellectus que eſt indiuiſibilium intelligentia eſt reſpectu eorum in quibus non contingit falſuz. ſed compoſitio et diuiſio eſt in his in quibus eſt veruz vel falſuz. ex eo ꝙ intellectus ea ſimul componit tamꝙ vnuz. operatio autem ſimplicis intelligentie precedit eam que eſt compoſitio quēadmoduz Empedocles dicit naturaz generaſſe quedam capita primo ſine collo et ceruice. et poſtea concordiā compoſuiſſe ea. Si autem in operatione intellectus cointelligatur tempus preterituz vel futurum ut dicendo albuz fuit non album vel erit non albuz. et componendo vnuz cum alio: ſiue diuidendo: falſum erit vel verum. et ſic non ſolum ē verum et falſum in compoſitione et diuiſione reſpectu temporis preſentis ut dicendo cleō eſt albus verum etiam reſpectu temporis preteriti et futuri ſcilicet dicendo cleon fuit albus. componens autem et faciens vnum ea que ſic componuntur eſt intellectus.

Capitulū. vj. quod ſic incipit: In diuiſibilia autez et cē. Manifeſtat quomodo intellectus per ſimplicez apprehenſionem intelligit ea que ſunt quanta per ſe ſiue per accidens. et etiam ea que ſunt tunc ut ſunt alba quomodo iſta operatio diſtat ab ea que eſt compoſitio vel diuiſio

Voniam continuuz eſt indiuiſum actu licet ſit diuiſibile in potentia: nichil phibet per ſimplicē intelligentiam ipſum intelligi ut indiuiſum. et in tempore indiuiſibili id eſt inſtanti. tempus enim ſequitur magnitudinez. ſecundum diuiſibile intellectu igitur apprehendente ſimplici intelligentia continuum ut indiuiſū actu: non eſt dicere ꝙ vnam partem eius intelligat in vna parte temporis et aliaz in alia et aliquid in medio vtriuſqz. quia hoc non ſit diuiſuz: niſi intelligat partes continui. tunc enim diuiditur tempus ſicut et diuiſiz intelliguntur partes continui. et ideo cum ſimul intelliguntur partes eius: idem eſt tempus ſiue inſtans in quo illi apprehenduntur. Illud etiam quod eſt indiuiſibile ꝑ formam non ſecunduz quantitatem. ut homo vel lignum intellectus intelligit ſimplici intelligentia. et tempore indiuiſibili. non enim apprehendit ipſum in quantuz eſt diuiſibile: niſi ſecundum accidēs neqz in tempore diuiſibili: ſed in quantuz indiuiſibile et indiuiſibili tempore. in talibus enim que ſunt vnum formaliter eſt aliquid indiuiſibile quod eſt ſeparabile ſcilicet forma ſubſtantialis faciens ea vnum. et etiā facit ea intelligi in vno tempore ſcilicet ī inſtanti facit etiam vnitatez continuitatis ipſorum et tale reperitur in omni vnitate cōtinui temporis. Punctum autem et omne indiuiſibile quod tantum eſt ratio diuiſionis ut eſt vnitas intelligibilis: eſt ut priuatio quedam quemadmoduz enim maluz cognoſcitur quia eſt priuatio boni: ita et predicta cognoſcuntur quia habent rationem priuationis. ut ſic aliquo modo cognoſcantur per ſuuz contrarium. oportet autem intellectum aliquid cognoſcentez per ſuum contrarium eſſe aliquando in potentia et non ſemper in actu. Si vero alicui intellectui non ineſt cognoſcere aliquid per cōtrarium rei cognite: ipſe ſe ipſum cognoſcit tamꝙ ſemper actu exiſtens et actu ſeparabilis. Omnis autem actio intellectus que eſt dictio predicans aliquid de aliquo ſicut affirmatio vera eſt: aut falſa non tamen omnis actio intellectus eſt talis ſ; ſimplex intelligētia quidditatis rei vera eſt. ſicut viſus in apprehēſione proprij obiecti ſp eſt verus: licet ſemper nō ſit verus iudicādo albuz eſſe hoīez aut nō q̄cūqz igitur entia ſūt ſine materia ea apprehēdunt̄ ſīplici intelligētia. Scīa āt rei imaterial: ꝑ actuz idē eſt cū ſciente. ſcīa āt q̄ ō pōtētia reducit̄ ad actū reſpectu vni9 et eiuſdē p9 ē tpe potētia ꝙ ī

actu. Uniuerſaliter autez et reſpectu diuerſorum non eſt prius tempore; quia omnia que de potentia deducuntur ad actum per aliquid fiunt quod prius exiſtit in actu.

Capitulum. vij. quod ſic incipit: videtur autem de ſenſibili et c̄. aſſignat conuenientias inter ſenſum et intellectum quantuz ad actionem et paſſionem.

Senſibile autem agens ſic educit ſenſitiuum de potentia ad actum ſentiendi: qd non patitur neqz alteratur. et ideo hec alia ſpecies motus ab his que phiſice mouentur quia motus eſt autem actus imperfecti. iſte autem actus ſimpliciter perfecti. cum ſit rei ſimpliciter actualiter exiſtentis. Sentire igitur ſimplici apprehenſione ſimile eſt ſimplici intellectioni. vtrumqz enim eſt actus perfecti. ſicut dicere rem eſt per intellectum formare. cum autem ſenſ9 affirmat aut negat aliquid delectabile aut triſte: ſtatim ipſum proſequitur aut fugit. delectari enim et triſtare eſt agere aliquid circa bonum vel malum. in quantuz talia mediante ſenſitiua. fuga autem ꝛ appetitus ſunt actiones ſenſus ſecundum actuz. itaqz appetitiuum et fugitiuum ſunt idem inter ſe et idem cum ſenſitiuo realiter: licet differant ſecunduz eſſe: ideſt ſecundum rationem. Et quia fantaſmata ſic ſe habent ad intellectuz ſicut ſenſibilia ad ſenſum: idcirco quando intellectus affirmat aut negat aliquid eſſe bonuz vel malum mediantibus fantaſmatibus: ipſuz proſequitur aut fugit. Et quoniam ita ſe habet ad intellectionem: idcirco anima ſine fantaſmate non intelligit. Senſibilia autem hoc ordine mouent ſenſum. aer enim illuminatus immutat pupillam et hec immutat ſenſum et eodem modo eſt in auditu et in alijs ſenſibilibus qui omnes immutant ſenſuz comunem qui eſt vnus et vltimus tanꝗ vna medietas: licet plurificetur ſecunduz multos aſpectus. Et ꝗuis prius dictum eſt ꝙ ſenſus comunis diſcernit differentiam ſenſibilium diuerſorum verbi gratia dulcis et calidi tamen hoc iteruz eſt dicenduz. Senſus enim communis exiſtens aliquid vnum eſt ſicut terminus vnus. eſt etiam terminus ſenſationis ſenſuum particulariuz cui proportionatur intellectus. qui vnus in numero ens habet ſe ad diuerſa fantaſmata ſicut ſenſus comunis ad diuerſa ſenſibilia iudicare enim fantaſmata diuerſe rationis aut contraria ita pertinet ad vnum intellectū ſicut iudicare diuerſa ſenſibilia diuerſe rationis petinet ad vnum ſenſum. Si enī albuz ſit. a. dulce. b. fantaſma autem albi ſit. g. et fantaſma dulcis ſit. d. ſicut ſe habet albuz ad dulce. Ita fantaſma albi ad fantaſma dulcis et permutati. ſicut ſe habet album ad fantaſma albi: ita dulce ad fantaſma dulcis. per vnum intellectuz. Intellectus igitur ſpecies ſenſibilium intelligit mediannbus fantaſmatibus. et ideo ſicut proſequibile ꝛ fugiendum determinantur per ſenſibilia preſentia quando ſenſ9 eſt in actu ita in abſentia ſenſibilium poteſt eſſe proſecutio et fuga: quando eo in fantaſmatibus fuerit determinatum proſequibile vel fugiendum. aliquando enim aliquid concipitur ut fugibile. quia ſentitur nociuum eſſe. ſicut videns ignem cognoſcit per viſum quia nociuus eſt appropinquanti. ꝛ eodem modo per viſum percipitur impugnans eſſe fugiendum. aliquando ex ipſis conceptionibus ſeu fantaſmatibus que ſunt in anima ratiocinatur homo ꝛ comparat preſentia ad futura: tanꝗ ſi eſſent preſentia ſenſibiliter ꝛ cum iudicauerit aliquid letum aut triſte: ipſum proſequitur aut fugit.

Capitulum. viij. quod ſic incipit: et omnino in actione et c̄. Declarat ꝙ verum ꝛ falſum ſe habent ad intellectum tam ſpeculatiuum ꝗ praticum ſicut bonum ꝛ malum ipſius intellectus. ꝛ ꝙ mathematica intelligi poſſunt, tanꝗ abſtrata a materia: ꝗuis non ſint abſtrata ab ea.

Omnino enĩ verũz ⁊ falſuz tam in actiõe intellect9 pratici ꝙ ſine actione.ſ.in cõſideratiõe ĩtellect9 ſpeculatiui ſũt ĩ eodẽ genere bono ⁊ malo. verũ ẽ tãꝙ bonũ vtriuſqz ĩtellect9 ⁊ fſm tãꝙ malũ. dñt tñ qꝛ in ĩtellectu ſpeculatiuo ãbo dicũ ſimpliciter ſine extenſione ad opus in alio ſcilicet pratico ſunt cum extenſione ad aliud

Dicta vero ſecunduz abſtrationem videlicet mathematica intellectus ſic concipit nam ſicut intelligendo ſimuz et quodlibet aliud naturale in quãtum tale intelligit nõ ſeparatum a materia: ſed coniunctũz cum ipſa: ita intelligendo coꝛuũz actu in quantũ coꝛuum. intelligit ipſum ſine carne in qua eſt. et hoc modo intelligit mathematica, tãꝙ ſeparata a materia ſenſibili ꝙuis non ſint ſeparata ab ea. vniuerſaliter enim intellectus qui eſt ſecundum actuz ſic intelligit res ſicut concernũt vel non concernunt materiam in ſui diffinitione. Utrum autem contingat intellectuz non ſeparatuz a coꝛpoꝛe intelligere aliquod de ſeparatis realiter poſterius conſiderandũz erit.

Capitulũ. ix. quod ſic incipit: nũc autez dicta de anima et c̃. Manifeſtat quomodo anima eſt quodammodo omnia per intellectuz et ſenſum. ⁊ ꝙ intellectus eius in ſui actione depẽdet a ſenſu non tamen per hoc ẽ idez cum fãtaſia

Nunc igitur recapitulantes ea que de anima dicta ſunt. dicamus ꝙ anima eſt aliquo modo omnia entia. entia enim aut ſunt ſenſibilia aut intelligibilia Cũ igitur ſcientia ſit aliquo modo ſcibilia ⁊ etiã ſenſus ſẽſibilia: anima que ſcit ⁊ ſẽtit aliquo modo ſcibilia per ſcientiaz et ſenſibilia per ſenſum et ſic eſt aliquo modo omnia. Sed conſiderare opoꝛtet quomodo hoc verum ſit. intelligendum eſt itaqz ꝙ ſcientia et ſenſus ſeccantur ſicut res. rebus enim entibus in potentia reſpondet ſcientia et ſenſus in potentia. que vero ſunt actu proportionantur ſcientie et ſenſui in actu. ſicut enim in anima eſt ſenſitiuũz et ſcientificum in potentia: ita et in rebus eſt ſenſibile et ſcibile in potentia. Neceſſe eſt autez animam eſſe omnia entia altero duoꝛũ modoꝛum ſcilicet aut ita ꝙ ſit idem realiter cum ipſis. et hoc modo non eſt ipſa entia aut ꝙ intentionaliter: et hoc modo eſt ipſa entia. lapis.n. non eſt in anima: ſed species et intentio lapidis. vnde anima eſt ſicut manus. manus enim in agendo eſt organus oꝛganoꝛum. et anima in cognoſcendo eſt ſpecies ſpecieruz. eſt enim per intellectum ſpecies ſpecierum intelligibilium ⁊ per ſenſum ſpecies ſpecierum ſenſibiliũz. Quod autem intellectus in ſui actione dependeat a ſenſu: patet ſic. quia res intelligibiles non ſic ſeparantur a magnitudine ſicut ſenſibilia adinuicem idcirco intelligibilia etiam que dicuntur ſecundum abſtrationez. ſimiliter habitus et paſſiones ſenſibilium intelliguntur mediantibus ſpeciebus ſenſibiliũz et ideo non ſentiens nichil intelligit. intellectus enim ſimul ſpeculatur fantaſmata cum re intelligibili. fantaſmata autem ſe habent ad intellectum ſicut ſenſibilia ad ſenſum excepto ꝙ ſunt ſine ſenſibili materia. Fantaſia autem alterum eſt ab afirmatione et negatione quia cum iſta ſunt in compoſitione. ſemper in eis verum eſt et falſum quod non eſt ſemper in fantaſia. Primi etiam intellectus ſcilicet prime aprehenſiones intellectus ſimplicis non ſunt idem cum fantaſia: licet non ſint ſine ipſa.

Capitulum. x. quod ſic incipit: quoniaz autem aĩa q̃ ẽ animaliũz et c̃ Premiſſo ꝙ intendit determinare de virtute motiua: oſtendit inſufficientiaz quarũdaz diuiſionũz partiũ ſeu potentiarũ aĩe. Q̃m aĩa ẽ diffinita ꝑ duas potẽtias qb9 dĩ̃et aĩatũz ab ĩaĩato. ſ. diſcretio qȯ ꝑtinet ad ĩtellectũ ⁊ ſẽſuz ⁊ motio ꝑ locũ: ꝺ ſẽſu

quidem et intellectu predicta determinata ſunt. reſtat determinare de motiuo quid ſit ſcilicet vtrum quedaz pars ipſius anime ſeparabilis ab alijs ſubiecto aut ratione: vel tota anima. Et ſi eſt pars aliqua vtruz ſit aliqua propria diuerſa ab his que conſueuerunt dici partes anime: aut ſit vna de conſuetis dici. Dubitatur aũt confeſtiz quot et quomodo oportet dicere partes anime. quodaz enim modo videntur infinite. nec ſole ille videntur quas dicunt aliqui partes eſſe ipſius ſcilicet ratiotinatiua iraſcibilis ⁊ appetitiua vel rationalis ⁊ irrationalis. Videntur eniz predicti inſuficiẽter diuidere partes anime. Nam preter predictas apparẽt alie partes habentes majores differentias. ſicut vegetatiua que plãtis ⁊ alijs animalibus ineſt. ⁊ ſenſitiua que non eſt ponere facile rationalez potentiam ſimpliciter vel irrationalez. Preterea virtus fãtaſtica ſecundũz eſſe diuerſa eſt ab alijs potentijs. Cui igitur predictaruz ſcilicet rationali iraſcibili ⁊ concupiſcibili eſt eadez et a qua earum altera eſt ⁊ dubitatur maxime ſi ponantur ſeparate abinuicez ſubiecto. Preterea appetitiuaz que ratione ⁊ virtute altera eſt a predictis omnib9 inconueniens eſt ſeparare ab eis. Nam voluntas que eſt quedaz appetitiua in parte eſt rationali. concupiſcibilis etiam ⁊ iraſcibilis que ſunt appetitiue reperiuntur in irrationali. ⁊ ideo ſi in anima ſunt rationalis ⁊ irrationalis ⁊ concupiſcibilis vnaqueqz earum erit appetitus in anima ſecundum predicta tria. Preterea preter predictas partes anime reſtat q̃rere eam de qua nunc ẽ ſermo ſcilicet de motiua ſecunduz locum. Motus eniz augmenti ⁊ decremẽti ineſt omnibus ħ generatiuum ⁊ vegetatiuuz de reſpiratione ⁊ expiratione. ſomno: vigilia que habent multam dubitationem perſcrutandum eſt poſterius.

Capituluz. xj. quod ſic incipit: ſed de motu ſecundum locum. Oſtendit ꝙ motus ſecundum locum non eſt in animalibus a virtute vegetatiua nec ſenſitiua nec a ratiocinatiua per ſe ſumpta nec ab appetitiua.

Onſiderandum eſt quid eſt mouens animal ſecundum locum motu proceſſiuo. vbi primo manifeſtum eſt ꝙ potentia vegetatiua non eſt cauſa motus huiuſmodi. hic enim motus ſemper eſt propter aliquid diſtãs apprehenſuz cõcurrente fantaſia ⁊ appetitu. nichil enim mouetur ſcdm̃ locum non appetens aut fugiens aliquid niſi per violentiã. Preterea plante in quibus eſt potentia vegetatiua eſſent motiue motu proceſſiuo ⁊ haberent aliquam partez ad hunc motuz. Secũdo patet ꝙ ſenſitiuuz non eſt cauſa proceſſiui motus. multa enim animalia habentia ſenſũ ſunt immobilia per totaz vitã. Sic igitur natura neqz abundat i ſupfluis nec deficit in neceſſarijs niſi in orbatis et imperfectis: predita animalia perfecta ſunt et non orbata cum habeãt virtutez generatiuam habeant etiam augmentuz ⁊ decremẽtum: haberẽt vtiqz partes organicas proceſſionis. Tertio patet ꝙ rationatiua ſeu intellectus non eſt cauſa motus predicti. ſpeculatiuus eniz intellectus nichil ſpeculaẽ operabile nec dicit aliquid fugienduz uel proſequẽduz. motus autem proceſſiuus ſẽp eſt animalis fugientis vel proſequentis aliquid ſuppoſito etiam ꝙ ſpeculetur aliquid operabile: non tamen precipit ipſum proſequi vel fugere. multotiens eniz intelligit aliquid terribile aut delectabile. non iubet autem timere vel deſiderare: licet cor moueatur aliquãdo abſqz imperio intellect9. Si autem deſiderabile cauſet motuz appetit9 altera pars a corde ſuſcipit hunc motum. Praticus etiaz intellectus per ſe non ẽ cauſa proceſſiui motus. tale enim intellectu precipiẽte et ditante aliquid fugere aut ꝓſequi non mouetur animal ſemper ad eius dictamen. ſed aliquãdo ſecunduz concupiſcentiaz ut patet in incontinente. videmus etiam ꝙ habẽtes regulam dictantem ſanari

per medicamina nō ſanatur. quia nō agunt quod precipitur ore ſed ſequūtur deſideriū appetitus. tanq̄ ſit propriū alterius potētie ⁊ ſciētie pratice agere illud quod intellectꝰ praticus dictat. Quarto patet ꝙ appetitus ꝑ ſe nō eſt cauſa predicti motus. abſtinentes licet eīm appetāt ⁊ concupiſcant aliquid: nō tamē operantur vł proſequūtur illud. ſed potius ſequūtur intellectum ⁊ dictamē rationis dicentis illud non eſſe proſequendum.

Capłm. xij. quod ſic incipit. Videtur autē duo hec mouentia ⁊c̄. Inueſtigat qđ eſt p̄ncipiū mouēs aīalia motu proceſſiuo oſtendēs ꝙ intellectꝰ praticus ⁊ appetitus reducti ad rationē vnius p̄ncipij ſunt cauſa motus predicti.

Duo videntur cauſare motū progreſſiuū. ſ. appetitus ⁊ intellectus cōprehendo ſub intellectu fantaſiam. multi eīm hoīes pretermiſſo id quod ſciunt per intellectū ſequūtur fantaſias. in alijs autē aīalibus que mouētur localiter nō eſt intelligentia nec ratio: ſed fantaſia. vtraq3. ſ. intellectus ⁊ appetitus motiua ſunt ſecundū locum. Non autē omīs intellectus eſt motiuus localiter: ſed praticus tātum. qui ratiocinatur ꝓpter aliquid. ⁊ differt a ſpeculatiuo fine. quia finis huius eſt ſcire: finis autē pratici eſt operari. Omīs etiā appetitus eſt ꝓpter aliquid. ita ꝙ appetibile reſpectu cuius eſt appetitus p̄ncipium eſt intellectus pratici ſillogizantis. etiā ultimū inuentum ab intellectu eſt p̄ncipium actionis. quare rationabiliter hec duo appetitꝰ ⁊ intelligentia pratica mouentia ſunt. verbi grā. ſi ſanitas appetibilis eſt ab egrotante: ipſa erit p̄ncipium pratici intellectus inueſtigantis media ſanitatis ⁊ ultimū inuentum ab intellectu. ut pote bibere farmacū erit p̄ncipium a quo incipiet actio per quaʒ ſanitas acquiratur ⁊ ita appetitus ſanitatis ⁊ intellectus praticus inquirens ſunt principia mouentia ad conſequendū ſanitatē. Hec tamē duo reducuntur ad vnum p̄ncipale mouens. ſ. appetibile nam quia appetibile mouet appetitū tanq̄ principiū primū: hinc eſt ꝙ intellectus praticus mouet. fantaſiā etiā quando mouet: nō mouet ſine appetitu. vnum igitur primū mouens eſt appetibile. Si eīm hec duo. ſ. intellectus ⁊ appetitus mouent hoc faciunt ſcđm aliquā comunē ſpēm vel rationē: quā nō habent niſi appetibili. intellectus praticus nō mouet ſine voluntate que eſt quidā appetitus. oē id quod mouetur ſcđm rationē praticā: mouetur ſcđm voluntatē. appetitus etiaʒ mouet preter rationem. concupiſcentia contra rationē quidaʒ appetitus. cum igitur appetibile mouet appetitū ſine quo intellectꝰ praticus nō mouet: oportet hec duo. ſ. intellectum ⁊ appetitum mouere ſcđm conformitatē ad appetibile.

Capłm. xiij. qđ ſic incipit. Intellectus igitur quidē ⁊c̄. Declarat ꝙ intellectus circa p̄ncipia ſemper eſt rectus. fantaſia autē nō. ⁊ ꝙ multe ſunt potentie in quas aīa diuiditur. ⁊ quare appetitus fuerint adinuicē cōtrarij in eodem.

Intellectus autē oīs etiam praticus circa principia rectus eſt appetitus autē ⁊ fantaſia recti ſunt ⁊ nō recti. quod accidit quia appetibile mouens appetitū ⁊ fantaſiam aliquando eſt bonum aliquando apparens bonum. nō eīm oē bonum eſt motiuū: ſed actuale. quod contingit ſic ⁊ aliter ſe habere. ex dictis tamē manifeſtū eſt. ꝙ appetitus eſt potentia anime cui cōpetit mouere. Diuidentibus aūt partes anime ſcđm potentias valde ſiunt multe. quedā eīm vegetabilis. quedā ſenſibilis. quedā intellectiua. queda conſiliatiua. quedā appetitiua potētia eſt. hec eī plus drīt ad inuicē q̄ concupiſcibilis ⁊ traſcibilis. Appetitus fieri contrarios ad inuicē in eodē: tunc accidit: cum ratio ⁊ concupiſcentia fiunt cōtrarie in eodē. ⁊ maxime hoc fit in habentibus actualē conſiderationē drīe tēporis. intellectus eīm ⁊ ratio ꝓpī cōſi-

derationem futuri tẽporis iubet retrahere ⁊ nõ appetere illud quod nociuũ erit in futurum. concupiſcentia autẽ propter preſentem delectationem iubet appetere delectabile preſens. videtur eĩm concupiſcenti delectabile preſens eſſe delectabile bonuȝ ſimpliciter. quia nõ aſpicit ad bonum futurum.

Caplm. xiiij. quod ſic incipit. Specie quadã ⁊c̃. Manifeſtat ꝙ in motu predicto appetibile eſt primũ mouens. ⁊ ꝙ tria concurrunt ad hunc motũ. ſ. mouens ⁊ quod mouetur ⁊ inſtrumentum. ⁊ ꝙ inſtrumentum ſeu organum habet rationem ꝑncipij ⁊ finis.

Formaliter ſiue ſpecifice vnum eſt mouens aĩalia motu proceſſiuo. quod poteſt vocari appetibile aut appetitũ. appetibile eĩm intellectũ aut imaginatum cum ſic moueat ꝙ nõ moueatur eſt primũ oĩm in mouendo. ⁊ ideo intellect9 ⁊ appetitus aliquo modo reducuntur ad vnam ratiõẽ mouẽdi i cum appetibili. ut ſic dici poſſit eſſe ſpecifice vnum mouens. materialiter ⁊ numeralitter plura ſunt mouentia. ſ. appetibile intellectus praticus ſeu fantaſia ⁊ appetitus. Oĩm autem in motu progreſſiuo tria ſunt: quoꝝ primũ mouens. ſecundũ autẽ quo mouet. tertiũ quod mouetur. Sciendum ꝙ mouens eſt duplex. vnum quidẽ imobile ut actuale bonuȝ. quod eſt appetibile. aliud autẽ eſt mouens quod mouetur. ſ. appetitiuũ. quod eĩm appetit ſcđm ꝙ appetit. mouetur. appetitus eĩm eſt actus quidã aut motus. quod auteȝ tantũ mouetur eſt ipm animal. quo autẽ mouet eſt organum. appetitus enĩ mouet organo mediante quod organũ eſt quoddã corporeũ ⁊ ideo de ipſo conſiderandũ eſt in operibus comunibus corporis ⁊ anime. Nunc autẽ ſumatim loquentes de organo motus progreſſiui dicamus ꝙ ipm eſt aliquo modo principiũ ⁊ finis. ſicut enim in linea curua idem eſt ſubiectiue giboſum ⁊ concauũ: ita in organo predicto ideȝ eſt finis reſpectu motus prioris ⁊ principiũ reſpectu motus ſequentis. In tali etiã aliqd quidẽ quieſcit ⁊ aliquid mouetur. ⁊ hec ſunt diuerſa ratione: ſed ambo ſunt inſeparabilia. progreſſiua eĩm mouentur motu compoſito ex pulſu ⁊ tractu. ⁊ ideo ſicut in motu circulari oportet eſſe aliquid permanens a quo incipiat motus: ita ⁊ in motu progreſſiuo.

Caplm. xv. quod ſic incipit. Omno quidẽ igitur ⁊c̃. Declarat ꝙ oĩbus aĩalibus participantibus motũ comunẽ eſt habere appetitũ ⁊ fantaſiam ⁊ qualiter motus ineſt animalibus imperfectis etiam quomodo principium motus eſt oĩ animali rationali.

Sicut prius dictum eſt aĩal eſt motiuũ ſui in quantũ eſt appetitiuũ. appetitus autem nõ ſine fantaſia. hec autẽ eſt duplex: quedam raticionaliȝ ⁊ quedã ſenſibilis qua participant alia aĩalia carentia ratione. Conſiderandũ tamẽ eſt de aĩalibus imperfectis quibus ineſt ſolus tactus vtrum eis inſit fantaſia ⁊ appetitus ſenſibilis. videtur eĩm eis eſſe triſtitia ⁊ letitia que ſine concupiſcentia ⁊ appetitu eſſe nõ poſſunt. ⁊ ideo dicendũ eſt ꝙ ſicut indeterminate mouentur: ita in eis inſunt fantaſia ⁊ appetitus indeterminate. Quãuis autẽ fantaſia ſenſualis inſit alijs aĩalib9 deliberatiua tamẽ ſolum rationalibus. quod patet primo ſic. deliberare vtrum hoc ſit agendũ magis vel illud eſt opus rationis. ſola autẽ rationalia tali modo deliberant. ſecundo ſic declarando quid ſit magis agendũ: neceſſe eſt inuenire aliquod vnũ mẽſurans ⁊ iſtud eſſe magis elegibile ꝙ reliqua eligibilia imitantur. ſed hoc facere ſoluȝ poſſunt rationẽ habentia. q: poſſunt facere vnũ ex pluribus fantaſmatibus comparãdo ipſa ⁊ ſillogizando ipſa ex ipſis. Et hec eſt ꝓpter quam irrationabilia nõ habẽt

opinionem qr .ſ. nō habent virtutē ſillogizandi quā habent rationalia. appetitus etiam ſenſibilis nō habet deliberatiuū. Et licet appetitus ſenſitiuus nō habeat deliberatiuū: tamē in homine aliquādo mouet deliberatiuā potentiā aliquādo mouet ſe ipm aliquādo mouetur ab appetitu naturali quando continentia in homine dn̄antur itaqz appetitus ſuperior mouet inferiorē ꝛ tunc motus hominis eſt naturalis: quādo appetitus ſuperior ꝛ ꝑncipalior mouet inferiorē. Moueri quidē poteſt appetitus inferior tribus rationibus .ſ. ab appetibili a ſe ipſo. tertio ab appetitu rationali. In motu autē quo rationale mouet ab appetitu deliberatiuo ſcientificū .i. ꝓpoſitio ſeu extimatio ꝛ ratio vniuerſalis ut eſt parentes honorādos eſſe: ita eſt imobilis ꝙ nō mouet particularis autē aſſūpta ut hec iſte eſt pater meus ita mouet vel ꝙ ipa ſola mouet ꝛ nō mouet ea que eſt vniuerſalis vel vtraqz eſt mouēs: vniuerſali tamē mouente manente imobili ꝛ particulari exiſtente variabili.

Capl'm .xvj. quod ſic incipit. Vegetabile quidē ꝛc. Manifeſtat quam habitudinē habeat vegetatiuū ꝛ ſenſitiuū adinuicē ad uiuentia ꝛ ſenſus ad aīalia.

Neceſſe eſt om̄e quod viuit habere aīam vegetabilē a principio gn̄onis uſqz ad finem corruptionis. cuius ratio eſt qr quod generatur neceſſe eſt habere augmentū ſtatum ꝛ declinationē ſeu decrementū. que ſine alimento eſſe nō poſſunt alimentū autē per potentiā vegetabilē tranſit in alitum. Omia autē viuentia nō eſt neceſſe habere ſenſum om̄e eim animal ꝛ om̄e habens ſenſum neceſſe eſt habere tactū. nullum autē corpus ſimplex ꝛ quodcūqz nō eſt ſuſceptiuū ſpēꝝ ſine materia habet tactum. ꝛ ideo nō eſt ſenſitiuū. multa autē habentia ꝛ viuentia ut herbe et plante ſunt ad modū corpoꝝ ſimpliciū nec ſuſcipiunt ſpēs ſine materia. ꝛ ideo nō habent ſenſum. Neceſſe eſt autē om̄e animal habere ſenſum. natura autē nichil facit fruſtra eo ꝙ oīa ſubſiſtentia per naturā ſunt propter aliquē finē vel propter aliqđ ordinatū ad finem. Si igitur corpus aīatum mobile motu proceſſiuo nō habet ſenſum nō poterit conſequi alimentū ꝛ ſic corrūpetur nec veniet ad finem ad quē opus nature ipm ordinauit. Aīalibus etiam que ſemꝑ manent in eodē loco exiſtit cōiunctum alimentū quo nata ſunt nutriri hoc ſenſu mediāte percipiunt. om̄e igitur animal ſenſū habet. Nec dici poteſt corpus aīatum habere aīam ꝛ intellectū diſcretiuū quo perueniat ad finem ſenſum autē nō habere. ſiue tale motiuū ex̄ns ſcḋm locum ſit generabile ſiue ingenerabile. ipm eim carere ſenſu contingeret vel propter melius anime vel propter melius corporis. propter melius aīe nō oportet carere ſenſu. qr ipa nō magis intelligit in aīalibus ſine ſenſu: cum eius intelligere oriatur a ſenſu. nec propter melius corporis quia ipm nō magis conſeruatur propter carentiam ſenſuum. nullū igitur corpus aīatum mobile proceſſiue eſt ſine ſenſu.

Capl'm .xvij. quod ſic incipit. At verō ſi ſenſum habens. Determinat de habitudine ſenſus animalis ad corpus in quo propoſito ꝙ neceſſe eſt corpus animalis compoſitum eſſe ꝛ nō ſimplex: prius manifeſtat tactum ꝛ guſtum eſſe neceſſarios animali. alios autem ſenſus propter bene eſſe.

Om̄e corpꝰ habēs ſenſum neceſſe eſt eſſe cōpoſitū nam ſimplex eſſe impoſſibile eſt. qr tactum nō haberet. quē tactū om̄e ſenſitiuū habere neceſſariū eſt. Om̄e eim animal eſt corpus aīatum ꝛ om̄e corpus eſt tangibile. tangibile eſt ſenſibile tactui. ꝛ ideo neceſſe eſt animal habere corpus tactiuū ſi debet ſaluari. alij eim videlicet olphatus viſus auditus ſentiunt ꝑ media ſeparata tactus aūt per medium cōiunctū ꝛ ideo animal nō poterit fugere nociua ꝛ accipere vtilia ſine quibꝰ im

poſſibile eſt ipm ſaluari niſi habeat ſenſum tactus. Guſtus etiā cum ſit alimēti qḋ
eſt corpus poſſibile tangi eſt quidā tactus ⁊ ideo neceſſarius eſt animali. Eſt eīm
ſenſitiuus alicuius tangibilis ⁊ vegetatiui. ſonus autē cuius reſpectu eſt auditus. ⁊ co
loꝛ cuius reſpectu eſt viſus. ⁊ odoꝛ cuius reſpectu ſenſus eſt olphatus nō alūt nec faci-
unt augmentū nec decrementū. ⁊ ideo tactus ⁊ guſtus ſunt neceſſarij animali. nec
poſſibile eſt animal eſſe ſine tactu. alij autē ſenſus ſunt pꝛopter bene eſſe ⁊ iſtos nō eſt
neceſſe ineſſe cuilibet generi aīalium: ſed tantū quibuſdā. ſ. habentibus motū pꝛoceſ
ſiuum. talia eīm aīalia ſi ſaluari debent nō ſolum ſentire oportet aliquid cōiunctū eis
mediante tactu: ſed etiā quod longe. quod ſentire nō poſſunt niſi ſenſu percipiēte per
mediū qḋ quidē patiatur ⁊ moueatur a ſenſibili ⁊ a quo medio moueatur ſenſus. Si
cut eīm mouens localiter permutat aliud uſq3 ad aliquē terminū: itaq3 pelendo me-
dium facit ut mediū moueat aliud in quo oꝛdine primū mouens pꝛopellit ⁊ nō depel
litur: vltimū autē ſolum depellitur: mediū autē ſeu vnum ſeu multa ſint ⁊ depellitur ⁊
depellunt: ſic etiam in alteratione que fit a ſenſibili in ſenſum per medium ſenſibile qḋ
primū eſt mouens: ita mouet ꝙ nō mouetur. ſenſus autē mouetur ⁊ nō mouet. medi
um autē mouetur a ſenſibili ⁊ mouet ſenſum. ita ꝙ manens in eodē loco alterat ſenſū
per mediū ſenſibile: ſicut ſi in cera imprimatur ſigillū ſeu figura: uſq3 ad tantū excedi-
tur alteratio facta a primo imprimente: uſq3 quantū attingit virtus imprimentis. ⁊ cera
mediante poteſt fieri aliqua impreſſio ſeu alteratio in lapide. lapis autē ſic alteratus
nō mouet nec alterat aliud eo ꝙ non poteſt eſſe mediū quo aliud alteretur aqua vero
poteſt eſſe mediū quo aliud etiam pꝛocul diſtans moueatur ⁊ altretur. aer etiā ſic fa
ciliter ⁊ multipliciter mouetur quod agit ⁊ patitur eo ꝙ pꝛopter ſui raritatē de facili re
cipit ſpēs ſenſibiliū. quibus receptis agit in ſenſum. ſicut patitur a ſenſibili ⁊ hoc ſi ma
neat vnus ⁊ idē non interruptus aliquo ſpiſſo terminato. Unde melius eſt dicere
animal videre viſu recipiente ⁊ paciente a viſibili ut a figura ⁊ a calore ⁊ vniuerſaliter
ab obiecto mouente mediū extrīs vnū quale mediū eſt aer continuus ⁊ leuis ⁊ hoc me
diate mouetur viſum ſicut ſigillū ingreditur cerā uſq3 ad aliquē terminū quē ultimo
mouet: quā dicere viſionē fieri viſu egrediente ⁊ repercuſſo.

Caplm. xviij. quod ſic incipit. ꝙ autē impoſſibile ſit ⁊c. Probat qḋ ſuperius
pꝛopoſitū eſt. ſ. corpus animalis nō poteſt eſſe ſimplex adiungens ꝙ ſine ſenſu
tactus nō poteſt animal exiſtere ceteri vero ſenſus ſunt ꝓpter bene eſſe.

Eo ꝙ impoſſibile ſit corpus aīalis ſimplex puta igneū; tantū vel aereū patet
ſic. om̄e corpus aīalis eſt tactiuū eo ꝙ habet ſenſum tactus ſine quo nō cōtin-
git aliū ſenſum habere om̄ia autē elementa ſimplicia ꝓ preter terrā ſenſitiua
ſunt in quantū ipſa poſſunt eſſe mediū extraneū ſentiendi. tactus autē ſentit ipſa tan-
gendo immediate. Propter quod ſortitur hoc nomē. ſ. tactus. ꝗuis eīm alij ſenſ9
ſentiant tangendo. hoc tamē eſt per media ſeparata. ſolus autē tactus per ſe ipm ſen
tit ⁊ q2 nullum elementoꝝ eſt immediatū ſentiens: ideo nō poteſt eſſe corpus aīalis. qḋ
autē dictū eſt de alijs elementis eſt etiam verum de terra. Quod autē corpus ani-
malis nō poſſit eſſe ſimplex maxime ſolum terrenū patet ſic. tactus ſine quo nō poteſt
eſſe tale corpus eſt quedā medietas tangibiliū. eſt etiam ſenſus ſuſceptiuus nō differ
ſolum que cōpetunt terre: ſed etiam calidi ⁊ frigidi ⁊ oīm poſſibiliū tangendi. hec au-
tem nō ſunt in ſimplici corpore maxime in ſolo terreſtri. pꝛopter quod oſſibus ⁊ capil
lis ⁊ huiuſmodi partibus nō ſentimus q2 terre ſunt. pꝛopter quod etiam plāte nullum
habent ſenſum quia terre ſunt. nullū eīm ſenſitiuū poſſibile eſt ineſſe alicui ſine tactu

qui nõ ineſt terre vel alicui elementoꝝ. Ex dictis etiam manifeſtũ eſt qm̃ neceſſe eſt animalia priuato ſolo tactu mori quia non eſt poſſibile hunc ſenſum exiſtere alicui quod nõ ſit animal nec alium preter hunc neceſſe eſt animali ineſſe ⁊ hec eſt cauſa ꝓpter quam ſenſibilia excellentia alioꝝ ſenſuum ut excellens colo2 odo2 vel ſonus ita co2rumpunt ſenſus quod tamẽ nõ co2rũpunt per ſe animalia: licet ſcd̃m accidens poſſint ipſa co2rũpere puta ſi cum vehementi ſono fiat excellens depulſio ⁊ ictus co2rũpunt tactum animalis ⁊ a calore ſeu odore mouetur animal ad aliquid co2ruptiuũ. tactus etiam ſapo2 co2rumpit ſcd̃m quod eſt quid tactiuum. tangibilia autem excellentia puta calida ⁊ frigida ⁊ dura per ſe ſunt co2ruptiua animalis. omne enim excellens ſenſibile co2rumpit ſenſum. ⁊ ideo excellens tangibile co2rumpit tactum ſicut determinatũ eſt. Et qm̃ ſine tactu impoſſibile eſt animal viuere idcirco excellentia tangibilia nõ ſolum co2rumpunt ſenſum: ſed etiam animal. quod neceſſe eſt habere tactum ſi debet eſſe.

Alios ſenſus animalia habent propter bene eſſe ⁊ viſum habent ad videndũ in aere ⁊ aqua ⁊ vniuerſaliter in diaphano. ut melius viuant. guſtum autem ⁊ odoratum habent ut ſentiant delectabile ⁊ triſte in alimento ⁊ ſentiendo concupiſcant ⁊ moueãtur ad neceſſarium alimentum. auditum autem habent ut aliquid ſignificetur ipſis. vnde lingua ut per ipſam poſſit aliquid ſignificare alijs aliquid conferẽs ad bene eſſe.

Expliciunt libri de anima.

Capitula primi libri metaphiſice.

Primum capl'm probat neceſſitatem ſcientie ex naturali deſiderio qđ eſt in hominibus ſcire aliquid.

ij. comparat experimentū arti ⁊ ſcientie oſtendens ipm precellere quantū ad agere ⁊ precelli quantum ad ſcire.

iij. comparat ſcientiam ſpeculatiuaȝ ad praticam ut oſtendat ſpeculatiuam eſſe nobiliorem.

iiij. ex conditionibus ſapientis probat primam ph'iam proprie dici ſapientiam.

v. manifeſtat primam ph'iam eſſe ſpeculatiuam diuinam liberalem honorabilem ceteris.

vj. determinat neceſſitatem conſiderandi que ⁊ quot ſunt cauſe entis proſequens opinionem naturalium de cauſa materiali.

vij. ꝙ euidentia rei coegit antiquos ponere cauſam efficientem ſine qua nō eſt generatio ⁊ etiam cauſam finalem.

viij. ꝙ cauſa vnde principiuȝ motus non eſt ponenda vna ſed plures de quibuȝ imperfecte locuti ſunt antiqui.

ix. ꝙ leucippus ⁊ democritus cauſam materialem tetigerunt ex qua aſſignauerunt diuerſitatem entium.

x. continet opinionem pictagoricorum ponentium numeros ⁊ paſſiones ipſorum principia rerum.

xj. continet opinionem loquentiū de toto ente tāquā d̄ na naťa ſigulari.

xij. continet opinionem platonis de principijs ⁊ in quo differat a pictagoricis.

xiij. continet ſumatim dicta antiquorum de cauſis qui non inueniuntur poſuiſſe niſi quattuor cauſas de quibus dictum eſt in phiſicis.

xiiij. improbat opinionem ponentium tantum vnum principium materiale ⁊ hoc corporum.

xv. improbat opiniones ponentium plura materialia pn̄apia ſpecialiter empedo. ⁊ anaxa.

xvj. improbat opnionem pictagoricorum declarans eorum inſufficientiam.

xvij. improbat opinionem platonis de ydeis ⁊ declarat inſufficientiam poſitionis ⁊ incōuenienta.

xviij. improbat opinionem platonis ſex rationibus ponentis ydeas eſſe quedam exempla.

xix. alijs ſex rationibus improbat dictum eius quantum ad hoc ꝙ ponit numeros ydeas.

xx. improbat opinionem platonis de principijs entium quantum ad rationē eſſendi.

xxj. improbat quattuor rationibus opinionem eiuſdem hōm ꝙ dicit ydeas eſſe principium ſciendi.

Capitula ſecundi libri.

Primum capitulum declarat facilitatem ⁊ difficultatem cognitionis veritatis que difficultas prouenit ex parte intellectus noſtri.

ij. declarat primam ph'iam eſſe ſcientiam veritatis cognite per primā cauſaȝ que eſt maxime ⁊ neceſſario vera.

iij. probat ꝙ eſt ſtatus in cauſis ⁊ primo in efficienti ⁊ materiali.

iiij. quod eſt ſtatus in cauſis finalibuȝ et formalibus et etiam generationibus ipſorum.

v. declarat impedimenta cognitionis veritatis ⁊ que obſeruanda ſunt volenti inquirere noticiam ipſius veritatis.

Capitula tertij libri.

Primū declarat ꝙ dubitare eſt vtile ad querandum noticiam veritatis.

ij. enumerat quaſdam opiniones de quibus tractandum eſt in ſequentibus.

iij. inquirit diſputatiue vtrum vna ſcientia aut plures conſideret cauſas entium ⁊ ſi plures que ipſarum ſit prima philoſophia.

iiij. vtrum de primis principijs conſideretur in vna ſcientia ⁊ vtrum eadem ſcientia ſit de eis ⁊ de ſubſtantijs.

v. vtrum omnium ſubſtantiarum ſit vna ſcientia ſimul conſiderans ſubſtantiam ⁊ eius accidentia.

vj. vtrum preter ſubſtantias ſenſibiles ſint alie ſubſtantie ⁊ vtrum ydee ⁊ mathematica eiuſdem generis.

vij. vtrum genera ſint magis ponenda principia entium ꝙ materia ⁊ forma ⁊ econuerſo.

viij. vtrum genera ſint magis ponēda principia entium ꝙ ſpecies que immediate predicantur de indiuiduis.

ix. vtrum ſit aliquod vniuerſale preter ſingularia. ⁊ vtrum ſit aliqua forma ſeparata a ſenſibilibus.

x. vtrum ſit vna forma ſubſtantialis oīum entium ⁊ vtrum oīum ſint eadem principia.

xj. vtrum corruptibilium ſint eadem principia.

xij. vtrum ens ⁊ vnum ſint ſubſtantie rerum vel aliud ab eis.

xiij. vtrum numeri ⁊ diuiſiones mathematice ⁊ puncta ſint ſubſtantia entiū.

xiiij. vtrum preter ſenſibilia ⁊ mathematica neceſſe ſit ponere ydeas.

xv. vtrum principia ſint aliquid actu tantum. ⁊ vtrum ſingularia vel vniuerſalia ſint rerum principia.

Capitula quarti libri.

Primum declarat ad primum philoſophum pertinere conſiderare ens in quantum ens ⁊ cauſas ipſius ꝙuis ens multis modis dicatur quia habet vnitatem analogie ad primum ens de quo principaliter conſiderat prima philoſophia.

ij. ꝙ vnum ⁊ ens idem ſignant ⁊ ꝙ tot ſpecies vniuſcuiuſq; quot entis de quibus oībus eſt eadem ſcientia.

iij. ꝙ ad ꝑmum philoſophū pertinet conſiderare d' pluralitate ſiue multitudine ⁊ eius ſpeciebus.

iiij. ꝙ eius eſt ſpeculari de omnibus propter hoc ꝙ ſpeculatur de ente ⁊ paſſionibus eius.

v. ꝙ primi phi eſt ſpeculari de principijs per ſe notis ⁊ de indemōſtrabilibus quibus alie ſcientie vtuntur.

vj. ꝙ primi philoſophi eſt conſiderare primum principium per ſe notum. ſcilicet ꝙ non contingit idem ſimul ineſſe et non ineſſe.

vij. diſputat contra negantes principia ex ſuppoſitione ſignificanti nominum.

viij. propter quid ſi oppoſita verificantur de eodem nichil predicabitur de aliquo per ſe ſed omnia erunt accidentia.

ix. declarat ꝙ ſi contradictoria verificantur de eodem nichil predicabitur de aliquo per ſe ſed omnia erūt accidentia.

x. probat ſillō diuiſiuo ꝙ nec oīa cōtradictoria nec quedā de eodē verificātur.

xj. probat idē per id qđ res aliqd determīate ſignat ⁊ per hoc ꝙ magis ⁊ minus verū eſt reſpectu maximi veri.

xij. cōtinet diuerſos modos diſputādi cōtra negātes ꝑncipia ex diuerſis cauſis. ⁊ quid monit antiquos ad opinandum oppoſita verificari de eodē ſoluēs ipſorum motiua.

xiij. ꝙ opinari omia que apparent vera eſſe prouenit ex opinari intellectum ⁊ ſenſum eſſe idem.

xiiij. excludit motiua opinantium omnia aparentia eſſe vera ⁊ omia eſſe in cōtinuo motu.

xv. ſex rationibus ꝙ non om̄e apparens eſt verum.

xvj. improbat opinionem negantiuȝ rationes predictas ⁊ dicentium ꝙ de oībus eſt querenda demonſtratio.

xvij. concludit contraria non verificari de eodem. ſi contradictio de eodem verificatur.

xviij. improbat opinionem dicentium omia eſſe tantum falſa. ⁊ omia eſſe tantum vera.

Capitula quinti libri.

Primum diſtinguit quot modis dicitur principium. ⁊ ꝙ om̄i principio cōmune eſt ꝙ ſit proprium.

ij. diſtinguit genera cauſaruȝ in quatuor ⁊ ꝙ proprietates ipſorum ſunt tres modi ⁊ quilibet eſt actu vel potentia.

iij. diffinit quid eſt elemētum ⁊ de quibus proprie ⁊ de quibus tranſlatiue dicatur elementum.

iiij. diſtinguit quot modis dicitur natura ⁊ ꝙ pcincipaliter ratio nature ſaluatur in forma ſubſtantiali.

v. diſtinguit quot modis dicitur neceſſarium ⁊ ꝙ neceſſarium requiritur tam in demonſtrationibus ꝙ̄ in primo ente.

vj. declarat quot modis dicitur vnuȝ per accidens ⁊ quot modis vnuȝ per ſe.

vij. ꝙ ratio vnius conſiſtit in indiuiſione ⁊ ꝙ multa dicuntur vnum per habitudinem ad aliquid vnum.

viij. ꝙ tam ens ſcd̄m accidēs ꝙ̄ ens ſcd̄m ſe multipliciter dicitur.

ix. ꝙ ſubſtantia dicitur quattuor modis que reducuntur ad duos.

x. quot modis dicitur idem ſecūduȝ accidens. ⁊ quot modis dicitur idē ſecundum ſe ⁊ quomodo differunt diuerſum ⁊ differens.

xj. quot modis dicuntur ſimilia ⁊ oppoſita contraria ⁊ diuerſa ſpecie.

xij. ꝙ priora ⁊ poſteriora dicūtur quadrupliciter.

xiij. quot modis dicitur potentia potens ⁊ im potentia impoſſibile.

xiiij. quid eſt quantū ⁊ ꝙ diuiditur per diſcretum ⁊ continuū ⁊que ſunt quanta per ſe ⁊ per accidens.

xv. ꝙ qualitas dicitur quattuor modis ⁊ ꝙ reducuntur ad duos.

xvj. ꝙ relatio habet tres ſpecies et ꝙ quedā dicuntur ad aliquid per aliquid q̄dam per aliud quedam per accidens.

xvij. ꝙ perfectū dicitur tribus modis

xviij. quid eſt terminuȝ ⁊ q̄t modis dicitur ⁊ qualiter ſe habet ad ꝑncipium.

xix. quot modis dicitur ſcd̄m quid et quid eſt diſpoſitio.

xx. quot modis dicitur habitus.

xxj. quot modis dicitur potentia.

xxij. quot modiȝ dicuntur priora.

xxiij. quot modis dicitur habere.

xxiiij. quot modis dr̄ aliqd ex aliquo.

xxv. quot modis dicitur pars.

xxvj. quid eſt totū ⁊ quotiens dicitur.

xxvij. quid eſt colobon.

xxviij. quotiens dicitur genus.

xxix. quotiens dicitur falſum.

xxx. quid eſt accidēs ⁊ quotiēs dicitur

Capitula ſexti libri.

Primū declarat ꝙ prime pħie eſt q̄rere cauſas entis in quantum ens.

ij. ꝙ phiſica ⁊ mathematica ſunt ſpeculatiua tamē cōſiderātiens in quantū ens

iij. ꝙ quedaȝ ſcientia alia a predictis ⁊ prior ambabus ⁊ vniuerſalior ipis conſiderat ens in quantum ens.

iiij. declarat ꝙ nulla ſcientia ſpeculatur per ſe de ente ſecundum accidens.

v. quid eſt accidens ⁊ quid eſt eiꝰ cauſa ⁊ quare eius non eſt ſcientia.

vj. ꝙ entis ſecundum accidens non eſt cauſa neceſſaria.

vij. quid eſt verum ⁊ quid eſt falſum.

## Capitula ſeptimi libri.

Primuȝ declarat ſubſtantiam eſſe ens primū ita ꝙ prior eſt accidente ratione. notitia ⁊ tempore.

ij. ꝙ ſubſtantia ſenſibilis manifeſta ē nobis ⁊ perſcrutandum eſt vtrum ſit ꝗ alia preter ipſam.

iij. diuidit ſubſtantiā in formā vniuerſale genus ⁊ ſubjectum proſequens de ſubſtantia quanta que diuiditur in materiam formam ⁊ compoſitum.

iiij. determinat de quidditate rerum ſenſibiliu per quā deuenitur in noticiā quidditatis intelligibilium ⁊c̄.

v. declarat ꝙ quidditas etiam inſenſibilibus conuenit rei cuius eſt quidditas ⁊ ſcdm̄ ſe ⁊ ꝙ entis per accidens non eſt quidditas.

vj. ꝙ diffinitio accidētiū maxime propriaȝ paſſionū eſt ex additione.

vij. ꝙ quidditas ⁊ cuius eſt quidditas nō ſunt idē ȝ in ente per accidens licet ſint idem ī ente per ſe.

viij. ꝙ in his que fiunt a natura ſiue ab arte ſiue a caſu eſt aliquod efficiens ⁊ aliquid ex quo ⁊ aliquid factum.

ix. ꝙ in om̄i eo quod fit ineſt materia ⁊ forma ita ꝙ materia de quibuſdā formis in ea predicatur denominatiue.

x. ꝙ forma per ſe non generatur ſed compoſitum.

xj. ꝙ ydee nō ſūt neceſſarie ad generationem.

xij. quare quedam fiunt ſimul ab arte ⁊ caſu. quedam ab arte tantum. omīa tamen fiunt ex principio vniuoco.

xiij. vtrum om̄s partes rei ſint de eſſe quidditatis ipſius.

xiiij. ꝙ q̄dā ſūt partes p̄ores ⁊ quedā poſteriores toto diffinibili ⁊ ꝙ materia in quibuſdam eſt de eē ſpeciei. ⁊ ꝙ partes diffinitionis ſunt partes ſpeciei ⁊ nō indiuidui.

xv. que partes ſint ſpeciei ⁊ que indiuidui ⁊ ꝙ materia non videt eſſe pars ſpeciei.

xvj. ꝙ in quibuſdam materia eſt de eſſe ſpeciei licet non omnis pars aīalis ſit de eius eſſentia ⁊ ꝙ eſt forma principalis.

xvij. ꝙ diffinitio ſit vna ratio licet habeat partes diuerſas propter vnitatem differentie ultime.

xviij. concludit quinqȝ rationibus ꝙ vniuerſale nō eſt ſubſtantia ⁊ duobuȝ inconuenientibus ꝙ eſt ſubſtantia.

xix. ꝙ impoſſibile eſt ydeas eſſe ſubſtantiaȝ ſeparatas ⁊ ydeas quaſdaȝ ſi ſpecies ex genere ⁊ differentijs conſtant

xx. ꝙ nullum ſingulare inquantum ſingulare diffinitur. ⁊ ꝙ quedam ſunt in potentia ⁊ non omnes ſunt in actu.

xxj. ꝙ ens ⁊ vnum non ſignificat ſubſtantiaȝ entium ⁊ ꝙ poſitio ydearum habet aliquid rectum.

xxij. ꝙ quidditas et forma ſubſtantialis eſt principiū cuiuſlibet rei per quā reſpondetur ad queſtioneȝ propter quid que queſtio nō habet locum in ſimplicibus ſed in compoſitis.

xxiij. ꝙ forma totius non eſt elementum nec ex elementis ⁊ ꝙ ipſa poſſet dici eſſe elementum ⁊ principium eſſendi.

## Incipiunt capitula octaui libri.

Primū capl'm recolligit que in ſeptimo dicta ſunt ordinans ipa ad perſcrutandum ſubſtantiam ſenſibilem.

ij. determinat de ſubſtantia ſenſibili ꝙ aliter materia aliter forma aliter compoſitum dicitur ſubſtantia.

iij. ꝙ om̄e ſignans totum principalr̄ ſignat formā q̄ eſt ratio eſſēdi nec per ſe ſignatur ⁊ aſſimilatur numeris.

iiij. ꝙ licet oīa generabilia ſint ex eadem materia p̄ma tamen diuerſorum eſt diuerſa materia proxima.

v. ꝙ forma nõ fit ex forma ſed compoſitum ex compoſito ⁊ quo modo materia ſe habet ad contraria.

vj. ꝙ cauſa vnitatis rei habentis partes eſt ꝙ altera pars eſt potentia altera eſt actus eius inſeparatis in materia forma eſt cauſa vnitatis.

## Capitula .ix. libri.

Primũ probat ꝙ omis potentia reducitur ad actiuã ſicut ad primã quia differt a paſſiua vtriqꝫ tamẽ opponitur in potentia oppoſitio priuatiua.

ij. ꝙ quedã potentie ſunt in rebus inalatis alie vero i rebꝰ aiatis harũ qedã ſut rationales quedã vero irrationales.

iij. improbat opinionẽ dicẽtiũ nichil eſt in potentia niſi quando eſt in actu licet idem ſit actus ⁊ potentia.

iiij. diffinit quid eſt poſſibile ⁊ ꝙ nomẽ actus venit ad noticiã nrãm ex motibus

v. ꝙ potentie naturales predicte ſũt actus. acquiſite vero fiunt per actus ita ꝙ irrationales potentie ſtatim agunt actiuo approximato paſſiuo. rationabiles autem nõ. nec ſimul agunt duo contradictoria. ſed ſicut contrarioꝝ.

vj. eſt qd actꝰ ⁊ ꝙ ipſius eſt duplex diuiſio.

vij. q̃modo aliquid eſt in potentia ad aliquid ⁊ quomodo nõ.

viij. ꝙ actus prior eſt potentia. ratione ſubſtantia ⁊ tẽpore aliqñ poſterior.

ix. probat quattuor rationibus ꝙ actꝰ prior eſt potentia.

x. ꝙ in bonis ⁊ ſtudioſis melior eſt actus potentia in malis antẽ deterius ⁊ ꝙ malum poſterior eſt rebus nec eſt in ſempiternis.

xj. ꝙ actus prior eſt potẽtia cognitione quia que in potentia ſunt tunc cognoſcuntur quãdo deducuntur ad actũ.

xij. ꝙ verum ⁊ falſũ in compoſitis eſt per componi ⁊ diuidi in ſimplicibus autem verum eſt per attingi.

## Capitula decimi libri.

Primũ declarat ꝙ vnũ quadrupliciter dicitur. ſ. continuũ totum ⁊ perfectũ indiuiſibile ſpecie ſinglare quibus cõuenit ratio vnius nõ equaliter ſed ſcđm prius ⁊ poſterius.

ij. ꝙ in quolibet geenere eſt vnuꝫ primũ menſurãs ⁊ hoc maxime reperitur in quãtitate ex qua diriuatur ad alia.

iij. ꝙ eiuſdẽ poſſunt eſſe plures menſure reducibiles tamẽ ad vnã ſimplicez ⁊ vnigeneã menſurã.

iiij. vtrum ſit aliqua ſubſtantia ſeparata menſurãs oĩs ſubſtãtias ⁊ vtrum ens ⁊ vnũ idẽ ſignificant

v. ꝙ vnũ ⁊ multa opponũtur ꝑuatiue ⁊ quot ſunt ſpẽs vnius qnot multitudis nec idẽ eſt dr̃ia ⁊ diuerſitas.

vj. ꝙ contrarietas eſt perfecta ⁊ maxima dr̃ia ex qua verificantur oĩs diffinitiones contrarioꝝ.

vij. ꝙ in oĩ contrarietate ſaluatur aliquo modo oppoſitio priuatiua.

viij. ꝙ vnum opponitur multis ⁊ equale magno ⁊ paruo nõ contrarie ſed priuatiue.

ix. ꝙ vnuꝫ eſt menſura multitudinis nõ prout multitudo dicit excedentiã ſed quantitatẽ diſcretam.

x. ꝙ media ſunt ex contrarijs propter hoc ꝙ ſunt in eodem genere cuꝫ ꝯrijs ⁊ media ipſoꝝ.

xj. ꝙ dr̃ia ſpecie continẽtur ſub eodẽ genere qđ diuiditur in eis per dr̃ias ⁊ cõtrarietas eſt dr̃ia ſpecifica.

xij. ꝙ ſola contrarietas que eſt ex parte forme facit dr̃ian ſpecificam ⁊ nõ illa que eſt ex parte maerie ut maſculinum ⁊ femeninum.

xiij. ꝙ licet contaria ſpecie differant tamẽ corruptibile ⁊ incorruptibile differunt genere.

# Metaphiſice

## Capitula .xj. libri.

Primum declarat quaſdã queſtiones factas in tertio libro.

ij. declarat alias q̃ſtiões tactas ibidẽ.

iij. ꝙ entis in quantũ ens eſt vna sciẽtia propter vnitatẽ anologie q̃z omĩa entia habent ad primũ.

iiij. ꝙ primi ph̃oſi eſt cõſiderare ens in quantũ ens. ꝛ paſſiones eius nec non ꝑncipia comunia oĩm entium.

v. diſputat contra negantes hoc principium. nõ cõtingit ſimul idem eſſe et non eſſe.

vj. oſtendit ꝙ eraclitus negauit dictũ principium. ſimiliter anaxa.

vij. ſoluit ꝛ deſtruit opiniones falſas de dicto principio.

viij. excludit quinqꝫ rationibus opinionem dicentium omĩa eſſe in cõtinuo motu ꝛ fluxu.

ix. oſtendit qui ſunt bene curabiles ꝛ qui nõ de his qui opinantur falſa eſſe ꝑncipia.

x. ꝙ oĩs ſcientia ſupponit ſubiectũ de quo probat paſſiones per ꝑncipia ꝛ ph̃ica que eſt de ſubſtãtia cuius forma eſt in materia altera eſt a ꝑma ph̃ia.

xj. ꝙ de ente ſcdm̃ accidẽs nõ eſt ſciẽtia q꞉ eius ſunt cauſe infinite ſimiliter de ente qd̃ eſt verũ ſcientia nõ eſt q꞉ ipſius nõ queruntur principia.

xij. ꝙ motus eſt actus entis in potentia ſcdm̃ ꝙ in potentia ſicut dictum eſt in tertio phiſicorum.

xiij. recapi̾at ea que de fortuna dicta ſunt in ſecundo phiſicorum.

xiiij. quot modis dicitur infinitũ ꝛ ꝙ impoſſibile eſt ip̃m eſſe actu ſeparatum

xv. ꝙ impoſſibile eſt corpus ſenſibile eſſe infinitum.

xvj. ꝙ aliquid mutatur ſcdm̃ accidẽs aliquid per partẽ aliquid per ſe ꝛ ꝙ mouens eodem modo diuiditur ut dictum eſt in quinto phiſicorum.

xvij. ꝙ motus ſunt tres ſpẽs nec motus eſt in ſubſtãtia nec in ad aliqd̃ nec in paſſione ꝛ actione ut dictũ eſt ibidẽ.

xviij. quot modis dicit̃ imobile ꝛ qd̃ eſt ſimul tangere ꝛ ſic de alijs intentionibus ibidem poſitis.

## Capitula .xij. libri.

Primũ ꝙ ph̃oſi ꝑmi eſt cõſiderare de ſubſtãtia q̃ diuiditur i ſenſibile in ſẽpiternũ ꝛ inſenſibilẽ corruptibilẽ. ꝛ ꝙ oĩs ſubſtantia ſenſibilis habet materiã.

ij. ꝙ forma ẽ pars ſubſtãtie ſenſibilis q̃ eſt ad modũ habitus ꝛ ꝙ in quibuſdã nõ eſt ſeparabilis a ſubſtãtia cõpoſita.

iij. ꝙ ſubſtãtie ꝛ alioꝝ predicamẽtoꝝ principia realiter ſunt diuerſa ꝓportionabiliter tamẽ ſunt eadem. ſ. materia. forma. ꝛ priuatio.

iiij. ꝙ neceſſe eſt eſſe aliquã ſubſtãtiã ſempiternã imobilẽ ſemꝑ actu agentẽ in qua nõ eſt potentia.

v. ꝙ ſubſtãtia prima ſẽpiterna q̃ act9 purus eſt mouet ut finis per ſe eſt intelligibilis ꝛ optimũ ens mouẽs alia.

vj. ꝙ ipſa habet delectationẽ i ſe ꝛ eſt vita ſimplex ꝛ impaſſibilis.

vij. ꝙ numerus ſubſtantiaꝝ ſeparatarum querendus eſt ex numero corpoꝝ ſempiternoꝝ circulariter motorum que ſunt. lv. vel. xlvij.

viij. concludit tot eſſe ſubſtantias ſeparatas q̃t ſunt ſphere mobiles celeſtes.

ix. mouet quinqꝫ dubitationes circa intellectum prime ſubſtantie.

x. ꝛ ultimum ꝙ in natura vniuerſi eſt duplex bonum ſcilicet ordinis ꝛ principis. quia ꝑnceps eſt principium primũ ꝙ natura non patitur plurificari ſed requirit ip̃m eſſe primum.

Quod quidem principium eſt deus trinus ꝛ vnus qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

DEO GRATIAS

Omne quod eſt in potẽtia ad aliquam pfectionez naturaliter appetit pfici per ipſam ⁊ q: homo aptus natus eſt pfici per ſciẽciaz ad q̄m eſt in potẽcia ſicut ad perfectionẽ ſui idcirco naturaliter deſiderat ſcire. Et hoc eſt qd dicit prima ppoſitio huius libri. omnes homines naturalr̄ ſcire dſiderant. In hijs aũt que naturaliter ſcire deſiderãt illud maxime deſiderãt quod eſt nobilius infra naturã ipſorum. Et quoniam iter ſciencias naturalr̄ cõformes intellectui hominis put utitur noticia proportionata ſenſibus methaphã eſt ſuppma: hinc eſt q de ſe magis ẽ appetibilis ab intellectu proſeq̄ntis ſcienciam principalr̄ propter ſcire q aũt methaphiſica talis ſit patet. ſciaꝝ vna nobilior eſt alia propter alterã triũ rationũ. pmo quia eſt de ſbõ nobiliori quomodo ſciẽcia de aĩa nobilior ẽ q̄m ſciẽcia de corporibus. ij. quia de modo certiori ſicut geometria melior ẽ q̄ phiſica. demoſtratiões enim geometrice certiores ſũt demõſtratiõibus phiſicis ut dicit comẽtator. ij. metaphiſice. iij. quia eſt de fine vlteriori quomodo dictum eſt pmo ethicoꝝ q militaris nobilior ẽ frenefactiua. Et q̄m methaſiſica tractat de his q̄ pertinẽt ad nobilius ſubiectum. ſ. de prima ſubſtãcia hoc etiã fit certiori modo quia p primas. hec etiã ordinat ad vltimũ finem. ſ. ad pure ſubſtãcie cognitionẽ: idcirco pfectior eſt inter ſcias que poſũt naturaliter acqri ⁊ per conſequẽs magis appetibilis ẽ inter ipſas. Ut igit̃ ſereniſſime princeps dñe ruberte hieruſalem et ſcilicie rex intellectus neſter q̄m propter curã regalis pſidẽtie oportet ad ſenſibilia pleruq3 conuerti facilius poſſit interdum prime phiſice ſpeculatiõi vacare: ipſam primã phicaz que vulgo methaphã dicit̃ diſtinctã capitulis ubis clarioribus explanatã necnõ ⁊ in aliq̄bus locis difuſſioribus breuiataz: vre excellentie ob cuius reuerẽtiã hoc opus aggreſſus ſum offero et aſcribo. in quo ſiquid bene dictum eſt deo tamq3 primo ⁊ pncipali tribuat auctori. quicquid autem defectus mee imperície deputetur.

Omnes homines natura ſcire deſiderãt et c̃. Hui⁹ libri methaſiſice. Capitulum primu3 probat neceſſitatem ſcie ex naturli deſiderio quod ineſt hominibus ad ſcire. declarãs hoc deſideriũ ex dilectiõe noticie ſenſitiue. et manifeſtans gradum cognitiõis in animalibus et hominibus.

Omnes homines natura ſcire deſiderãt cuius ſignũ ẽ ſenſuũ dilectio. ſenſus enĩ diliguntur ab oĩ animali et ſi nulla alia vtilitas preter cognitionẽ ſenſitiuaz ſentienti debeat prouenire. Et inter ſenſus ille magis diligit̃ ex quo maior noticia nobis prouenit ſcilicet viſus hic etiã ſenſus magis cognoſcere nos facit. q: propter minorẽ imerſionem cum materia intẽſius facit nos cognoſcere ⁊ propter maiorez ambitum ſui obiecti ſcilicet lucis plures differẽcias nob oſtendit q̄ alius ſenſus lux enim ſiue lucidu3 qd eſt obiectum viſus in pluribus differentijs repitur q̄ alicuius alterius ſenſus. Animalia quidem igitur ex ſua natura habent v̓tutem ſenſitiuam eo q̄ aĩal in eſſe animalis conſtituitur per ſenſum. ex ſenſitiua tñ virtute quibuſdam animalibus nõ ineſt memoria quia non ſentiũt niſi in pñtia ſenſibilis quibuſdam uero aĩalibus ineſt. ſ. illis que retinẽt intencionẽ ſenſatam in abſentia ſenſibiliũ. Animalium uero quibus ineſt memoria quedam pticipãt prudenciam per quam operãtur debitis medijs ad conſeruationez vite et hec ſũt aĩalia que cum virtute ſenſitiua habent memoriam. non tñ habent ſenſum audiuis ut apis ⁊ ſimilia. quedam uero cum ſenſu ⁊ prudentia ſunt diſciplinabilia q̄ cum memoriã habent ⁊ vigẽt in ſenſu auditus. Animalia igitur cetera ſolis imaginationibus ⁊ memorijs viuẽtia parum pticipãt experientia. hominum autem genus arte ⁊ ratione viuit. Hominũ igi

tur ex memoria ſit experimẽtum. q̃ multe memoratiões eiuſdem rei faciunt virtutem vnius experimenti. quia experimentum arti ⁊ ſcientie ſimile eſſe videtur. Hominibus autem per experientiam euenit ars et ſcia. ideo bene dixit polus id eſt thimeus qui dixit ꝙ experientia artem facit et in experientia caſum. Cum enim ex multis experimentalibus conceptionibus tamq̃ʒ ex quibuſdaʒ ſimilibus fiat vnus conceptus communis ⁊ vnus cõmũis acceptio: hoc eſt principium artis ⁊ ſcie vt quãdo quis habet quandã conceptioneʒ ex ſenſationibus cauſatam ꝙ hec herba cõtulit ſanitatem calie ſacrati ⁊ multis ſingularibus eadeʒ infirmitate: experimẽti eſt. habere aũt vniuerſalẽ cognitionem ꝙ omnibus eiuſdẽ ſpeciei laborantibus aliqua egritudĩe determinata talis medicina contulit. hec ẽ aũt artis.

## Capitulum ſecundum quod ſic incipit ad agere quidẽ ⁊c̃. Cõparat experimentum ad artem ⁊ ſcientiam oſtendens ipſum precellere q̃ntum ad agere ars autem ꝓcellere ipuʒ q̃ntũ ad ſciaʒ.

Ad agere quidẽ igitur expientia non vĩ differre ab arte. ita enim agere poſſunt experti ſicut artifices ſed et videmus exptos in actione magis proficere ſine arte: q̃ habentes ratiõem ſine experientia. Cuius cauſa eſt q: cognitio reſpiciens ſingularia q̃lis ẽ experientia: magis proficit in actionibus eo ꝙ actiões ſint circa ſingularia q̃ cognitio ꝑ ſe reſpiciens vniuerſalia q̃lis eſt ars. dico auteʒ actiões eſſe circa ſingularia. q: medicus nõ ſanat hominẽ niſi per accidẽs ſanat enim caliam aut ſocratem aut aliquẽ ſingulareʒ hominem cui in quãtum ſanat accidit hominem eſſe. Si quis ſine experimẽto habeat rõnem q̃ cognoſcat vniuerſale ignoret aũt particulare contineri ſub illo vniuerſali: multociens peccabit in curatione eo ꝙ cura magis ſingularis ſit igitur q̃ntum ad agendum experientia multociens plus valet q̃ ars. Sed tñ ſcire ⁊ intelligere magis arbitramur fieri et eſſe per artem q̃ per experimẽtum. ⁊ artifices arbitramur ſapientiores eſſe expertis: tanq̃ ſapia magis exiſtente omnibus per ſcire q̃ per ſolum experiri. Cuius ratio eſt q: ſciẽtes cognoſcunt cauſam q̃ expti ignorant. expti enim de re ſciũt quia eſt: ſed non propter quid ⁊ cauſaʒ hoc autem eſt ſcire ⁊ intelligere rem. ſ. cognoſcere cauſaʒ et propter quid ipĩ9. vnde ⁊ architectores. i. principales artifices in qualʒ arte nobiliores magis ſcientes et etiam ſapientiores putamus manu artificibus. q: illi ſciũt cauſas factorum. Sed ⁊ manu artifices denominamus ſicut ⁊ quedam inanimata. q: operãdo non agant ſecundum ſcientiam. ſed poti9 ex quodam quaſi impetu ſicut ignis exurit. niſi ꝙ hec eſt differentia inter inanimata agẽtia per naturam ⁊ manu artifices agentes per ſolaʒ experientiaʒ quia vnumquodq̃ʒ agit ex ui nature: ſed manu artifices per conſuetudinem non ergo ſũt artifices ſapientiores ſecundum ꝙ pratici propter experiẽtiam: ſed potius ſecũdum ꝙ ipſi habent rationẽ ⁊ cognoſcunt cauſam. Et omnino ſignum ſcientis eſt poſſe docere. habentes autem artem docere poſſũt manifeſtando addiſcenti cauſam rei. experti aũt docere non poſſunt cum ignorãt cauſaʒ. Et ideo exiſtimamus ꝙ ars plus participat de ſcientia q̃ experimẽtum. Amplius aũt non ponimus cognitionẽ habitam per quẽcũq̃ʒ ſenſum ſapientiam eſſe. q: ex ſenſib9 proprie fit cognitio ſingulariũ ⁊ de nulla re ſenſitiua cognitio dicit propter quid: ſed tantum q: eſt. ſicut tactus non dicit de igne propter quid calidum ſit. ſed ſolum quia calidum eſt: quia igitur experiẽtia non excedit ſenſitiuam cognitionem: ideo non debet dici ſapiencia.

## Capitulũ terciũ quod ſic incipit primũ quideʒ igitur conueniens ⁊c̃. Conꝑat ſciaʒ ſpeculatiuaʒ ad praticaʒ. ut oſtendat ſpeculatiuam eſſe nobiliorẽ et magis dignam nõie ſapiẽtie.

Rimuꝫ quidem cõueniens eſt ab hoībus honorari et admirari inueniẽteꝫ q̃nlꝫ ſci ẽtiam excedentem omnem cognitionem ſenſitiuam. et tale admirari cõuenit non ſolũ propter aliquam utilitateꝫ inuẽtoꝝ ſed ſicut ſapiẽteꝫ et ab alijs differentẽ. dico aũt non propter aliquam vtilitatẽ quia pluribus repertis artibus quaꝝ quedã ſunt vtiles ad neceſſaria uite ſicut morales ⁊ mechanice q̃dam uo ad introductionẽ ſicͤ gramatica logica et rethorica: ſpeculatiue ſciẽ reperte ſunt. q̃ꝝ inuentores arbitrandum ẽ eſſe ſapientiores inuentoribus praticarum per hoc ꝙ ſcie ipſorũ non ordinãtur ad aliquẽ uſum. Cuius ſignuꝫ eſt quia iam inſtitutis omnibus ſciẽtijs q̃ ſunt vtiles ad vſum humanum: ille ſcientie ſunt reperte que nec ad voluptateꝫ vite ordinãtur nec ad neceſſitatem: ſcilicet ſpeculatiue vnde circa egiptum ſcilicet in his locis in quibus uacabãt tãq̃ ſacerdotes nõ indigẽtes neceſſaria ſibi procurare primuꝫ cõſtiterũt mathematice ſcientie que ſũt de numero ſpeculatiuarum. Hec autem ſit differẽtia artis ⁊ ſcientie et aliorum habituũ intellectualium in moralibus ſcilicet in ſexto ethicoꝝ dictum eſt. Cuius autem gratia nunc facimus hunc tractatum hoc ẽ ꝙ omnis qui exiſtimat ſcientiam circa primas cauſas et principaliter nominatam ſapiẽtiam. Et hanc propter ſui nobilitateꝫ eſſe ſpeculatiuam ſicut ſuperius dictum eſt expertus videtur ſapiẽtior habente q̃ncumqꝫ cognitionem ſenſitiuaꝫ. artifex ſapientior expertis. architector autem ſapientior artifice manuali. ſed ſpeculatiue plus habẽt de ratione ſapiẽtie q̃ cetere ſcientie. Et ſic patet ꝙ ſcientia quaꝫ querimus eſt ſapientia. eſt etiaꝫ circa cauſas et principaliter cum ſit nobilior ſcientiarum et prima.

## Capitulum quartum quod ſic incipit. quoniaꝫ autem ſcientiaꝫ hanc q̃rimus. Manifeſtat ex conditionibus ſapientis ꝙ methaphiſica proprie debet dici ſapientia.

Uoniam autem hanc ſcientiam quaꝫ querimus eſt circa cauſas et principia primã conſiderãdum eſt quomodo hec conuenienter dicatur ſapientia. quod quidem fiet manifeſtum ſi accipiantur conſideratiões ſeu conditiones quas ponimus in ſapiente que tales ſunt. Itaqꝫ primum exiſtimamus ſapientem non illum qui habet ſcientiam aliquorum tanq̃ ſingulariuꝫ: ſed potius ſcientem omnia. ſicut contingit omnia ſciri ab intellectu finito. Secundo exiſtimamus ſapientem non ſolum leuia: ſed etiam difficilia potenteꝫ cognoſcere. leuia autem ad cognoſcendum ſunt ſẽſibilia quia ſentire eſt commune omnibus animalibus. et ideo facile eſt et nõ ſophõ ſenſibilia cognoſcere. Secundõ exiſtimamus ſapientem debere habere certiorẽ cognitionem et alijs de his que cognoſcit. Quarto extimamus ipſum potentem docere: cum poſſit reddere cauſas circa omne ſcibile ſeu de omni ſcibili. quinto exiſtimamꝰ eum habere ſcientiam liberam que ſui ipſius et non alterius cauſa ẽ. ſcientia eſt que eſt alicuius ſcibilis quod elegibile ſciendi qua magis ẽ ſapientia q̃ ea que gratia alicuiꝰ vtilitatis poſſibilis euenire propter ſcire. Exiſtimamꝰ ſapienteꝫ habere ſcientiam principalem ⁊ non ſubſeruiẽtem. quia principalis magis eſt ſapientia q̃ ſubſeruiens et ſubalternans q̃ ſubalternata et bene ſapientem exiſtimamus habere ſcientiam principaleꝫ: qꝛ ipſius ſapientis eſt non ordinari in aliud quod pertinet ad ſcientiaꝫ ſubſeruientẽ: ſed potius ordinare quod pertinet ad ſcientiam principalem. Nec ſapientem opportet ſuaderi: ſed ab ipſo minus ſapienteꝫ conuenit ſuaderi. Tales igitur conditiones et tot putamus cõuenire ſapiẽtie et ſapienti. Iſtoꝝ autem q̃ nunc dicta ſũt primũ conuenit ſapienti oĩa ſcire neceſſe eſt eſſe habẽti ſciaꝫ vniuerſaleꝫ videlꝫ de ente in quantum ẽ ens q̃lis eſt methaphicus. iſte eni aliquo modo nouit omnia ſbcta enti. i. in quibꝰ ſaluatur ratio entis. Secundũ auteꝫ. ſ. cognoſcere difficilia ineſt methaphico qꝛ cognoſ-

eſt vniuerſolia que maxime ſunt difficilia omnibus ad cognoſcẽduꝫ:cum ſit ab omnibus
ſenſibus remotiſſima a quibus incipit humana cognitio. Tertium eiam videlicet habe
re notitiaꝫ certiorẽ ad methaphiſicum ꝑtinet. quia ille de numero ſcienıaꝝ certiſſime ſunt
que de maxime prioribus ſunt eo ꝙ priora ſunt ſimplitiora ⁊ magis neceſſaria. ſcientie eñ
q̃ ſunt ex pautioribus. i. de prioribus et ſimplicioribus certiores ſunt hıs que ſunt ex addi-
tione idest de compoſitioribus ⁊ minus ſimplicib9. ſicut arithmetica. cuius ſõm. ſ. nume-
rus ſiue quantitas diſcreta reſoluitur ad vnitatẽ certior eſt ꝙ geometria. ſ. q̃ntitas cõtinua q̃
reſoluitur ad punctum eo ꝙ vnitas prior ⁊ ſimplitior ſit puncto. cum punctum ſit vnitas ha
bens poſitionẽ. Quartum. ſ. poſſe alium docere cõuenit methaphiſico eo ꝙ cognoſcit
cauſas primas circa omnes effect9 entis. illa ãt ſciẽtia q̃ eſt ſpeculotrix cauſarũ pure eſt do-
ctiua. q2 hi poſſũt docere couſas de oĩbus. Quintum ſcilicet habere ſcientiam que eſt ſui
gratia maxime eſt in primo pħo cum habeat ſcientiã de maximo ſcibili. maxime aũt ſcibilia
ſunt principia prima et prime cauſe q2 per hoc et ex his olio cognoſcũt et non ipſa per ſbcta
idest per principiata et cauſato ex his Sextum ſcilicet habere principalez ſcientiam con
uenit primo philoſopho eo ꝙ principalis ſciarum eſt ea que cognoſcit cauſaꝫ propter quam
agenda ſingula hec eſt cauſa finis vltimus nature. quia finis eſt cauſa cauſaꝝ. finis aũt vl-
timus eſt illud quod eſt bonum vniuſcuiuſqꝫ entis et optimũ in prima natura. ſ. prima ſbo
de qua prim9 philoſophus conſiderat. Ex omnibus igitur q̃ dicto ſunt patet ꝙ nomen q̃
ſitum ſcilicet ſapiẽtia conuenit ſcientie quam querim9 ſcilicet methaphiſice cum ipſa ſit ſpe
culatiua primoꝝ entium et couſoꝝ primorum eo ꝙ bonum vltimũ de quo conſiderat eſt il-
lud cuius gratia ſunt alia et etiam eſt principium.

## Capitulum quintum quod ſic incipit. quia vero non actiua ⁊c̃ Manifeſtat conditiones prime philoſophie. quaꝝ prima eſt ꝙ ipſa non eſt pratica ſed ſpeculatiua. ij. ꝙ eſt libera. iij. ꝙ ẽ diuina. iiij ꝙ honorabilior et dignior ceteris et ꝙ terminatur ad ſcire ſicut ĩcipit ab admirari.

Primom philoſophiam non eſſe actiuam ſed ſpeculatiuã palã eſt ex primis philo-
ſophantibus. nam homines et nunc et prius propter admirari inceperũt philoſo-
phari. primum quidem admirãtes pautiora dubitabilia philoſophati ſunt d ipſis.
deinde paulatim procedẽtes et de majoribus dubitantes ut de paſſionibus lune et de his q̃
fiunt circa ſolem et aſtra et de grauitate querendo cauſas eorum quas ignorabãt philoſo-
phati ſunt eis iu meritis. qui enim dubitobãt et admirantur ignorare videntur effectus cau
ſam de quo admirãtur. Et quoniam philoſophi inceperũt querere c cauſas eorum de qui
bus admirabãtur: idcirco pħ9 philomitos. i. amotor fabularum non quidem propter fabu
los ſed propter mirabilia que conſiderat in quibus comunicat materialiter cum fabulis: eo
ꝙ fabula conſtituitur ex mirabilibus: ſic philoſophus incipit ab admirabilibus. Si ergo
ad effugãdam ignorotiam eorum de quibus dubitãtes admirabantur homines philoſo-
phati ſũt: manifeſtum eſt ꝙ ſunt conati ſtudere tm̃ propter ſcire ⁊ non cauſa alterius vtili-
tatis. q2 quando vnum oppoſitorum per ſe et primo naturaliter fugitur: aliud propter ſe na
turalr̃ oppetitur. ⁊ qm̃ inuentores prime pħie ſtuduerũt ad inueniendũ cauſas eoꝝ de qui
bus admirobant̃ cum ignorãtiaꝫ effugorẽt: manifeſtuꝫ ẽ eoꝝ ſciam fuiſſe tm̃ propter ſcire ⁊
non couſa alterius vtilitatis. Teſtatur oũt. i. dat teſtimoniuꝫ huic prime pħie. nam fere
iam inuentis ceteris ſcijs q̃ ſunt ad neceſſitatẽ vite vel ad dilectionẽ operis vel ad introdu
ctionẽ ſciẽdi: hec ſcientia ĩquiri incepit. Ex quo patet ꝙ propter nullã aliaꝫ vtilitatẽ q̃ritur

niſi propter ſcire ⁊ ideo non actiua: ſed ſpeculatiua cenſetur. Secũdo palam eſt eam eſſe liberam inter ſciãs quia liberum eſt quod eſt ſui iuris. ſicut dicimus liberũ qui ſuimet et nõ alterius iuris eſt. ſola aũt hec inter ſciãs eſt ſui ipſius cauſa. quia non eſt ꝑpter opus. nec eſt de ſcibili ad aliud ordinatum et ideo ſola libera eſt. Tertio patet eam eſſe diuinam cum ſit libera. propter quod et iuſte. i. propter ſui libertatẽ putari debet digne non eſſe humana poſſeſſio id eſt ſcia primo oſtẽſa ab homine. liberũ enim non debet eſſe poſſeſſio ſerui. natura aũt humana multipliciter ſerua eſt cum ſit ſubiecta multis ignorancijs. et ideo hec ſcia cum ſit libera non poſſideť ab homine cuius cõditio multipliciter eſt ſeruilis. Quare ſcd̃m ſimonida. i. ſecundũ ꝙ dicitur in poemate ſymonis ſolus deus hunc honorem habet id eſt hanc honorabilem ſcientiam. Et q̃uis condignũ ſit hominẽ q̃rere ſcientiam que ſibi cõpetit: tamen ille poeta dicit hominẽ non poſſe acquirere hãc ſcientiam. qꝛ licet competat ſibi ex natura: tamen deus inuidẽs homini noluit ſibi communicare eã. ex quo accidit hominem infortunatum eſſe ꝙ propter diuinam inuidiã relictus eſt ĩmpfectus ꝙ cõtradixit ſibi nomẽ ſcientie tam perfecte. cuius poete dictũ verũ non eſt: cum diuino eſſe non cõueniat inuidere. ſed non mirandum eſt ſi talia dicit ille poeta. ꝙ ſcd̃m prouerbiũ multa mẽtiũtur poete. Quarto manifeſtũ eſt eam eſſe honorabiliorẽ alijs ſciencijs nec tali aliã honorabiliorẽ exiſtimare oportet. illa enĩ ſcientia honorabilior ẽ ceteris que maxime eſt diuina. qd̃ dupliciter poteſt eſſe primo ut dicatur maxime diuina quia eã maxime deus habet. ſecundo quia maxime eſt de diuinis: ſola aũt prima phia ambo hec ſortita ẽ. nam ⁊ ſolus deus maxime ipſã habet. et de diuino eſſe principalr̃ conſiderat. tratat enim de ente in quãtum ens. et ideo principaliter verſatur circa ens primũ quod eſt deus. qd̃ tanq̃ principium quoddam videtur cauſare eſſe id eſt entitatem omnibus alijs entibus. neceſſariores ergo ſunt omnes alie ſciẽtie: tamen nulla dignior eſt q̃ iſta. Oportet aũt eius prime phie conſtituere ordinem id eſt ipam ordinare finalr̃ terminum queſtionũ a quibus incipit. qꝛ incipit ab ignorãtia: ⁊ terminať ad noticiam. dico aũt ꝙ incipit ab ignorãtia: quia ſicut ſuperius dictum eſt: omnes phãtes incipiũt ab admirari. conſiderant enim effectus quorum non cognoſcũt cauſam. quemadmodũ conſiderãť automata. i. ea q̃ fiũt acaũ. v. g. cõſiderãtes verſionẽ ſolis aut diametri commẽſurationẽ et non cognoſcentes eorũ cauſas mirãtur. mirũ enim eſt in prima facie ſi ea q̃ non ſunt ſimplicia ſed potius diuiſibilia et continua non cõmẽſurãtur quẽadmodũ diameter ⁊ coſta: ſed cognita cauſa incommẽſurationis ipoꝝ: cognoſciť ſciẽtifice ꝙ incõmẽſurabilia ſunt ita ꝙ magis mirabitur vir geometricus q̃ ſi diameter fiat comẽſurabilis coſte. Oportet igitur confirmare vos ad cõtrarium eiꝰ quo incipimꝰ. qꝛ ſicut geometra propter ignorãtiã in principio admiratur ꝙ diameter non cõmẽſuratur coſte et ipſa cognita nõ admirať: ſed potius admirareť ſi commenſuraretur: ſic ante cognitionẽ cauſe propter ignorãtiam ẽ admiratio. qua cognita habetur ſcientia et ceſſat admiratio. Que quidẽ igitur ſit natura ſcie q̃ſite. ſ. prime philoſophie quia eſt ſcientia cauſarum. Et quid intendimus adipiſci quia ſcientiã que eſt propter ſcire et tota iſta methodus querit de cauſis primis manifeſtum eſt.

## Capitulum ſextum ꝙ ſic incipit: quoniam aũt manifeſtum ꝙ earum ⁊ cetera. Continet proſecutionem eorum quemadmodum ſunt et neceſſitatẽ determinãdi de cauſis entis que ⁊ quot ſũt incipiens ab opinionibus illorum qui naturaliter loquendo poſuerunt ſolam cauſam materialem.

Uoniam autē ex dictis in precedētibus manifeſtū eſt ꝙ oportet nos ſumere ſciā
primaꝝ cauſarum. Eo ꝙ ſcire arbitamur vnūquodqꝫ cum primā eius cauſam co=
gnoſcimus: idcirco tractandum eſt de cauſis. Quadrupliciter dicūtur. quarum
quidem vna eſt forma a qua eſt quidditas rei et hanc eſſe cauſā patet. eo ꝙ per ipſam re=
ſpondetur ad queſtionē qua q̃ritur quid ē res. ipſum autem quid eſt p̄ma queſtionū. Se
cunda eſt materia quod eſt ſubiectum forme. Tertia eſt efficiēs vnde principiū motus.
Quarta vero eſt huic oppoſita ſicut terminus opponitur agēti et hec eſt illud cuius grā
agens agit tanq̃ bonū propter qd̄ agit. hoc enim eſt finis omnis generatiōis ⁊ motus.
Sufficiēter autē de predictis cauſis determinatū eſt in .ij. phiſicorum accipiam9 tamen
ea que dixerūt de his cauſis p̄ores philoſophantes de veritate etiam preſcrutātes naturā
entium. Quis enim ipſi dicāt quedam principia et cauſas entis: nos tñ ſuperuenientes dice=
mus aliquid vtile prime philoſophie vel inueniendo aliquod gen9 cauſe quod ipſi non in=
uenerūt vel addendo aliquid ex quo eorum dictis magis credatur. Primoꝝ igitur phi
loſophantium plurimi putauerunt ſolas cauſas materiales eſſe principia entium. quorum
ratio fuit ꝙ illud dicunt eſſe elementum et principium entium ex quo exiſtūt entia omnia
quātum ad eſſe et ex quo primo fiunt et in quod vltimo reſoluuntur manēte ſubſtātia ipſius
q̃q̃ in paſſionibus et qualitatibus muteꝛ. Et quoniā materia prima ſola habet omnes cō
ditiones predictas: ideo ipſa tantū cauſa eſt et principiū entium. Et propter hec ꝙ talis
natura ſemper conſeruatur et manet q̄ eſt tota ſubſtātia rei ideo nichil putauerunt generari
vel corrumpi ſed alterari. quēadmodū ſocratē non dicim9 ſimpliciter generari quando fit
bonus aut muſicus vel corūpi quando perdit iſtos habitus eo ꝙ ipſe ſocrates ꝙ ſubiectum ē
accidētium predictorum manet. Et eodem modo opinantur aliq̄m eſſe naturā vnam
aut plures ex qua vel quibus obſeruatis alia fiant. Et de pluralitate vel vnitate ⁊ de quiddi
tate ſcilicet quid ſit tale principiū non eodem modo dicūt. Sed thales qui fuit princeps
illorum qui poſuerūt ſolam cauſam materialem dicit principium omniū eſſe aquam aſſe=
rens terram fundari ſuper aquam. Forſitam autem hoc opinatus eſt quia videbat humi
dū eſſe nutrimentum cunctorum que nutriuntur. ex eodem autem ſunt entia et nutriūtur
Et quia calidum quod ſit in multis entibus fit ex humido et quia videbat animalia ex hu=
mido viuere eo ꝙ ex humido ſunt. quia igitur hoc videtur eſſe principium et prima cauſarū
ex quo fiunt entia hanc accipit extimationē. cuius confirmationem aſſumpſit ex hoc ꝙ ſper
mata omnium que generantur ex his naturaliter ſunt humida. aqua vero eſt naturale prin
cipium humidorum ſunt autem aliqui antiquiores ⁊ priores his qui nunc dicūt omnia ge=
nerari ex aqua putantes idem extimādum de principijs entium occeanum id eſt primā cō
gregationē aquarum et thetim id eſt deam earum fecerūt parentes totius generationis. di
xerunt etiam ꝙ adiuratio et ſacratio fieri debeat per aquā deorum vocatam a poetis aquā
ſtigen: ſacramentum aūt fit per illud quod eſt honorabilius. tale autem eſt quod eſt antiqui
us illud eſt prius et per conſequens principiū. Siquidem igitur alia opinio fuit de p̄n
cipio materiali antiquior iſta incertum eſt. tamen ſecundum predictum modum thales o
pinatus eſt de prima cauſa. Yppone vero non eſt dignum connumerare cum predictis
propter ſui intellectus paruitatem ⁊ modi ineptitudinem q̃muis idem ſenſit cum eis. A
naximenes autem et Diogenes ponūt aerem priorem aqua et maxime eſſe principiū cor=
porum ſimplicium. Yppaſus autem Methapontinus et Eraclitus Epheſius dicūt ig=
nem principium omnium. Empedocles quattuor elementa dicit principaliter ⁊ ea ſem
per manere et nunq̃ corrumpi. ſed congregatis adinuicē ſecundum pluralitatem ex eis fi
eri vnum mixtum et ſegregans. quaſi reductis ad paucitatem dicunt e fieri ex vno mixto.
Anaxagoras vero etate p̄or ſed ſcientia poſterior empedoclis infinita dicit eſſe p̄ncipia=

liter ſcilicet infinitas partes conſimiles cuiuslibet rei per quarum congregatiõem fit generatio et per diſgregationem ipſarum corruptio entium ipſa tamen ſemper manere. Ex his igitur quis intelligeret ſolam cauſam materialem.

## Capitulum ſeptimum quod ſic incipit. procedentibus autem ſic et cetera. Declarat ꝙ euidentia rei coegit antiquos philoſophos ad ponendum cauſam efficientem ſine qua generatio et corruptio eſſe non poteſt coegit etiam ipſos ponere cauſam finalem quas cauſas anaxagoras eſiodorus et permenidem poſuiſſe manifeſtum eſt.

Rocedentibus aũt ad conſideratiõem entiuꝫ euidentia rei facit ſibi viam coegit q̃rere aliquam cauſam preter materialeꝫ dico autem euidentia rei quia ſi corruptio ⁊ generatio eſt ex aliquo vel ex aliquibus ſubiectis: oportet dare cauſam aliaꝫ a ſubiecto que facit huiuſmodi tranſmutationeꝫ. quia ſubiectum non poteſt ſe ipſuꝫ tranſmutare lignum enim aut es non eſt cauſa permutandi ſe ipſuꝫ ad aliquaꝫ formam. non enim facit lectum nec es ſtatuam ſed aliquid aliud eſt cauſa permutationis. quod querere eſt inueſtigare aliud principium et hoc dicimus vnde principium motus. Igitur primi qui dixerunt eſſe vnam cauſaꝫ tantum ſcilicet materialeꝫ ne paterentur difficultatem predictam propter motum vel mutationem: dixerunt omne ens eſſe vnum ⁊ immobile. non ſoluꝫ auferendo generationem et corruptioneꝫ quia hoc antiquum ẽ quod omnes priores confeſſi ſunt: verum etiam auferendo omnem tranſmutationem quod eſt principium ponendi omnia eſſe vnum et imobile, quibus non conuenit intelligere aliam cauſaꝫ preter materialem niſi forte permenides qui in tantuꝫ poſuit aliam cauſaꝫ in quantuꝫ non vnam ſolam ſed duas ponit cauſas entium. Plura vero facientes materialia principia expreſſe tangũt cauſam efficientem. quia vtuntur altero illorum quaſi habente virtutem motiuaꝫ. nam qui calidū et frigidam materias rerum ponunt: calidū dicunt eſſe actiuũ. Similiter qui quattuor elementa ponunt materiaꝫ entium ignem actiuum dicũt et alia paſſiua. Poſt hos aũt alij queſierũt cauſam finalem conſequenter ſe habentem cauſe vnde principium motus et hoc fecerunt coacti ab ipſa veritate. per quam euidens eſt ꝙ principia materialia ⁊ agentia non ſufficiũt generare ea que per naturaꝫ exiſtunt. quedam enim entia comprehẽdunt ſiue attingunt et habent cauſam finaleꝫ que eſt bonum ⁊ complemẽtum ipſoruꝫ quedam vero fiunt per ipſa nichil autem materiale ut ſunt ignis terra ⁊ ſimilia veriſimile eſt eſſe finalem cauſam entium. nec conueniẽs eſt predictos philoſophos hoc exiſtimare. Cauſa etiam vnde principium motus agit fortuito vel a caſu niſi determinate agat propter finem. Cuꝫ igitur non ſit conueniẽs tantam rerum quantã agitur a natura comittere automato id eſt caſui nec fortune: rationabiliter preter materialeꝫ ⁊ agentem queritur cauſa finalis. Anaxagoras autem dicens intellectum eſſe cauſam efficiẽtem non ſoluꝫ in animalibus ſed etiã in naturalibus et in ordine totius vniuerſi excitauit ignorantiam priorum loquẽtiuꝫ preter conuenientiaꝫ de principijs. habuit tamen cauſaꝫ ſue opinionis hermetram daceniuꝫ. Sic igitur opinantes ſimul cum cauſa efficienti ponunt cauſam finalem ex qua ineſt principium motus his que per naturã exiſtunt. ſuſpicabitur autem aliquis heſiodum queſiſſe primaꝫ cauſam predictam vel aliquem alium qui amorem aut deſideriuꝫ poſuit principium entium ut fuit permenides qui tentauit aſſignare de cauſa generatiõis totius vniuerſi amorem deorum omnibus entibus prouidentem. Eſiodus vero dicit chaos fuiſſe principium omnium entium deinde terraꝫ latam poſtmoduꝫ amoreꝫ qui omnia immortalia cõ

docet cetera produxiſſe quaſi neceſſarium ſit in eſſe rebus exiſtentibus cauſam que ipſas moue at et cõgregat. His igitur opinionibus quomodo contingat adhibere fidem. Et quis pri mus opinantium melius ordinauerit poſterius iudicabitur.

## Capitulum. viij. qd ſic icipit. Quoniã vero cõtraria boĩnis ꝛc.

Adiungit opinionibus pdictis cauſam vnde principium motus nõ vnam tantum ſed plures ponendas eſſe et quod imperfecte predicti philoſophi de predictis cauſis loquuti ſunt.

Quoniam in naturalibus rebus non ſolum bonum ꝛ ordinatio eſſe videtur ſed etiam contraria.ſ.malum et inordinatio.in tantum quod plura mala et praua reperiuntur in natura quam bona quare vna ex eis non eſt aſſignanda cauſa cum cõtrariorum cõtrarie ſunt cauſe. Et ideo ſi quis dicat amorem ꝛ litem eſſe entium cauſas:putandum eſt ipſum dixiſſe amorem eſſe cauſam bonorum litem malorum vnde ſi quis accipiat non verba ſed intellectũ empedoclis ex verbis que tanquam balbuciẽs loquutus eſt de predictis inueniet ipſum ſenſiſſe amorem eſſe cauſam agaborum .i.bonorum litem vero malorum. Et ſi quis dixerit empe. poſuiſſe bonum ꝛ malum principaliter:forſitam benediceet.maxime ſi bonorum omnium cau ſa eſt bonum et malorum malum. Iſti enim ſicut diximus tetigerũt duas cauſas entium de quibus in phiſicis determinauimus.ſ.materiam et vnde principium motus tamen obſcure et non manifeſte ſed potius eo modo quo ineruditi in actibus bellicis faciũt.ſicut enim iſti ex ĩſuducti non ex ſcia nec experientia ſed potius caſu aliquãdo faciunt bonos ictus:ita phi pre dicti cauſaliter vſi ſunt aliqualiter cauſis predictis. Anaxogoras aũt artificialiter vtitur in tellectu ad generationem mundi quia quãdo bene dubitat de cauſa neceſſaria eorum que ſi unt in mundo dicit intellectũ prime cauſe eſſe principium ipſorum in alijs autem de quibus non dubitat aliam cauſam aſſignat quam intellectum. Et empedo.plus vtitur cauſis pre dicſs quam anaxogoras non tamen ſufficiẽter ex eis inuenitur productio effectuum manifeſto rum quos dicit fieri ex amore congregãte et lite diſgregãte.in multis enim dictis ipſius in uenitur quod amor non ſolum congregat ſed diſgregat.quia elemẽtorum partes aliquę congre gantur ab eadem virtute a proprijs naturis.cum eadem elemẽta virtute litis diſgregãtur. et admixta eadem virtute congregãtur ad virtutem proprij elemẽti. Empedo.igitur pri mus inter priores phos inducentes cauſam vnde principium motus diuiſit eam in duas tã quam faciẽs diuerſa ꝛ contraria principia mouẽtia.primus etiam dixit quattuor elementa eſſe cauſam materialem quibus non vtitur eis tanquam quattuor ſed potius tanquam duobus eo quod ignẽ dicit eſſe materiam alterius rationis ſcdm ſe a terra aere et aqua quibus vtitur tanquam vna na tura ſicut poteſt ſpeculari ex verſibus. Empedo.igitur ſicut diximus tot et tali modo poſuit.

## Capitulum.ix.qd ſic incipit.leucippus ꝛ collega eius.

Recitat opi nionem leucippi et democriti quantum ad cauſam materialem ꝛ mo dum aſſignandi diuerſitates entium ex ea.

Leucippus et democritus dicũt plenum et inane elemẽta eſſe entium.vtentes pleno tanquam ente ꝛ inani tanquam non ente.ita quod vtrumque dicũt cauſam eſſe materialem entium ꝛ quemadmodum dicẽtes vnam cauſam materialem generãt alia ex paſſio nibus ipſius videlicet ex raro et denſo:ita iſti ex pleno et inanni cum ryſmo ideſt figura et diangi ideſt ordine ꝛ tropi ideſt paſſione tanquam paſſionibus pleni et inannis dicũt oĩa fieri. Differentię omnium predictarum paſſionũ ſcilicet figure ordinis ꝛ paſſionis patẽt exẽplo

differt enim figura .n. a figura an .a. na. autem ordine. z. ab .n. poſitiõe. de cauſa vero vn-
de principium motus quomodo ineſt entibus tam iſti ꝙ alij neglexerunt. de duabus igitur
cauſis ſcilicet materiali et efficienti tantum ab illis eſt queſitum.

## Capitulum .x. quod ſic incipit in his autem et ante hoc etc. Recitat opinionem pictagoricorũ ponentiuz mathamatica eſſe principia reruz nõ omnia ſed numeros ꝛ paſſiones numerorum.

IS autem phis et ante hos pictagorici nutriti mathematicaꝝ predixerũt principia ipſorum cauſas omniuz entium et quoniam numeri materialr̃ ſunt primi inter mathematica: ideo ſunt principia primitiua mathematicoꝝ ꝙ aliorum Et hoc confirmabant dupliciter primo quia in numeris magis reperiebãt ſimilitudines eoꝝ que exiſtũt et eorum q̃ fiunt ꝙ in igne aqua et terra. Quedam enim proportio ſeu paſſio numerorum aſſimilatur iuſtitie quedam vero anime ꝛ intellectui. quedam aũt tempori ꝛ ſic de alijs Secundo quia rationes ꝛ paſſiones armoniaruz atqꝫ proportionũ prius reperiũtur in numeris quibus alia entia aſſimilãtur eo ꝙ conſiſtũt in quadam armonia atqꝫ proportioñe ſuarum partiũ ſicut totum celum et quecũqꝫ entia ſunt in animata in quadaz armonia conſiſtant. cuiuſmodi ſignum pictagorici aſſignauerũt ſeu acceperunt ex perfecti numeri comparatione ad ens perfectum. nam denarius perfectus ẽ cum oĩz numerũ comprehendat. celum autem quod continet viſibilia ꝛ inuiſibilia eſt perfectuz inter entia. Et ideo conſiſtit ex ſpeciebus quarum quattuor ſunt manifeſte duodecim vero ex motu planetarum octo ex motu ſtellaꝝ fixaruz .ix. ex motu diurno .x. vero dicũt ex antigona. id eſt excontra moueri ab an quod eſt contra et tonꝰ. ſed de his ſtrictius alibi determinatum eſt a nobis. Sed cuius gratia ſuperacnimus huic opinioni iſtud eſt. ſ. ut accipiamus que principia iſti ponunt et q̃ principia dicta ab eis cadãt in cauſas predictas. Propter quod ſciendum eſt duas eſſe opiniones pictagoricoꝝ de pͥncipijs quidaz enim ipſoruz putant numeros eſſe quaſi materiam exiſtentiuz paſſiones atqꝫ habitus rerum ita ꝙ vnum ratione pris et imparis quorũ impar eſt ſicut finitum par vero ſicut infinitũ eo ꝙ eius diuiſio non exiſtat niſi perueniat ad imparez et etiam numeri pares per ordinem adiuncti vnitati ſemper reddunt aliam et aliam figuram in infinituz ut dicitur in .iij. phiſicoruz ſunt ex quibus fiunt res. par enim ꝛ impar ſicut vnum numerum faciunt: ita vnum ens ſicut numeri conſurgũt ex vnitate ita poſuerunt eſſe principia entium per quod ſicut dictum eſt totum celum vnum numerum eſſe dicunt.

Eorundem autem pictagoricorum alij dicũt principia eſſe .x. ordinata ſecũdum quamdaz combinationez poſitiue ꝛ priuatiue ita ꝙ primum eſt finitum et infinituz .ij. impar et par .iij. vnum plura .iiij. dextrum ſiniſtrum .v. maſculus femina .vj. quies motꝰ .vij. rectum et curuum .viij. lux tenebra .ix. bonum malum .x. quadrangulus ꝛ longius altera parte. cui opinioni conſenſit almeon troctantis ita ꝙ ab iſtis hanc opinionẽ accepit vel iſti ab eo. fuit enim contemporaneus pictagore exiſtenti iam ſeni. dicens autem conſimiliter iſtis de principijs in hoc differt ab eis quia multa animata ait eſſe ex duobus. ſ. ſenſibili et inſenſibili. tamen poſuit non determinatas contrarietates et incerto numero ſed quaſcũqꝫ et indeterminate eſſe principia reruz. pictagorici vero enumerauerũt q̃ et quot contrarietates ſunt principia.

Ab his autem duobus licet poſſumus accipere ꝙ principia ſunt cõtraria tamen non eſt plane determinatum ab eis qualiter reducãtur ad predictas cauſas. Videntur ipſa reducere ad cauſam materialem eo ꝙ dicũt ſubſtantiam entiuz conſtitui ꝛ plaſmari ex ipſis tanꝙ ex eis que inſunt quod eſt proprium materialis principij. Antiquorum igitur dicentium plura eſſe principia elemẽta nature ex his poſſumus ſpeculari intellectum.

Capitulum .ij. qd̓ ſic incipit ſunt autem aliqui ⁊c̄. Recitat opinionem quorūdam loquētium de toto ente tanq̄ȝ de vna ſingulari natura oſtendens quantum pertineat ad propoſituȝ de cauſis opinio ipſoruȝ ⁊ recolligēs ſumatim opiniones ſuperiꝰ poſitas.

Sunt aūt aliqui qui de toto ente loquūtur tanq̄ȝ de vna natura ſingulari licet non eodem modo nec eam bene nec etiam ſicut contingit. nec loquūtur de principali quia auferūt moduȝ q includitur in diffiniōe nature. Ad preſenteȝ igitur ſpeculationem q̄ eſt de cauſis non eſt ita cōueniēs eorum ſermo ſicut ſermo quorūdam dicētium ens eſſe vnum. generāt n̄ multa alia ex illo vno quia iſti ſaluāt motum illi vero dicunt eſſe ens eſſe immobile cōuenit principali ſpeculatiō. eoruȝ opinio in quantuȝ de cauſis faciūt mentionem. Nam permenides qui fuit vnus illoꝝ aliqualiter tanq̄ȝ omnia eſſe vnuȝ ꝑ formaȝ. Meliſus aūt omnia eſſe vnum ꝑ materiaȝ ⁊ quia forme cōuenit finitas: ideo permenides dixit ens eſſe finitum. quia vero materie cōuenit infinitas: ideo meliſus dixit ens eſſe infinitum. Zenephōes vero prior iſtis cuius permenides fuit diſcipulus dicens omnia eſſe vnum nichil plane locutus eſt de materia vel forma: ſed reſpiciēs ad celuȝ tanq̄ȝ ad totum ens dixit ipſum eſſe vnum ſecundum deum. Hi igitur p̄ter mittendi ſunt ſpecialiter zenophoēs et meliſus quia equaliter agreſtiores id eſt nimis rudes fuerunt. Permenides autem magis videtur ſcd̓m rationem loqui quia q̄uis dicat omne quod eſt preter ens eſſe non ens et nichil ſicut diximus in phiſicis tamen coactus ſequi apparentia et reddere rationem ipſorum quelibet ſcd̓m rationem vnum ſūt tamen ſecundum cognitioneȝ ſenſituā plura ſunt duas cauſas ⁊ firmamētum terre quam dicit non eſſe ens. Ex dictis igitur p̄dictorum ſapiētum qui conſenſerūt rationi accepimus quedam principia ꝙ a quibuſdam p̄mis accepimus principium materiale eſſe corporeuȝ. quorum quidaȝ vnum. quidam vero plura materialia principia dicūt a quibuſdam cum materiali cauſa accepimus illam vnde principiuȝ motus ⁊ hāc ab aliquibus ipſoꝝ vnam ab aliquibus vero duas. Itaqȝ uſqȝ ad ytalicos omnes mediocriter dixerūt de cauſis predictis. Ipſi tamen ytalici ſicut diximus ſic vſi ſunt duabus cauſis ꝙ aliqui eorum cauſaȝ mouētem dicūt duplicem eſſe. Pictagorici vero duo principia dicētes tm̄ addunt ꝙ finituȝ ⁊ infinitum q̄ conſtituunt numero dicūt eſſe cauſam materialeȝ entium. De eo vero quod quid eſt .i. de cauſa formali valde ſimpliciter tractauerūt ſuperficialiter diffinientes ideo quod cui primo adaptabat aliquod diffinibile illud erat terminus ⁊ diffinitio eius. v.g. ſi duabus adaptetur duplicitas hoc erit quod duitas ⁊ diffinitio eius ſed fortaſſe non idem eſt eſſe duplo ⁊ duplicitati propter quod ſicut diffinientibus contingit dicere vnum eſſe multa et hoc accidit philoſophis predictis. a prioribus itaqȝ tot et talia accepimus.

Capitulum. xij. qd̓ ſic incipit. poſt dictas vero philoſophias et cetera. Recitat opinioneȝ platonis quantuȝ ad naturā entium ⁊ poſitionē principiorū oſtendēs i quo comuniceat ⁊ i quo differt a pictagoricis ⁊ in quo genere cauſe poſuerit principaliter.

Post dictas vero phias platonis ſuperuenit ſeq̄ns pictagoricos i multis aliq̄ tn̄ ꝓpria p̄ter ipſoꝝ doctrinas tāgēs cōſentiēdo cratilo ⁊ eraclito dicētibus oīa ſēſibilia eſſe i cōtinuo fluxu nec de ipſis poſſe ſciaȝ exiſtere. Cōſētiēdo āt ſocrati circa moralia itēdēti ⁊ nichil determināti d natura ſȝ ſeq̄nti aliqd̄ vl'e i naturalibꝫ atqȝ firmāti p̄mo itellectū ee diffiōnes ita ſuſcepit vl'e ꝓpter rōeȝ diffiniēdi qȝ putauit ipoſſibile aſſignare tōȝ coēȝ ⁊ diffinitiaȝ

de aliquo ſenſibilium que continue tranſmutantur ſic itaqꝫ plato poſuit quedaꝫ vniuerſalia que vocauit ydeas et ſpecies entium ex quibꝰ et ſecundum ſe omnia ſenſibilia dicũtur et ſecundum illorum participationẽ inferiora vni voce habent naturaꝫ. ddõ autem participationem tranſmutauit nomen loco mutatiõis poſſuit participaciõem. Utriqꝫ tamen õmiſerũt querere an ſit hec imitatio ſeu participatio. Amplius autem plato poſſuit res mathematicas inter medias ydearum ⁊ ſenſibiliuꝫ tanꝗ differentes ab eis. a ſenſibilibus quidem differũt quia ſempiterna ſunt et immobilia ab ydeis aũt quia multe res mathematice ſunt ſub vna ſpecie. ydea vero vnius ſpeciei vnica eſt. Quoniam autem ydee ſiue ſpẽs ſunt cauſe entium: ideo platonici putauerũt principia ydeaꝶ eſſe principia formalia entiũ. magnum vero et paruum eſſe principia materialia itaqꝫ ſubſtantia rerum formaliter erat ex participatione ydee tanꝗ vnius participabilis a pluribus. vnum enim qđ eſt principium numeri plato dixit eſſe ſubſtantiã cuiuslibet entis itaqꝫ non aliud eſt in aliqua re vnum et aliud ens ſed potius idem eſt ens et vnum. Ex parte etiam cauſe materialis ponit plato ſicut pictagorici aliqueꝫ numeruꝫ ſcilicet dualitateꝫ. Differt autem ab eis dupliciter primo quia ex parte materie quaꝫ diuiſit in duo videlicet in magnuꝫ et paruum poſſuit infinitatem ⁊ hoc fuit propriuꝫ eius. pictagorici ex parte materie ponũt finituꝫ et infinitum ſecundo differt ab eis quia numeros ſiue ydeas dicit eſſe aliquod ſeparatum a ſenſibilibus et res mathematicas medias dicit ydearum ⁊ ſenſibiliuꝫ. pictagorici dicunt numeros eſſe res ipſas et mathematica intermedia non ponũt. ratio vero propter quaꝫ plato non poſuit ydeas ſiue numeros tãꝗ cauſas formales ſeparatos a rebus fuit peſcrutatio diffinitionũ quia diffinitio conuenit rei propter formaꝫ et quidditateꝫ pertinutabilem ſicut dialectica quam priores ignorauerũt et ideo de diffinitionibus non curauerũt. Dualitatem vero poſuit ex parte materie eo ꝙ omnes res ſenſibiles ex ea generãtur. omnes enim numeri ideſt omnes res numerate extra primos ideſt propter ydeas generanť ex aliquo materiali ⁊ ex ydea tanꝗ ex aliquo emagio ideſt tanꝗ ex aliquo exemplari. Uidetur autem econtrario dicendum videmus enim ex eadem materia multa fieri diuerſificata forma plato autem ex eadẽ forma dicit multa fieri diuerſificata materia exemplificãs dictum ſuum ex habitudine quaꝫ habet agens tanꝗ forma adaptans tanꝗ materia verbi gratia maſculo ad feminam. nam maſculus multas implet. femina a multis vero non impletur tanꝗ ſi cauſa formalis et efficiens ſit vna materialis vero plurificetur igiť ſic dixit de cauſis palaꝫ antez eſt quia plato ſolum duabus cauſis eſt vſus ſcilicet formali a qua accipitur quidditas rei quaꝫ vocauit ſpẽm cui attribuitur vnitateꝫ et materiali tanꝗ ſubiecta formis reperitur in ſenſibilibꝰ itaꝗ ex parte formalis cauſe quaꝫ vocauit ydeam poſuit vnitatem in qualibet natura ſpecifica ex parte vero materie dualitateꝫ quaꝫ dixit magnum et paruuꝫ propter majorem et minoreꝫ diſpoſitionem materie. Amplius bene et male ideſt finalem cauſam poſuit in entibus dicens ꝙ bona materie diſpoſitio materie ẽ cauſa ipſius bene et praua ipſius male de qua tamen finali cauſa quia priores philoſophoruꝫ ſicut empedocles et anaxagoras quemadmodum ſuperius diximus magis inueſtigauerunt.

## Capitulum decimum tertium quod ſic incipit. breuiter igitur ⁊ capitulariter et cetera. Colligit ſummatim opiniones antiquoruꝫ oſtendens ꝙ non poſſuerunt plures cauſas ꝗꝫ quattuor de quibus dictum eſt in phiſicis nec tamen de finali cauſa proprie ſunt loquuti.

Rebiter igitur pertranſiuimus qui philoſophi et quomodo ipſi locuti ſunt de principijs a quibus tamen habemus ꝙ non ſunt plures nec alie cauſe ꝙ̄ iſte que a nobis in phiſicis determinate ſunt ijdem philoſophi debiliter tetigiſſe videntur.

Et enim quidā ipſorum principium rerum dicūt aliquid velud materiaꝫ ſiue vnam ſiue plures ſiue corpoream ut Empedo. quattuor elemēta. Anaxa. partes ſimiles et quicunqꝫ alij aliqđ elemētorū vel medium ipſorum dicūt eſſe principiuꝫ rerum: ſiue incorpoream ut plato magnum et paruuꝫ et pictagorici numeros. alij vero cauſam vnde principiuꝫ motus apponūt ſicut q amicitiā litem amorem vel intellectuꝫ dicūt eſſe principium. Quod aūt q̄d erat eſſe. i. cauſaꝫ formalem a qua ē principalr̄ ſubſtātia rei nullus plane aſſignauit. ꝙ̄uis e a in meli9 tangāt platonici qui ponunt ſpēm et ydeam eſſe cauſam rerum. non enim exiſtimant ydeam eſſe cauſam materialē cum det eſſe ſpecificū in cauſaꝫ vnde principiū motus quia magis ex ipſa prouenit imobilitas rei et eſſe inquiete ꝙ̄ motui eo ꝙ ydea largitur vtriqꝫ rei quiditatē q̄ conſiſtit magis in facto eſſe ꝙ̄ in fieri. Ydearum autem vnaq̄qꝫ conſiſtit in vnitate. cuius vero cauſa eſt actus tranſmutationis et motus. i. cauſam finalem aliquomodo tetigerūt antiqui aliquomodo nō. quia non dixerūt de ea ꝑ ꝙ nata eſt eſſe cauſaꝫ dicentes enim intellectum aut amicitiam cauſam eſſe tanꝙ̄ quoddam bonuꝫ non eſtimāt hoc bonum eſſe cauſam finaleꝫ cuius gracia alia fiūt. ſed potius cauſaꝫ efficientē a qua fit principium motus in alijs ſimiliter dicens ydeam a qua eſt vnitas et entitas rei eſſe bonum ipſius dicunt eam eſſe cauſam ſubſtātialē et non finalem cuius gr̄a fiunt res. quare accidit eis dicere et non dicere bonum eſſe cauſaꝫ finalē. Quod quidem igitur recte determinatuꝫ ſit a nobis de cauſis que et quot ſunt omnes teſtimoniū ſunt omnes priores valentes tāgere aliam cauſam preter quattuor quia tamen querēda ſunt principia in hac doctrina ut cognoſcamus de ipſis vel omnibus vel aliquibus ipſoruꝫ ꝑtranſeūdo quid vnuſquiſqꝫ predictorum philoſophorum dixerit tangamus dubitabilia circa eorum dicta.

## Capitulum decimum quartum quod ſic incipit quecūqꝫ quidem igitur et c̄. Improbat opinionem ponētium vnum principium materiale tantum et hoc eſſe corporeum.

Uicunqꝫ quidem dicunt omnia eſſe vnam quandaꝫ naturaꝫ et hanc ponunt ut materiam entium corpoream et habentem magnitudineꝫ multipliciter delinquunt.

Primo quia exiſtentibus quibuſdam incorporeis infra eius non aſſignant elemēta ipſorum ſed tm̄ elemēta corporuꝫ. ij. de gn̄one ⁊ corruptione cognātes reddere cauſā ⁊ tractantes naturalr̄ de oībus entib9 auferūt cauſaꝫ mot9 cum tñ natura ſit principiū mot9 Tertio peccāt q2 nullius rei aſſignāt cauſaꝫ formalē a qua tū tota ſbā rei depēdet. Quarto q2 q̄daꝫ facilitate dicūt q̄libet ſimpliciū corporuꝫ excepta terra eſſe principiū entiuꝫ. nec cōſiderāt ꝙ vtrūqꝫ ipſoꝝ ex alio generat̄. dico aūt ſimplicia corpora ignem aquam terrā et aerem quoꝝ aliqua fiūt ex alijs congregatione ſiue condēpſatiōe vt aer ex igne condempſato et aqua ex aere. ⁊ terra ex aqua. e conuerſo diſgregatione fit aqua ex terra. aer ex aqua. ignis ex aere. quia itaqꝫ ex inuicem fiunt condempſatione et rarefactiōe aut equaliter omnia debent componi principia aut nullum ipſorum. Amplius multuꝫ differt quomodo hec ponunt̄ principia ſecundū prius et poſterius. quia que priora ſūt q̄ntum ad fieri poſteriora ſunt q̄ntuꝫ ad naturam et econuerſo q̄ntum autem ad fieri aliqualiter videt̄ habere prior9 rationē elemēti illud ex quo primuꝫ fit per condempſationes ipſius. tale autē principaliter eſt

quod minimuz illarum partium et ſubtiliſſimuz eſt corporeum: vt ignis et ideo quo ad fieri ignis videtur eſſe primuz elemẽtum omnium. vnde quicũqz ponunt ignem principiũ ma xime concordãt huic rõni. Nullz etiaz qui opinatus eſt vnuz corpus eſſe elementuz omi nium confeſſus eſt ipſum eſſe tale .ſ. ſubtile ex cuius condempſatione alia fiant. et ideo nul lus ipſoruz poſuit ſolam teraz eſſe elemẽtum propter magnitudinez ſuarũ partiũ. Nõ libet aũt trium elemẽtorum accepit quẽdaz iudicem .i. ab aliquo iudicatum eſt ipſuz eſſe ele mentuz omniuz. ſed quare nullus philoſophus poſuit terrã elemẽtuz cum multi homines dicãt omnia fieri ex terra. et eſiodus dicat terrã factam eſſe primaz inter corpora. ita ꝙ hec opinio antiqua et popularis eſſe videt̃. ſi enim ſcḋm hanc rationẽ qua dictum eſt illud debe re eſſe elemẽtum quod eſt ſubtiliſſimuz corporum debet aliquod poni elemẽtum: nullus re cte opinatur niſi qui ponit ignem principium omnium cum ſolus ſit ſubtiliſſimus inter cor porea. Si vero illud eſt prius natura et perfectiõe quod eſt poſterius generatione cum dig geſtum ⁊ contrictum ſeu dempſum poſterius ſit generatione. vt dicitur .iiij. methaphe: ta le .ſ. ſpiſſum magis erit principium tanꝙ prius naturaliter ꝙ ſubtile ita ꝙ aqua prior erit ꝑ naturam aere cum ſit dempſior et eadem ratione terra prior erit ꝙ aqua. Deponentib9 igitur vnam cauſam materialem hec dicta ſunt.

## Capitulum decimum quintum quod ſic incipit Idem aũt et ſi quis plura ponit et c̃. Improbat opiniões ponentium plura prin cipia materialia ſpecialiter empedoclis deinde anaxagore ponẽ ti plura materilia principia.

Quemadmodũ empe. dicit .iiij. elemẽta eſſe: Accidũt incõueniẽtia nũc dicta et que dam alia propã ei9 dictis contraria q̃ſunt hec q̃ eni ex inuicẽ generãtur non pñt eſſe principia cum ſint corruptibilia pricipia ãt oportet manere ſemp ⁊ qꝛ elemẽta dicũ tur generari ex inuicẽ ita ꝙ non ſemp manet ignis nec t̃rra idem corpus: iõ non pñt eſſe pn cipia prima. dictũ eſt aũt hoc in phicis. Preterea de cauſa mouẽte vtruz vna aut plures ſint non ẽ recte nec rationabilr̃ dictũ ab ipo. Preterea ſic dicẽtes totalr̃ auferũt alteratiões ita ꝙ nec calidum ex frigido nec ecõuerſo. Alteratio eni reqrit vnuz ſbm qd poſſit ſaluari ſub duobus cõtrarijs ſucceſſiue. empe. non ponit aliq̃m vnã naturã coẽm igni ⁊ aq̃ et alijs elemẽtis q̃ natura manẽs eadez ſuſcipit cõtrarias q̃litates ⁊ non põt ſaluari aliq̃ alteratio in rebus. Anaxa. põ duo principia .ſ. vnuz vñ pncipiuz mot9 vocãs ipm intellectũ ⁊ aliud partes ſimiles tanꝙ materiã rerũ magis vꝫ loqui ꝑ rõnem ꝙuis non dearticulauit .i. deter minauit clare de ipis ſꝫ ſecut9 ẽ dicẽs has cauſas tales eſſe ex neceſſitate nature. Pre terea abſurdũ ẽ dicere oĩa fuiſſe pmixta a pncipio rerũ ⁊ nullum fuiſſe diſtinctũ. Prete rea neceſſe eſt impermixta exiſtere ex quibus fiat mixtio eo ꝙ mixtio prius fuit ex non mix tis ꝙ eo. Preterea non poteſt eſſe verum omnia fuiſſe permixta in quodam eſſe confuſ ſo quia nõ ẽ aptum natuz quodlꝫ miſceri cuilibet ſicut ſonus nõ eſt aptus miſceri anime. Preterea quecũqz poſſunt adinuicem permiſceri poſſunt abinuicẽ ſeparari eo ꝙ eorũ oẽꝫ eſt mixtio ⁊ ſepatio ſed non omnia poſſunt ſeparari abinuicẽ ſicut paſſiões et accidentia nõ poſſunt ſeparari a ſubſtantia ideo non poſſunt eidem admiſceri tamen ſi quis determinate proſequitur intentionez anaxagore ⁊ incipiat quid vult dicere forſam apparebit rationabi liter loquẽs quãndo enim nullum erat actu diſcretum. manifeſtum eſt ꝙ tunc non poterat predicari aliquid actualiter de illo ſubiecto in quo nichil erat diſtinctum non enim poterat dici albuz vel nigrũ vel alio colore coloratũ quia nulluz habebat colorẽ actu diſtinctum ſi e ni verificari potuiſſet de illo ſbo quod eſſet coloratũ aliquo colore: huiſſet aliq̃m colorẽ actu

diſtinctū. Similiter nec poterat dici ſapiduꝫ aliquo ſapore uel diſpoſituꝫ aliquo accidēte
propter eandem rationem. nec etiam poterat dici diſticte eſſe quid. i. ſubſtātia nec quale nꝫ
quantuꝫ quia propter mixtionem confuſſam nichil erat in eo diſtrictum. dicit eniꝫ anax. oīa
fuiſſe permixta preter intellectum quē ſolum oſtēdit fuiſſe impmixtum et purum. Ex his
aūt accidit ipſiꝫ dicere duo principia quorū vnum ſimpliciter impmixtum dicit ſcilicet intel
lectum alterū autem quidem indeterminatum quale nos putamus materiaꝫ ante ꝙ deter
minetur per participatiōem forme et ꝙuis ipſe nec plane nec recte hoc dicat: videtur tamē
velle dicere aliquid ſimile dicto poſterioꝝ qui nūc materiale principiū ponūt de ſe indiſtictū
verum hoc dictum ſoluꝫ propriuꝫ eſt eoꝝ qui de gñone et corruptione et motu cauſas queſi
erunt quia iſti tm̄ querunt ꝑncipia et cauſas ſbe generabilis et corruptibilis ac mobilis.

## Capitulum. xvj. qđ ſic incipit. quicūqꝫ ergo de omnib⁹ exiſten tib⁹ et c̄. Improbat opinioneꝫ pictagoricoꝝ oſtendit primo ꝙ ꝑ tinet ad methaphiſicuꝫ perſcrutari de ea. ij. in quo conueniet in quo differat ab opinione materialiū. iij. inſufficiētiaꝫ ipſius decla rat primo itaqꝫ oſtendit ꝙ pertinet ad methaphiſicum conſidera re opinionem pictagoricorum dicens.

Quicumqꝫ de omnibus entibus tam ſenſibilibus ꝙ inſenſibilibus ꝑſcrutantur ſicut
pictagorici qui ponunt quedam eſſe ſenſibilia. quedam inſenſibilia aliquo modo de
omnibus faciunt theoricam ideſt de toto ente conſiderāt. propter ꝙ methaphiſicus
cuius perſcrutatio verſatur circa omnes magis circa eorum opinionem immorabitur ut co
gnoſcat quid bene et quid non bene dicāt ꝙ circa opiniones illorum qui non loquūtur niſi
de ente ſenſibili. Tertio oſtēdit in quo pictagoricorum opinio differat et in quo conueni
at cum his qui naturaliter locuti ſunt dicens. pictagorici qui vſi ſunt principijs entis extra
nee a phiologis ideſt aliter ꝙ naturales. cuius cauſa eſt quia acceperit principia ſenſibiliū
non eſſe ſenſibilia ſed inſenſibilia quia numeros dicūt eſſe principia qui ſunt de genere ma
thematicorum mathematica auteꝫ omnia preter ea que pertinent ad aſtrologiam ſunt ſine
motu ſenſibilia vero omnia videnť eſſe cum motu et ideo naturales poſuerūt principaliter
ſenſibiliū eſſe aliqua que non ſunt ſine motu. In hoc conueniūt aliquo modo pictagori
ci cum naturalibus ꝙ diſputant et tractant de omnibus naturalibus ſicut et naturales ſim
pliciter generāt celum ideſt dicunt celuꝫ genitum obſeruāt etiam accidentia paſſiones et o
perationes circa partes celi et aſſignant cauſas ipſorum quaſi conſētientes naturalibus in
hoc quod dicūt ens eſſe aliquod ſenſibile et ſub iſto comprehendi celuꝫ. cauſas vero et prin
cipia huius entis dicūt ſufficientia eſſe non ſolum ad cauſandū inferiora ſed etiam ſupiora ⁊
magis conuenientia ꝙ ſint rationes cauſarum quas ponūt naturaliter loquentes de prin
cipijs entis. Tertio declarat inſuffitientiā opinionis ſupradicte dicēs ex quo tamen mo
do motus inerit rebus ex ſola ſuppoſitione paris tanꝙ infiniti et imparis tanꝙ finiti aut
quomodo eſt poſſibile ſaluari generationem et corruptionem ſine motu aut quomodo fiūt
operationes ex motu corporum celeſtium non dicunt. Amplius autem inſufficiens eſt
opinio eorum ponens numeros eſſe principia quia nō poteſt eis aſſignari cauſa de natura
corporum naturalium. nam ſiue quis concedat his corpora habentia magnitudinem poſſe
fieri ex numeris ſiue ipſi hoc ꝓbent non tamē poterit reddi cauſa quare quedam corpora ſūt le

uia et quedam grauia eo ꝙ principia que ſupponunt nullum aſſignat magis proprium corporibus mathematicis ꝙ̄ ſenſibilibus nec econuerſo vnde ipſi nichil dixerunt de igne terra et alijs elemētis hñtibus proprias differētias ſic nichil exiſtimo eos dicere proprium de ſenſibilibus. Amplius quomodo contigit numerum ⁊ eius paſſiones eſſe cauſas eoꝝ q̄ exiſtunt circa celū et circa terrā q̄ ſunt loca diuerſa ⁊ etiam eorum q̄ facta ſūt ab initio et q̄ nūc fiunt et q̄ ſūt tp̄ora diuerſa. dicūt enim eundem ⁊ non aliuꝫ eſſe numerū ex quo totus mundus conſiſtit qđ videtur impoſſibile qꝛ ab ip̄o non pōt cauſari diuerſitas tanta entiuꝫ quantam videmus in locis diuerſis. Nam in hac pte mundi eſt opinio .i. incertitudo et tp̄us .i. ſucceſſio et iniuſticia .i. inequalitas ⁊ diſcretio aut mixtio .i. q̄dam entiuꝫ multitudo pmixta ſeu confuſa quoꝝ omnium parū ē deſuper aut ſubtus .i. in locis ſupioribus aut inferioribus. Cuiꝰ diuerſitatis demr̄atio non pōt aſſignari dicēdo ꝙ vnūquodqꝫ iſtoꝝ eſt numerus. Preterea accidit numero ī hoc loco inferiori eſſe pluralitatē multitudinū factaꝝ quaꝝ paſſiones diūſificātur ꝑ diuerſitatem locoꝝ et ideo mirū eſt ſi idem numerus ē in celo et in terra qui ſit cauſa vniuſcuiuſqꝫ entis ⁊ non ſit alius numerus preter vnū ut dicūt pictagorici. plato namqꝫ qui extimauit numeros eſſe cauſas rerū aliuꝫ dixit numeruꝫ in ſupioribus qꝛ intellectuales numeros cauſas dicit celeſtiū ſenſibiles vero cauſas ſenſibiliū. De pictagoricis ḡ nūc dimittatur ⁊ ſufficiat quod dictum eſt.

## Capituluꝫ .xvij. qđ ſic incipit. qui vero ydeas poſuerūt. Improbat opinionē platonis ponētis ydeas eſſe cauſas reruꝫ oſtendēs primo inſufficientiā poſitionis ipiꝰ. ij. inconueniētiā que ſequentur ad ipſum. iij. ad inutilitatē ydeaꝝ ſeparataꝝ inſufficientiā poſitionis platonis dicens.

Qui vero ydeas poſuerūt primo quidem querentes aſſignare cauſas ſenſibilium attulerūt quedam alia ſeparata equalia numero ſenſibilibꝰ. Et quidem tale eſt incōueniēs quale eſſet ſi quis vellet numerare ⁊ numerat ea per plura vel equalia ipſius putando ꝙ per pautiora non poſſit aſſignare numerum eorum. hoc enim modo platonici q̄rentes cauſas ſenſibiliuꝫ aſſignauerūt fere tot uel non pautiores ſpecies quot ſunt nature ſenſibiles in quorum noticiam conati ſunt deuenire mediantibꝰ ſpeciebus. putauerunt enim ꝙ in quibuſlꝫ ſunt aliqua plura vnius nature eis reſpondet aliquid omnino vnuꝫ .i. aliquid vnius rationis ita ꝙ tam ſubſtātiaꝝ ſenſibiliū vnius rationis ꝙ̄ ſempiternarum eſt vnum in multis .i. vna ydea ſeparata a multis. Amplius auteꝫ ſecundum nulluꝫ modorum ꝑ quos dicūt ydeas eſſe videt̄ vera eſſe poſitio ydearum ponunt enim ydeas ut poſſit fieri diffinitio et ratio ſilogiſtica de entibus. Cum igit̄ ex particularibus nō poſſit fieri ſillogiſmꝰ non eſt poſſibile ex ydeis quas dicūt eſſe q̄dam particularia fieri rationē ſillogiſticam. Preterea non ſolum ydee erunt ſubſtātiarum ſicut ipſi putāt ſed etiam accidētiuꝫ et omnium horum poſſūt eſſe ydee quorum ſunt ſcientie ⁊ ſcientie pōſunt eſſe non ſolum ſubſtātiarum verum ⁊ accidentium in quibus poteſt reperiri vnum abſtractum a multis et etiam negationū quaꝝ eſt neceſſaria cauſa. Preterea non ē veruꝫ illud qđ dicitur de intelligentia vꝫ ꝙ non contigit intelligere aliquid niſi ſit incorruptibile qꝛ fantaſma cū ſit aliquid corruptibiliū ē tñ intelligibile. intellectus enī ſic ſe hꝫ ad fātaſma ſicut ſenſꝰ ad ſēſibilia.

Secūdo incōueniētia poſitiōis oſtēdit dicēs. Quo certiſſime rōnes quoꝝdā platonicoꝝ ponunt ydeas eē iter ea q̄ ſūt reſpectiua nō hñt aliqđ genꝰ ꝑ ſe abſolutū. Alij ūo ipoꝝ pter prticu

larem volem et intentionē comunem hominis q̄ predicatur de particularibus dicūt eſſe hominē ſeparatū tanq̄ tertiuȝ a p̄dictis et omnino ponentes ydeas aufferūt diffiō nes propter quas dicunt ydeas eſſe quia cum ponāt ydeam eſſe aliquid ꝑticulare ſicut et ea quorum ſunt ydee ꝑticularia ſunt in quibus dicunt vniuerſale eſſe ⁊ ideo dicūt nichil eſſe diffinibile cum ſingulare non diffiniatur. Preterea accidit dualitatē quam ponūt ex parte materialis principij ſcilicet magnum et ꝑuum non eſſe ꝑma in ratione principij ſȝ potius numerū q̄m dicūt eſſe ydeas q̄ ſunt priores magno et paruo ita q̄ aliquis numerus ſcilicet ydealis prior erit dualitate. Preterea accidit eis dicere qđ eſt per ſe et abſolutum .ſ. ſubſtātiam eſſe ad aliquid relatum q: ydea ſubſtātie eſt abſoluta cum ſit ſubſtātia et tn̄ eſt rellata cum ſit ꝑticipata. multa etiam oppoſita veritate principioꝝ ſequent̄ opinionees loquentium de ydeys. Preterea ſcđm coruȝ dicta non ſolum ſubſtātiaꝝ ſed etiam multoꝝ alioꝝ ſunt ydee dicūt enim omnium illorum eſſe ydeas quorūcūqȝ poteſt eſſe vnus ⁊ conceptus communis et etiam quorum poſunt eſſe ſcīe que ambo non ſolum ſubſtātiaꝝ ſȝ ettiam accidētium eſſe poſunt. Accidūt autem eis multa talia incōuenietia. neceſariū eſt enim ſcđm coruȝ opinionem ydeas eſſe non accidētium ſed tantum ſbārum quia ſecūdum eos non participātur per accidēs ſed per ſe ab his quoꝝ ſunt ydee de quibus etiam p̄dicatur per ſe ⁊ non ſcđm accidēs de ſubieto ydea āt accidētis ſi ponatur participabil̄ non per ſe ſed per accidēs ut ſi aliquis participat ydeam dupli cui accidit eſſe ſempiternā: participabit etiam ydeam ſempiterni quia accidit duplo ſempiternū eſſe: ſoli9 igit̄ ſubſtātcie erit ydea. Preterea hee ſubſtācie q̄ ſunt hic et ſuſtācie q̄ ſunt in ydeis ſbām aſſignant et ſi eiuſdem rationis ſūt. poterit ab eis abſtrahi aliquid comune ita q̄ et ydearum et ꝑticulariū quoꝝ ſunt ydee erit quedam alia ydea. nec poteſt dici hoc non eſſe propter hōc q̄ ſubſtācia particulariū eſt corruptibilis et ſubſtācia ydeaꝝ incorruptibilis q: ſi dualitatib9 corruptibilibus eſt vna ydea cum dualitatibus ſempiternis eō q̄ ſūt eiuſdem rationis ſbāꝝ corruptibilium et in corruptibilium ſbē ſcilicet yde particularium quaꝝ eſt ydea cum ſint eiuſdem rōnis erit alia ydea communis. Si vero non ē eiuſdem ratiōis ſubſtātia in his quoꝝ eſt ydea et ipſius ydee: equiuoce dicētur ſbā de eis cum non ſit aliquid reale comune ipſoꝝ. v̄. g. ſi quis dcat caliam et lignum eſſe hominem. Tercio inutilitatem ydearum oſtēdit q̄ triplex eſt ꝑima q̄ dio dubitabit aliquis q̄ ſunt vtiles ydee reb9 ſempiternis et etiam corruptibilib9 cum non ſint cauſa motus qui poteſt reperiri in ſempiternis nec ſint cauſa tranſmutatiōis q̄ eſt in rebus coruptibilibus. Secunda inutilitas ydearum eſt q: nichil auxiliātur ad ſcīaȝ illoꝝ quoꝝ ſunt ydee q: vnumqđqȝ ſcitur per aliquid ſibi ſimile ydea āt cum non ſit in his quoꝝ ſunt ydee ſed potius ſeparate ab eis non ſunt eorum ſubſtātia. Tertia inutilitas eſt quia non conferunt ad eſſe rerum cum non inſint ſcđm rem participātibus eas illud āt qđ conſert eſſe alicui debet ineſſe ſicut albedo debet ineſſe rei q̄ per eius participatiōeȝ eſt alba. ratio autē ponens ydeas eſſe per participationē ualde mobilis eſt. i. faciliter improbabilis q̄ anax. prius eudoxus et alij poſterius dixerūt cōtra quē facile eſt colligere multa impoſſibilia. nec ex ydeis poſunt alia eſſe ſecumdum illum modum q conſueuerūt a platonicis aſſignari.

## Capitulum. xviij. quod ſic incipit dicere vero exempla eſſe ⁊c̄. Improbat. vj. rationibus opinionē platonis dicentis ydeas eſſe quedam exempla.

Dicere ydeas eſſe quedam exempla ad quaſdam formas quib9 inferiora participant vaniloquium eſt et ſimile methaphoricis poeticis. illud nim quod fieri poteſt per agens abſqȝ aliquo exēplo non ē neceſſe fieri preſupoſit aliquo exēplo naturali aūt talia ſunt. quia nullum agens naturale agit reſpiciēdo ad ydeas. cōtingit enim eſſe

et fieri aliquid ſimile agenti abſqꝫ exemplari quare ꝛ exiſtente et non exiſtente ſocrate ſeparato tanꝗ quodaꝫ exemplo fieri poteſt aliquis talis qualis eſt ſocrates. Preterea ſi quelibet res fit ad propriuꝫ exemplar ſocrates qui fit preſupponeret ſocratem ſempiternuꝫ tanꝗ propriuꝫ exemplar. et quia ipſe fit homo bipes ꝛ animal preſupponeret exemplar hominis qꝺ eſt anthoatropos ꝛ exēplar bipidis et animalis ita ꝙ eiuſdem rei erunt exemplaria plura. Preterea ydee erunt exemplaria ſenſibilium ꝙ ipſarum erit aliquod exemplar. ſ. genus ita enim pticipant ſpecies genus ſicut ſenſibilia ſpēm. ꝛ ideo ſi ſpēs participata eſt exēplar ꝛ ymago exemplar quideꝫ ſenſibilium et ymago generis ymago, aūt eſt quid productum qꝺ plato non conceſſit de ydeis. Preterea impoſſibile eſt ſubſtātiaꝫ ſeparatam eſſe ab eo cuius ē ſubſtātia et ideo ſi ydee ſubſtātie ſunt non poſſunt eſſe exempla ſeparata a rebus. Preterea in phedone dicit plato ydeas eſſe cauſas rerum quātum ad eſſe et fieri quod non videtur. verum quia ydeis exiſtentibus non fiūt res participātes naturaꝫ ydearum niſi ſit aliqua cauſa mouens et efficiēs quaꝫ cauſam non dicūt eſſe ydeam ſed ſolum fit cauſa exemplaris et non efficiens. Preterea ſi ydea eſt cauſa exemplaris oīm que fiunt nichil poterit fieri cui non reſpondeat ydea tanꝗ exemplar quod falſum ē quia multa fiunt per artem ut domus ꝛ anulus quoꝝ non ſunt ydee. palaꝫ igitur ꝙ contingit multa eſſe ꝛ fieri ꝑpter cauſas alias.

Capitulum .xix. quod ſic incipit. amplius ſi ſint numeri ꝛ c̄. Improbat ſex rationibus opinioneꝫ predictam quantuꝫ ad hoc quod ponit ydeas eſſe numeros ꝛ duabus rationibus quātum ad illud quod dicit magnitudines habere principia.

Dicere ydeas eſſe numeros ꝛ eas eſſe cauſas impoſſibile videt̄ quia ſi numeri ſint alij in ipſis ydeis ꝛ alij in ſenſibilibus ita ꝙ hic numerus ſicut homo ſepatus ꝛ alius ab eo ſit ſocrates alius vero calias illi non poterūt eſſe cauſa iſtorum quia non differt vtrum illi ſint ſempiterni ꝛ iſti non nec ſufficit ad rationem cauſādi ſempiternitas illorum ex quo vtriqꝫ ſunt numeri. Si vero dicatur ꝙ ſenſibilia conſiſtunt quia in eis ſunt rationes numerorum ſicut proportio muſica ex rationib9 numerorum conſiſtit manifeſtuꝫ eſt ꝙ aliquod vnuꝫ tanꝗ ſubiectuꝫ ſeu materia ſubeſt cuius tales numeri ſunt ratio tanquam ipſi numeri ydeales ſunt rationes alicuius ut potius dicantur rationes alterius ꝗ ſubſtātie rerum. v. g. ſi calias exiſtat ex quattuor elemētis cuius natura dicetur eſſe quedaꝫ ratio ſeu proportio in numeris. i. quattuor elementis. ꝛ eodem modo antropos ideſt homo ydealis erit quedam proportio quorumdaꝫ numerorum ꝛ non erit numerus ſed potius res numerate ſi ex ipo dicantur eſſe homines ſenſibiles tanꝗ ex numeri proportione. Preterea ex multis numeris fit vnus numerus ut ſenarius eſt ex binario et quaternario ex pluribus āt ſpecieb9 non fit vna ergo ſi ydee ſunt numeri cum ſint ſpēs non poterit ex pluribus ipſarum fieri aliquod vnum et ſi dicatur ꝙ non ex numeris tanꝗ ex numeris ſed tamqꝫ ex vnitatibus fieri aliquid quomodo dicimus millenariū cōſtitui ex vnitatibus quomodo ſe habeant vnitates. Si enim ſunt eiuſdem ſpei multa incōuenientia accidunt videlꝫ ꝙ ex his que ſunt vnius ſpei fiunt multa diuerſarum ſpecierum nihil eis addito cum non ſint alteri9 ſpeciei rōnale eſt ꝙ vnitates non dicātur ſpecifice ab inuiceꝫ impoſſibiles exiſtētes niſi ſint coniūcte aliquibus per q̄ conferāt. Preterea ſi ydee ſunt numeri res ſenſibiles erūt res numerate ꝛ per conſequens ſūt alij numeri cum neceſſe ſit ponere aliud genus numerorum circa qꝺ uerſatur arithmetica diuerſum eſſe ab ambobus ꝛ intermedium ipſorum erunt tres differētie numerorum ꝙ platonici non

ponūt. Preterea ſi numerus rerum ſenſibilium ut puta dualitas duorum ſenſibilium cauſat ex ydeis q̄ ſūt numeri poterit cauſari ex dualitate q̄ ē ꝑmus numer9. ⁊ ſic vnitates que ſunt in dualitate ſenſibili cauſantur ex dualitate numerorum ydealium qḋ eſt impoſſibile q2 vnitas cū ſit prior dualitate non pōt cauſari ex ea... Preterea numerus ex vnitatibus colligitur et cauſatur. ⁊ ideo non poteſt ipoꝝ eſſe cauſa. Preterea ſi vnitates numerorū ydealiu3 inter ſe differant et cum hec ſint cauſa ſenſibilium oportet eas dicere ita eſſe cauſas vnius ſenſibilis quemadmodum ſunt q̄tuor aut duo elementa. elemētoꝝ aut ſignat qḋdā corp9 comune ſ3 potius vnūqḋq3 ipſoꝝ ſignat rōnē3 corporis determinati v3 ignis uel terre uel alicui9 ſimiliū: ſiue ponat aliquod corpus comune omnibus elementis ſiue non. Cum igitur plato dicat qḋlibet ſenſibiliū fieri ex numeris ydealibus tamq̄3 ex vno principio habente partes ſimiles ſicut eſt ignis aut aqua nō poteſt numerus ydealis habere vnitates differentes ꝑ rationem. ſi uero numeri ydeales ſint admodum alicuius materialis habentes partes ſimiles ipe non erūt ſubſtantie rerum q2 ſubſtantie principaliter ſunt a formis. Manifeſtū ergo qḋ ſi aliqḋ bonū ſepatū ē ꝑncipiu3 in q̄tū bonū nō pōt eē ꝑncipiū in q̄tu3 numer9. quia ipſū bonū multipliciter dictu3. ſ. vnum. numero. ſpē ⁊ genere non poteſt aliter eſſe principium niſi in q̄tum vnum. Volentes ergo platonici reducere ſubſtātias ſenſibiles ad principia quanta dixerūt longitudines cauſari ex producto ⁊ breui tamq̄ ex aliquo paruo ⁊ magno. ſuperficies ex alto et lato corpus uero ex profūdo ⁊ humili. hoc autē non bene dicitur. q2 ſuperficies non habebit linea3 nec corpus ſuperficiem et lineam ſicut nec latū ⁊ artum eſt aliqḋ genus a ꝓfundo ⁊ humili nec includit neceſſario vnu3 in alio ita ſuperficies erit aliquod corpus a corpore non incluſa in ipo. q̄madmodu3 enim multum ⁊ paucum alterum eſt a numeris: ita q̄ non oportet numerum eſſe vbi eſt multum ⁊ paucum ita in ꝑdictis nichil ſuperioꝝ aut priorum erit in inferioribus ut linea non erit in ſuperficie nec iſta in corpore. latum enī quod dicūt eſſe principium ſuperficiei non eſt genus profundi qḋ dicunt principium corporis. ſi eſſet genus ipſius aliqua ſuperficies eſſet corpus. Preterea inſufficienter loquntur de ꝑdictis cum non aſſignēt aliqua principia eſſe ex quibus fiant puncta. cum etiam plato huic generi. ſ. punctorum opinabatur principaliter inſiſtēdo cōtra ea diſputās contra geometricos exiſtimās geometricum dogma quaſi totum cōſiſtere ī punctis ipe etiam plato q̄uis multociens poſuerit lineas indiuiſibiles tn̄ vocabat punctu3 principium linee tanq̄ neceſſarie ſit linearum eſſe aliquem terminum et ideo ex eadem ratione qua linea eſt neceſſarie eſt eſſe punctum.

Capitulum. xx. quod ſic incipit: omnino aūt ſapientia. Improbat ſex rationibus opinionem platonis inſufficienter loquētis de principijs entium quātum ad rationem eſſendi.

Omnino autem ſapientia que phiſica ꝑma eſt inquirēte cauſas effectuu3 manifeſtorum plōnis opinio volentis philoſophari inſuficienter de cauſis locuta eſt pretermitēs quaſdam ipaꝝ nihil enim dixit de cauſa efficiēti ex qua eſt principiu3 transmutatiōis putat etiam aſſignare ſubſtantiam idet cauſam formale3 ſenſibilium dicendo quaſdam alias ſubſtancias. ſ. ydeas que q̄ō ſint ſubſtantie rerū inutiliter dicit q2 cum ſint ſeparate a ſenſibilibus non poſſunt participari ab eis. in ſcientijs etiam ipſius de ydeis non fit mentio de cauſa finali proptr qua3 oīs intellectus et omnis natura agit nec dicit a platonicis quomodo hec cauſa ē vna cauſarum.

ydee etiam ab eis dicuntur eſſe quedã abſtracta quaſi quedã mathematica in quib9 nichil agitur per motum nec propter finem. Preterea hec opinio dicit ſubſtātiã ſubiectam .ſ. materiam magis predicari de re ⁊ dicere intelligimus ſubſtātiam eius. ꝙ ydeã que ē tanꝙ forma ⁊ mathematica .i. ſeparata. platonici enim magnū ⁊ paruum ita dixerunt eſſe ſubſtātias rerum ſicut naturales phī rarum ⁊ ſpiſſum q̄ reducebantur ad abundātiam et defectum. Preterea ſi omne ſenſibile eſt talis nature quia participat ydeam talem quale ipſum ē oportet ꝙ motus ſenſibilis participet ydeam ita ꝙ ydee erūt ipſius motus ita ꝙ erit ydea aliquod ens mobile quod plato non cōcedit. Si autẽ motui reſpondeat ydea non ē aliqua cauſa ipſius ⁊ ſic aufertur nec eſt inter entia ac per hoc aufertur tota perſcrutatio de natura q̄ eſt principiũ motus. Preterea ſuppōnitur ꝙ omnia nō ſunt vnũ ſicͭ facile eſt probare ⁊ etiã opinio pl'onis concedit. Si ergo aliquis cōcedat omnia eſſe vnũ aliquod in entitate quia ydea entis qua omnia participāt eſt vna vel vnum realiter eſt in quo omnia ſunt vnum niſi dicat aliquis genus vniuerſale eſſe vnum reſpectu omnium in quo oīa ſunt vnũ. ſed hoc impoſſibile eſt in quibuſdam quia ſubſtātia ⁊ accidens non ſunt vnũ genus.

Preterea longitudines latitudines ⁊ corpora nullam habent rationẽ eſſendi ꝑ dicta eorum. hec enim omnia ſunt ydee: cum non ſint numeri diſiūcti: ſed potius quedam continua. nec mathematica. quia conſiderātur cũ materia. nec ſunt res ſenſibiles: cum ſint īcorruptibilia. et ideo videtur ꝙ pertinet ad aliqđ genus ſubſtantie non poſitum a platonicis dicētibus eſſe tantum tria genera ſubſtātiarum. videlicet ydeas ſenſibilia ⁊ mathematica intermedia. Impoſſibile eſt querentem elemēta omnium ſenſibilium inuenire ea ſufficiēter niſi diuidat ea ſecundum quod diuerſimode conueniunt diuerſis ex eo ꝙ alia elemēta ſunt aliorum entium querendo enim elemēta ex quibus ſunt entia ſecūdũ modum quem platonici aſſignant per ydeas numeros et dimenſiones nō poteſt accipi ex quibus elemētis fiant accidentia que non ſunt ſubſtantie. verbi gratia actio ⁊ paſſio rectitudo ⁊ ſimilia et ſi dicatur ꝙ ſufficienter determinatum eſt de principijs ⁊ elemētis aliorum entium ſi ſolum ſubſtātiarum principia et elementa aſſignata ſunt quia ſubſtantia eſt principium aliorum atq̃ ſubiectum. dicendum eſt hoc non eſſe verum quia diuerſorũ entium ſunt principia diuerſa.

Capitulum .xxj. quod ſic incipit: quādo aūt dicet aliquis et c̄. Improbat quattuor rationibus opinionem platonis de principijs ſecundum ꝙ dicebat ydeas eſſe principia ſciendi epilogando dicta antiquorum de principijs.

I ydee ſunt principia cognoſcēdi res ſenſibiles et cum hoc ſunt ſubſtātia ipſarum quomodo poteſt acquirere ſcientiam de ſenſibilib9 cum enim ydee ſint principia non accipietur de eis ſcīa ex quibus prius notis et quia eis cognitis cognite erunt res ſēſibiles quorum ydee ſunt ſubſtātie nulla notitia erit ex preexiſtenti cognitione aliquorum precognitorum vel demoſtratione vel diffinitione vel inductione. Si aūt dicatur ꝙ nulla ſcientia ſit in nobis per acquiſitionem ſed eſt connaturalis ita ꝙ numerum addiſcere eſt tantũ reminiſci mirū eſt ſi tam nobiliſſima ſcīa nobis ineſt ſicut eſt prima phiſoſophia ac tamen latet nos. Preterea quomodo per ydeas que ſunt quedam forme ſeparate poterit quis cognoſcere principia materialia ex quibus ſunt res ſenſibiles ⁊ ſine quibus non cognoſcuntur. Dubitabit ergo aliquis de talibus rebus ſicut de alia dictione verbi gratia deſima de qua dicunt aliqui ꝙ non eſt aliud ꝙ .ſ. i. m. a. et ita nō poteſt cognoſci niſi predicte littere que ſunt

eius materia cognoſcātur. alij vero dicunt qđ ē aliquid aliud a ꝓdictis litteris ſūt ſcili
cet quidam ſonus in eiſdem. Preterea ſi ydee ſunt elemēta omnium ſenſibilium
ex quibus iſta ſunt ſenſibilia quemadmodū voces ex litteris neceſſe erit cognoſci ſen
ſibilia cognitis ydeis et cum ipſe poſſunt cognoſci per ſolum intellectum: abſq⁊ ſenſu
eo ꝙ ſunt forme ſeparate a ſenſibilibus continget ea quorū eſt ſenſus id eſt ſenſibilia
que proprie ſenſu participātur cognoſci ab aliquo non habente ſenſum. Quod q=
dem igitur omnes antiqui conati ſunt querere cauſas dictas a nobis in phiſicis ⁊ nul
lam aliam inuenerūt materiam ex dictis. predictas autē tenuerūt et īperfecte tetige
runt. primorum enim philoſophia balbuciens tanꝙ̄ noua exiſtens de principijs lo=
cuta eſt. Unde et empeđ. dicit omnes eſſe quādam rationem ꝙ idem ē ꝙ quidditas
⁊ forma rei quam nominare neſciuit ⁊ eodem modo neceſſariū eſt carnem eſſe ſā=
guinem ⁊ quodlibet aliud compoſitum habere formā per quam magis eſt ens ꝙ̄ ꝑ
materiam. quam empeđ. dicit eſſe ignem terrā aerem ⁊ aquā ita ꝙ hoc dixit coact9
ex neceſſitate dicti alterius dicentis predicta elemēta eſſe materiam rerum tamē nō
dixit hoc clare ⁊ manifeſte determinādo qualiter elementa ſunt materia ſenſibilium.
de talibus ergo principijs entium dictum eſt in precedētibus. Sed eo que dubi=
tabit aliquis de principijs rerum reſumam9 quia forſam ex ipſis magis habundabi=
mus rationibus vtilibus ad ſequentes dubitationes.

De veritate quidē theorica et c̄. Libri ſecundi methaphiſice. Capitulū
primum declarat facilitatē ⁊ difficultatē conſideratiōis veritatis ſcientifice
acquirende. Secundo ꝙ potius ex parte noſtri intellectus ꝙ̄ ex parte ve
ritatis in ſe cauſatur talis difficultas. Tertio ꝙ antiquis qui prius incepe
rūt querere de veritate debent poſteriores gratias refferre.

Onſideratio de veritate aliquo modo facilis eſt aliquomodo diffici
lis. Signum autem difficultatis eius eſt ꝙ nullus poteſt eam ꝑfecte
adipiſci. Signū vero facilitatis eſt ꝙ non omnes ſunt exortes ipſius
ſed vnuſquiſq⁊ inueſtigans de ipſa aliquid dicit de natura ipſius.
Aliud etiā ſignum eſt difficultatis ipſius ꝙ vnuſquiſq⁊ per ſe nichil
aut parum determinauit de veritate. ſed ſignū facilitatis eſt ꝙ ex omnibus dictis que
rētū de ea ſimul cōgregatis ꝑuenit̄ ad aliqđ magnā notitiā ipſius. Facilitas etiam
ipſius accipit̄ ex principijs de quorū euidētia verificari pōt reſpectu intellect9 illud
quod ꝓuerbialr̄ dicim9 de foraminib9 dom9 reſpectu uiſ9. ſ. in forib9 qs delinq̄t prin
cipia eni in ſciētijs ſic ſe offerūt intellectui: ſicꝰ fores dom9 ſe offerūt viſui. Et ideo ꝗn
tū ad noticiā principiorū cognitio veritatis ē facilis. Sed difficultas cognitiōis ve
ritatis ex hoc patet ꝙ nemo poteſt eam tantā vel majorem partem eius cōprehen=
dere Forſam autē difficultate exiſtente duobus modis: non eſt eius cauſa in rebus
ſed in nobis. quia ſicut occuli niticoracū ſe habent ad lucem diei quam non poſſunt
intueri propter debilitatem viſus: ita intellectus noſter ſe habet ad ea que ſunt mani
feſtiſſima ⁊ euidentia in natura. Non ſolum eſt iuſtū refferre gratiam his quorū
opinionibus aliquis conſiſtit: ſed his qui ſuperficialiter dixerunt aliquid de veritate.
quia hi conferunt pro nobis in quantū intellectum noſtrum preexercitati ſunt. nam

ſi thimoteus non fuiſſet multam melodiam non haberemus. Et ſi phiſonites non p̄ ceſſiſſet: thimoteus non tantum dixiſſet de melodia. Et eodem modo eſt de annunci antibus veritateʒ. a quibuſdaʒ enim quaſdam opiniones accepimus cõſonas verita- ti: ſed alij fuerunt cauſa ut iſti inquirerent ⁊ inquirendo aliquid inuenirēt.

Capitulum. ij. quod ſic incipit: vocari vero phiam ⁊c̄. Declarat primaʒ phiam tanq̄ ſpeculatiuam eſſe ſcientiam veritatis cognite per cauſam primā q̄ eſt maxime ⁊ neceſſario vera.

Dicari phiam primaʒ ſcientiam veritatis rectum eſt. quia vnumquodqʒ con gruenter nominatur ex fine. huius autem finis eſt veritas: cum ſit theorica nam theorice finis eſt veritas ſicut pratice opus. Quis enim pratici ſpeculen tur quomodo ſe habet veritas rei: non tamen ſpeculantur propter ſcire: ſed propter õ operari. Neſcimus autem verum niſi per cauſaʒ. In quolibetauteʒ genere illud quod maxime habet naturam illius generis cauſa eſt aliorum participantiuʒ v- niuoce naturam eandeʒ ut ſint talia. puta ignis calidiſſimus eſt cauſa caloris omni- bus participantibus caliditatem. et ideo veriſſimum tanq̄ in veritate primum: cau ſa eſt veritatis poſteriorum. propter quod principia entium que ſemper exiſtūt nece ſe eſt ſemper eſſe veriſſima. quia non ſunt qñʒ vera qñoʒ non vera ſed ſemper vera. Nec eis vt ſint aliud eſt cauſa: ſed potius ſint cauſa vt alia ſint. Et qm̄ veritas ſequit̄ entitatem: idcirco ſicut vnumquodqʒ ſe habet ad eſſe: ita ſe habet ad veritatem.

Capitulum tertium quod ſic incipit: at vero ꝙ ſit principiuʒ ⁊ quid eʒ et ⁊c̄. Proponit ꝙ non ſit proceſſus in infinitum nec in cauſis eiuſdem ſpeciei ſi cut ſunt cauſe efficiētes inter ſe: nec in cauſis diuerſarum ſpēcrum ſicut ſunt ca uſa efficiens ⁊ formalis adinuicem cōparate: probans hoc de cauſa efficien ti ⁊ materiali.

Quod ſit quoddaʒ principiuʒ tanq̄ cauſa prima in omni genere cauſandi nec ſint infinite cauſe in directuʒ id eſt eiuſdem ordinis ſicut ſunt cauſe materialeſ inter ſe et ſimiliter formales inter ſe et ſic de efficiētibus ⁊ finalibus. nec ſcd̄m ſpem id eſt ſecundum infinitatem cauſaruʒ ſpecie differentiū: manifeſtuʒ erit ſic. in cauſa enim materiali non ē poſſibile progredi in infinituʒ ita ꝙ vnuʒ ex alio ſit ma terialiter in infinitum. nec ſit dare primaʒ materiaʒ. v̄. g. non eſt poſſibile fieri carnē ex terra. terraʒ ex aere. aerem ex igne ⁊ ſic ſemper in infinituʒ aliud ex alio. Simi- liter in cauſa vnde principiuʒ motus non eſt poſſibile homineʒ moueri ab aere ⁊ hūc a ſole ⁊ ſic in infinitum. Similiter nec in cauſis finalib9 poſſibile eſt in īfinituʒ ꝓce- dere. Quod aūt in cauſis efficiētib9 non ſit infinitas: patet ſic. quādo in aliquo or dine eſt principiuʒ medium et vltimum neceſſe eſt primū eſſe cauſaʒ omniuʒ ſequen tium. ita ꝙ ſi oporteat nos aſſignare cauſaʒ ipſorum dicem9 ꝙ principiuʒ eſt princi- paliter cauſa. vltimum enim nullius eſt cauſa cum non ſit prius aliquo in illo ordine. medium non eſt cauſa niſi vnius ſcilicet vltimi. nec differt ad propoſitum vtrum ſint plura media vel vnum. quia quecūqʒ ſint non erunt cauſa niſi poſteriorum. principa lis igitur et prima cauſa omnium ipſorum eſt primuʒ. quia igitur in infinitis non eſt primuʒ: eo ꝙ omnes partes infiniti tenent naturaʒ medij: cum careāt primo et vlti mo: ſi cauſe mouentes eſſent infinite: non eſſet in eis primuʒ mouens. et ſic ſimplici- ter nullum eſſet mouens. Similiter in cauſis materialibus in quibus ſtatus repe ritur in ſurſum. ſ. quia inuenit̄ aliquid ex quo vlterius non fit aliud impoſſibile eſt infi nitum. Impoſſibile eſt etiam in infinituʒ ire deorſuʒ verbi gratia ꝙ ex igne fiat aqua

et ex aqua terra. et ſic ſemper procedatur in infinitum. Dupliciter enim fit hoc ex hoc. non dico autem fieri hoc ex hoc quomodo fit tantum vnuʒ poſt aliud ſicut quando ex mane idest poſt mane fit meridies. hoc enim modo fiendi aliud ex alio idest poſtꝰ aliud excluſſo: reſtat duplex modus quo aliquid fit ex aliquo. quorum primus eſt quā do ex imperfecto fit perfectum. ut ex puero mutato fit vir In quo modo ex eo quod eſt in fieri fit illud quod poſtea dicimꝰ factum eſſe ita ꝙ fieri eſt medium inter non exiſtere et eſſe factum. ſicut generatio media eſt inter eſſe ⁊ non eſſe. Et hoc modo dicimus quando adiſcens fit ſciens. Alius modus fiendi hoc ex hoc eſt quā̄o aliud fit ex altero corrupto. ut aer fit ex aqua corrupta. Iſtorum duorꝫ modorum differentia eſt quia in primo non eſt reflexio. ſic enim fit ex imperfecto perfectum ut ex puero vir quod non fit ecōuerſo. ex perfecto. imperfectum vt ex viro pueer. Cuius ratio eſt quia imperfectio ſicut eſt puericia ſiue generatio non eſt materia ex qua fiat perfectuʒ ſiue genituʒ: ſed tantum fit perfectum poſt imperfectioneʒ ⁊ genituʒ poſt generationem. talia enim includūt ordineʒ eſſentialeʒ prioris ad poſteriꝰ in quo ordine ſic fit poſterius ex priori: ꝙ non econuerſo qꝛ enim dies fit ex aurora idest poſt eam eſſenciali ordine ideo non reflectitur ꝙ ex die fiat aurora. In ſecūdo autem modo ita fit aliud ex alio ut ad inuicem reflectantur. ſic fit aer ex aqua. Utroqʒ auteʒ predictoruʒ modorum impoſſibile eſt in infinitum ire. nam in primo ipm̄ fieri intermedium eſt nō exiſtentis et exiſtentis. ⁊ imperfectum intermedium eſt non entis ⁊ perfecti entis. vbi autem eſt aliquod intermedium: neceſſe eſt eſſe finem. ac per hoc ibidem non eſt infinitas. In ſecundo aūt modo corruptio vnius eſt generatio alterius cum ea quorum vnum fit ex alio illo modo adinuicem reflectant̄. vbi autem eſt reflexio: non eſt proceſſus in infinitum ſed reuerſio ad idem. Preterea impoſſibile eſt primuʒ ſempiternum corrumpi et ideo illud ex quo primo corrupto aliud fit non eſt ſempiternum: ſed aliquā̄o incipit et ſic in eo eſt ſtatus primi corrupti ex quo aliud eſt factum.

Capitulum. iiij. quod ſic incipit: amplius aūt ꝙ eſt cuius cauſa et cetera. probat ꝙ in cauſis finalibus ⁊ formalibus non poteſt eſſe infinitas. ſimiliter nec in generibus cauſarum.

Quod in cauſa que eſt ꝙ cuiuſmodi cauſa fiunt alia non poſſit eſſe infinitas patet. quia talis cauſa finis ē. de cuius ratione eſt ꝙ non ſit gratia alicuius ſꝫ alia propter ipſum et ideo quod ē finale ipſum eſt vltimum. tale. aūt non poteſt eſſe infinituʒ. non poſito ergo vltimo: non erit cauſa finalis. Preterea ponentes tale infinitum ſcilicet in finibus ignorāt propriam vocem quia ſic dicendo tollunt finem et cum finis et bonum idem ſint: auferunt naturam boni a rebus. Preterea ſic dicētes negant omnem actionem quia nullus conatur aliqͥd agere niſi poſſit pertingere ad terminum ad hunc autem pertingere non poteſt ſi īfinitas ſit īfinibꝰ. Preterea nullus intellectus praticus erit ita ꝙ non erit agens per intellectum quia operans per intellectum agit propter finem qui eſt terminus actionis non erit auteʒ finis ſi ponatur predicta infinitas. Sed nec ī cauſa formali poteſt procedi ī infinitum ⁊ hic primo manifeſtum eſt in conceptibus formalibus diffinitiuis. Non enim cōuenit ſic diffiniri quidditatem alicuius ut diffinitio eius per aliam diffinitionem diſ-

finiatur ⁊ alia per aliaꝫ et ſic in infinituꝫ. nam in omni diffinitione eſt pars prior ⁊ poſterior. ita ꝙ prior eſt communior poſteriore. priori aũt non poſita non ponetur poſterior que conſequenter ſe habet: ſed in infinitis non eſt p̄us nec poſterius igitur in eis nõ poteſt eſſe diffinitio. Preterea dicẽtes infinitateꝫ eſſe in conceptib9 formalibus deſtruunt ſcientiaꝫ. quia non ẽ poſſibile ſcire quidditatem rei niſi perueniatur ad ſpeciem ſpecialiſſimaꝫ cõſtitutam per vltimaꝫ differẽtiam ad quam non poteſt pueniri in conceptibus formalib9 ſi ponatur infinitas. Preterea non cõtingit aliqueꝫ cognoſci nec intelligi poſita tali infinitate. q2 omnis res cognita determinata eſt ab ĩtellectu. infinita vero determinata non ſunt ab eo. Et ſi dicatur ꝙ linea eſt ĩfinita tñ intelligitur: dicẽdum non eſſe ſimile de infinitate que eſt in linea ⁊ de infinitate conceptuũ formalium propter duo. Primo quia diffinitiões linee ſunt in potentia et non ſtant ſed ſemper ſunt in fieri diffinitiones auteꝫ formales ſunt in actu ⁊ imperfecto eſſe. vnde non ſequitur ꝙ ſi aliquid infinituꝫ in potẽtia poteſt cognoſci ⁊ comprehendi ab intellectu ꝙ infinitum in actu poſſit comprehendi ab eo. Secũdo ad iddem dicendum ꝙ partes linee nõ poſſunt ab intellectu cõprehendi niſi ille que determinatẽ ⁊ finitẽ ſunt. propter quod non numerabit diffinitiones eius ille qui procedit in infinitum. Preterea neceſſe eſt intelligere materiam in omni quod mouetur ⁊ hec materia cum ſit determinata de ſe eſt finita. forma aũt que eſt actus ipſius nõ poteſt eſſe infinita. q2 per ipſam materia determinatur et finitur nunꝗ̃ autem finitum per infinitum determinatur nec finitur. Genera etiam cauſarum infinita eſſe nõ poſſunt. quia nichil cognoſceretur ſi infinita eſſent. tunc enim putam9 ſcire vnumqđqꝫ cum cauſas nouerimus noſcere autem infinita ſcd̃m additionem non poſſumus. ſicut nec pertranſire poſſumus ea tempore finito.

Capitulum. v. quod ſic incipit: cõtingit aũt additiões et cetera. Declarat que ſunt impedimẽta in quibus cognitio veritatis impediri poteſt ⁊ que ſunt obſeruanda volẽti inquirere noticiam veritatis.

Primum impedimẽtum veritatis cognoſcende ẽ conſuetudo q2 auditiones cõtingũt hominibus conformiter his que conſueuerũt audire. cõſideramus enim ⁊ approbam9 omnia dici ſicut audire conſueuim9 ⁊ que preter conſueta dicũtur nõ videntur ſimilia conſuetis ſed propter incõſuetudinem videntur min9 nota ⁊ magis extranea. Quãtam autem vim habeat cõſuetudo leges oſtendunt in quibus propter conſuetudinem puerilia ⁊ fabuloſa magis valent et plus acceptantur ꝙ̃ cognitio veritatis. Aliud impedimentum tamen eſt non accipe aliqua dicta de veritate niſi demõſtratione potiſſima proluta ſunt q̃les ſunt dimonſtrationes mathematice. Tertium impedimẽtuꝫ eſt aſſẽtire auditis ſoluꝫ propter famoſitatem ⁊ apparentiam ⁊ propter hanc non recipere aliqua niſi exemplariter declarẽtur qui enim hoc querunt approbant qđ inducatur teſtimoniuꝫ poete ad confirmatiõeꝫ dictorum. Sunt tamen aliqui qui nolunt omnia ſcire per certitudinẽ ſicut conuenit rebus ⁊ iſti habent naturaꝫ philoſophorum. Quartum impedimẽtum eſt offendia difficultate rei: quibuſdam enim certitudo eſt triſtis propter impotentiam intellectus non valentis comprehendere noticiam veritatis. aut propter hoc ꝙ videtur eis difficile inquirere uſqꝫ ad minima q̃ faciunt ad certitudinem veritatis. certum enim ha

bet aliquid ſimile ſumptibus ꝛ rationibus. quia ſicut ĩ iſtis nõ videtur eſſe liberale cõ-
putare uſqꝫ ad minima: ita in illis videtur ſuperfluum inueſtigare uſqꝫ ad minima.
Propter quod oportet erudiri per noticiam logice que determinat modum ſcien-
di quomodo ſingula ſunt recipiẽda. et abſurdum eſt ſimul querere ſcientiam ꝛ modũ
ſciendi ſcilicet logicam quia neutrum per ſe facile eſt accipere. ꝛ ideo difficilius eſt a-
diſcere eſſe vtrumqꝫ ſimul. Violentia tamen demõſtrationis mathematice nõ eſt
in omnibus requirẽda ſed ſolum in his que non habent materiaꝫ ſenſibilem. quia de
talibus eſt mathematica. Et ideo non eſt naturalis motus iſte quo mathematice dẽ
monſtrationes procedunt. quia forſam omnis res naturalis habet materiaꝫ. primuꝫ
ergo perſcrutandum eſt quid ſit natura. quia per hãc fiet manifeſtuꝫ de quibus eſt ſci-
entia phiſica. ꝛ manifeſtum erit vtrum vnius ſcientie aut plurimarum ſit cauſas ꝛ prin-
cipia conſiderare.

Neceſſe quidem eſt adq̃ſitam ſcientiam et cetera. Huius libri tertij pri-
muꝫ cauſam declarat ꝙ vtile eſt ad veritatis noticiaꝫ acquirendam dubitare
de ignotis.

Neceſſe eſt ad ſcientiam veritatis quam querimus. primum aggredi
de quibus dubitare oportet ꝛ hec ſunt quecunqꝫ antiqui aliter ſẽſerũt
de ipſis ꝙ ſe habeat veritas. ꝛ etiam ea que pretermiſſa ſunt ab eis v-
tilia tamen ad noticiam veritatis. Volentibus autem inueſtiga-
re veritatem valde vtile ẽ dubitare. quia dubitare facit inueſtigare. in-
ueſtigatio autẽ ꝛ inuentio poſteriorum ſolutio eſt prius dubitatorum
Preterea ignorantis vinculuꝫ non eſt ſoluere ipſum ſed ſcientis. veritatis auteꝫ
dubitatio vinculum demonſtrat quo ignorans ligatus eſt in quantuꝫ enim quis dubi
tat in tantum aſſimilatur ligato cognoſcẽti vinculum quo ligatus eſt. nam vtriqꝫ im-
poſſibile eſt procedere ad ea que ſunt ante ipſum. ſicut enim ligatus procedere nõ po
teſt ad ea que ſunt ante ipſum localiter: ita nec dubitanti donec deueniat ad ea que ſunt
ante ipſum intellectualiter. propter quod ut accedat ad ea: prius oportet ipſum ſpecu
lari dificultates et cauſas ipſarum ad hoc autem inducitur ex dubitatione. Pre-
terea querentes aliquid ſine dubitatione ipſius ſimiles ſunt ignorantibus terminum
ad quem oportet ire. et tamen vadunt ad ipſum. Preterea querẽs id de quo non
dubitatur non cognoſcit id quod inuenit vtrum ſit illud quod querebat aut non. quia
non habet noticiaꝫ de queſito. pꝛ dubitans vero cognoſcit queſitum quando ipſum ĩ
uenerit. quia ei fuit aliqualiter notum. Preterea dubitans audiendo rationes
aliorum dubitantium et eorum qui contraria opinantur melius ſe habet dubitando
ad iudicanduꝫ et examinando virtutem ipſorum ex quo diſponitur ad noticiam veri-
tatis.

Capitulum ſecundum quod ſic incipit: eſt auteꝫ dubitatio prima ꝛ cetera.
Enumerat viginti quattuor queſtiões dubias de quibus intẽdit inferiꝰ per

tractare. quarum quattuor pertinent ad ſcientiam. due autem ad ſubſtantiā3 tres ad ſcientiam accidentium quindecim vero ad cauſas et principia entiu3

Rima igitur queſtio eſt de qua dictum eſt in fine precedentis libri ſcilicet vtrum vnius ſcientie aut plurium ſit ſpeculari cauſas. Secunda vtrum ad primu3 philoſophum pertineat conſiderare tantum principia prima omniu3 ſcientiarum. ſicut eſt iſtud non contingit idem ſimul affirmare et negare. Tertiu3 vtrum vna ſcientia ſit omnium ſubſtantiarum aut plures. Quarta poſito ꝙ plures vtrum iſte ſcientie ſint inter ſe cognate ita ꝙ omnes ſint ſpeculatiue vel omnes ꝓtice. aut quedam ſpeculatiue ⁊ queda3 pratice. Queſtiones pertinentes ad ſubſtātiam rerum ſunt due. Prima vtrum ſole ſenſibiles ſubſtantie ſint ſubſtantie aut ꝓter illas ſint alie. Secunda vtrum omnes ſubſtantie ſint vnius generis et vnius rationis aut ſint plura genera ipſarum ſicut dicunt hi qui ponunt ydeas eſſe ſubſtantias ſeparatas et ſubſtātias ſenſibiles et alias ſubſtantias mathematicas intermedias

Queſtiones pertinentes ad ſcientiam accidentium ſunt tres. Prima vtrum ſpeculatio ſcientialis ſit non ſolum circa ſubſtātias ſed etiam circa propria accidētia ſubſtantiarum. Secunda eſt de ſpecialibus accidentibus ſicut eſt idem ⁊ diuerſu3 ſimile diſſimile contrarietas idemptitas diuerſitas et ſimilia de quibus dialetici conſiderant ex aliquibus probabilibus. qui dialcticoru3 conſideratio eſt de omnibus. Tertia preter predictam cōſiderationem accidentium querendum eſt vtrum vnum vni contrarium ſit. Queſtiones autem pertinentes ad principia ſunt quindecim

Quarum prima eſt vtrum genera ſint principia et elemēta reru3 exiſtentium. aut ea que exiſtentia diuiduntur ſicut ſunt materia ⁊ forma. Secunda ſuppoſito ꝙ vniuerſalia aliquo modo ſint principia rerum vtrum magis comunia ſicut ſunt generaliſſima aut minus communia ſicut ſunt ſpecialiſſima ſint principia rerum. Tertia vtrum aliquid preter materiam ſit cauſa intrinſica rei. Quarta vtrum intrinſicum principium ſit ſeparabile a re vel non. Quinta vtrum vnum aut plura numero ſint principia intrinſica. Sexta vtrum aliquod additum ſuper nolon idest rei compoſite ex materia ⁊ forma ſit principium rei aut non. et ſi tale additum rei compoſite aliquorum exiſtentiu3 ſit principium et aliquorum non. Septima vtrum prīcipia tam formalia ꝙ materialia ſint determinata numero aut ſpecie. Octaua vtrum eadem aut diuerſa ſint principia corruptibilium ⁊ incorruptibilium. Nona vtrum omnia principia ſint incorruptibilia aut corruptibilia prīcipia ſint. Decima deſſicilior eſt omnium ⁊ plurimam habet dubitabilitate3 videlicet vtrum vnu3 aut ens ſint idem cum ſubſtantia rerum ſicut dixerunt pictagorici et plato aut ſit alterū ab ea ſicut dixit empedocles et alij naturales. Undecima vtrum principia rerū ſint vniuerſalia aut ſingularia. Duodecima vtrum ſint in potentia vel in actu.

Decima tertia vtrum includunt motum aut non. Decima quarta vtrum numeri longitudines figure ⁊ puncta ſint ſubſtantia rerum. Decima quinta vtrum ſi calida ſint ſubſtantie vtrum ſint ſeparata a ſenſibilibus aut in eis. De hiis enim omnibus non ſolum inquirere veritatem verum etiam bene ⁊ rationibiliter dubitare eſt difficile.

Capitulum. iij. quod ſic incipit: primum ergo de hiis quibꝰ in primis ⁊c.

Inquirit diſputatiue vtrum vna ſit ſcientia aut plures ⁊ inueſtigat que ipſarum ſit dignior vocari philoſophia prima de qua hic queritur.

Rimuȝ q̃ritur vtrũ vniꝰ aut pluriuȝ ſcientiarũ ſit ſpeculari oĩa genera cauſarũ. videt̃ ãt ꝙ non vniꝰ q̃a ea q̃ ab vna ſcĩa cõſiderãtur cõtraria ſũt. genera aũt cauſarũ nõ oĩa ſunt adinuicẽ contraria. Prima p̃cipia que conſiderãtur in vna ſcientia inſunt omnibus contentis per ſe ſub ſcientia. ſed non omnia principia ⁊ cauſe entium inſunt omnibus entibus quia in quibuſdam ut in immobilibus nõ eſt cauſa vnde principium motus nec natura boni quod eſt cauſa finalis propter quam fiunt ⁊ ſunt cetera finis enim ſemper eſt terminus alicuius actus. actus autem includit motum. et ideo ſicut in immobilibus non eſt cã vnde principium motꝰ: ita in eis non eſt cauſa finalis nec authoagaton id eſt per ſe bonum cuius cauſa fiunt cetera. et qm̃ mathematica abſtraunt a motu: ideo nichil in eis demõſtratur per cauſaȝ finalem nec per illud quod eſt melius aut deterius que pertinent ad bonum. de talibus enim nullus mathematicus facit mentionem. Et ideo ariſtipus ſophiſta cauſas finales neglexit dicẽs ꝙ artes ſeruiles ut ſunt thectonica et coriaria ⁊ alie mechanice tractant de eo quod eſt melius vel deterius. tanꝙ̃ de fine earum. mathematica nullam facit mentionem de eo quod eſt melius vel deterius que pertinẽt ad finem ſed ſolum conſiderat cauſam formalem. Queritur ſecundo ſi plures ſint ſcientie cauſarum ita ꝙ alterius principij ſit altera ſciẽtia ut vna ſit ſcientia de cauſa formali ⁊ alia de finali ⁊ ſic de alijs: que ipſarum debet cenſeri ſapientia quam querimus ⁊ quis de habẽtibus ſcientias predictas melius ſcit rem hic queſitaȝ. Contingit enim omnia genera cauſarum eidem rei ineſſe. domus enim cauſa efficiens eſt artifex. finis vero vtilitas. materia aũt lapides ⁊ alia. forma vero ratio ipſius. Si igitur conſideremus ea que ſuperius determinata ſunt apparet rationabile vocari ſapiẽtiam quamlibet ſcientiam trium cauſarum. In quantum enim prima ſapiẽtia eſt antiquior et principalior cui alie ſubſeruiunt rectum videtur ꝙ ſcientia de cauſa finali propter quam ſũt cetera ſit prima ſcientia vel ſapiẽtia. In quantum vero prima ſapientia cognoſcit cauſas diffinitiuas quidditatis ſcientia de cauſa formali videtur eſſe ſapiẽtia. quia mltis modis res ſcita: magis dicimus ſcire eum qui nouit rem quantum ad eſſe quod eſt a forma quam quantum ad non eſſe quod eſt per negationẽ et etiam ſcientium dicere quodcũqȝ eſſe: magis ſcire dicimus illum qui nouit quod eſt id eſt quidditatem rei que eſt per formam ꝙ̃ qui nouit de ea quantuȝ aut quale aut quid apta nata eſt facere vel pati. Preterea eorum que per demõſtrationẽ ſciuntur putamus habere ſcientiã quando cognoſcimus cauſam formalem ſicut ſcimus quid eſt thetragonizare quãdo cognoſcimus inuentionem medie linee que eſt cauſa formalis thetragoni equalis q̃drangulo habenti alteram partem longiorem. In his autem que includunt generatiõem actionem ⁊ trãſmutationem nobilior ſcientia videtur eſſe illa qua cognoſcimus principium motus. ⁊ hec cauſa aliqualiter eſt oppoſita fini. videtur igitur diuerſarum ſcientiarum ſpeculari cauſas predictas.

Capitulum quartum quod ſic incipit: at vero de principijs demõſtrationis et cetera. Inquirit vtrum de primis principijs conſideretur in vna ſcientia et vtrum eadem ſcientia conſideret de eis et de ſubſtantijs.

E primis principijs ex quorum virtute omnes ſcietie demonſtrāt: que principia dicuntur animi demonſtrationes ſicut eſt ꝙ non contingit idem affirmare ⁊ negare. Dubitatur vtrum ſit vna ſcientia vel plures. et vtruȝ eiuſdem ſcientie ſit cōſiderare de ipſis ⁊ de primis ſubſtātijs. Et ſi alterius eſt dubitaẜ que illarum ſit phia que queritur. vnius autem ſcientie eſſe conſiderare de omnibus principijs primis non eſt rationabile. quia non plus ad vnam ꝙ̄ ad aliam pertinet eorum conſideratio cum ſint comunia omnibus. Omnium vero ſcientiarum non eſt conſiderare de ipſis. quia vna res non conſideratur ſimul ab omnibus ſcientijs. Non videtur etiam ꝙ conſiderare de ipſis ſit proprium ſcientie de ſubſtātijs ſicut nō eſt proprium aliarum ſcientiarum. Preterea non videtur ꝙ de ipſis ſit aliqua ſcientia. qꝛ ſcientia de his eſt que probantur per ipſam. ſed principia prima non probantur in aliqua ſcientia ſed cognoſcimus quid ſunt et eis vtuntur ſicut tanꝙ̄ notis. Preterea ſi de eis eſt ſcientia: erit demōſtratio ꝺ ipſis et ſic oportebit eſſe aliquod ſubiectuȝ cuius prima principia ſunt paſſiones probate per demōſtrationem ⁊ hoc ſit ꝑ alias dignitates ſiue principia ita ꝙ quedam principia erunt priora primis principijs quod eſt impoſſibile. ſicut impoſſibile eſt de omnibus eſſe demōſtrationem cum demonſtratio ſemper ſit ex aliquibus indemoſtrabilibus principijs ⁊ circa aliquod ſubiectum ⁊ de aliqua paſſione. Ea autem ex quibus virtualiter eſt demōſtratio ſunt dignitates quibus omnes ſcientie demoſtratiue vtuntur. Si vero eſt alia ſcientia de ſubiectis ⁊ alia de principijs: dubitabitur que earum principalior ſit. et videẜ principalior eſſe ea que de principijs primis. qꝛ tales dignitates videntur eſſe principia omnium. Preterea nullius alterius videtur proprium ſpeculari veritatem a falſitate de primis principijs niſi primi phi habentis principalem ſcientiam.

Capitulum. v. quod ſic incipit: Totaliterqȝ ſubſtātiarum vtrum vna et ē

Inueſtigat vtrum omnium ſubſtātiarum ſit vna ſcientia aut plures ⁊ vtrum eadem ſcientia conſideret ſubſtātiam et eius accidentia.

Dubitatur vtrum vna ſcientia ſit omnium ſuſtātiarum aut plures. Videtur ꝙ vna quia ſi plures eſſent non videtur poſſe aſſignari que illarū ponenda ſit philoſophia quam querimus. Contrarium videtur. quia ſi vna ſcientia ſit de omnibus ſubſtātijs: vna etiam eſſet demōſtratiua de omnibus accidentibus. omnis enim demonſtratiua ſcientia ſpeculatur accidentia per ſe circa proprium ſubiectum per conſequens animi conceptiones. ita ꝙ eiuſdem ſcientie eſt ſpeculari proprium genus ⁊ accidentia per ſe ipſius ex proprijs principijs. Vnius etiam ſcientie eſt conſiderare proprium ſubiectum quia eſt et dignitates ſeu principia ex quibus. ſiue eiuſdem ſiue alius ſit conſiderare ſubiectuȝ ⁊ principia vna tamen eſt que ſpeculatur accidentia de ſubiecto ex proprijs principijs. Iuxta hoc dubitaẜ vtrum conſideratio ſciētie ſit ſolum circa ſubſtātiam aut etiam circa ipſius accidentia. v̇. g. ſi corpus linea ſuperficies eſſent ſubſtātie. dubitatur vtrum eiuſdem an alterius ſcientie ſit conſiderare aut cognoſcere ⁊ accidentia cuiuſlibet ipſorum de quibus accidentibꝰ mathematici tractāt

Videtur ꝙ non eiuſdem quia ſi ſcia eadem eſſet de vtriſqȝ ſicut ipſa per demoſtrationem conſiderat de accidentibus: ita conſideraret de ſubſtātia. ⁊ ſic eius qȯ quid ē eſſet demōſtratio. qȯ ē impoſſibile cum ſit principiū demſ̄tationis. Contra ſi diuerſe ſcie ſint de ſba et de accidente non poterit aſſignari ſcia q̄ ſpeculaẜ accidētia de ſba.

Capitulum.vj.quod ſic icipit:ãplius autē vtrum ſēſibiles et cͣ Inqui
rit vtrum preter ſubſtãtias ſenſibiles ſint alie ſubſtãtie:et poſſito ꝙ ſint ſcōm
dicta aliorum.ſ. ydee ⁊ ſubſtãtie mathematice:querit vtrum iſte ſint inter ſe e
iuſdem generis vel diuerſi.

Querendum eſt vtrum preter ſubſtãtias ſenſibiles ſint alie an non et ſi preter
eas ſunt ſubſtãtie quas quidem dicunt ydeas et alie intermedie inter ydeas
et ſenſibilia circa quas alij dicũt mathematicas ſcientias eſſe querēdum eſt v
trum iſte ſint ſubſtãtie eiuſdē generis vel diuerſorum.quomodo preter ſenſibiles ſub
ſtantias ſint ſpecies q̃ ſunt ſubſtãtie ⁊ cauſe ſenſibilium dictum eſt in primo libro.
Quod aũt ſi ſint tales ſubſtãtie multa ĩpoſſibilia ſequantur manifeſtuz ē.maxime ab
ſurdum eſſe videtur dicere inter intelligēcias que ſunt in celo alias eſſe ſubſtãtias ſep
atas a ſenſibilibus eiuſdem tamen rationis cum hōīe ſenſibili et eodē modo equũ
ſanitatem ⁊ ſic de alijs. Et iſti ſic dicentes ſimiles ſunt dicētibus deos eſſe aliquos
qui ſunt humane ſpeciei.nichil eniz aliud iſti faciũt ꝙ homines ſempiternos.nec pla
tonici aliud dicũt ydeas eſſe niſi res ſenſibiles ſempiternas. Si quis autem preter
ydeas ⁊ ſenſibilia ponat mathematica intermedia:multa ſeqũtur inconueniētia quo
rum primũ eſt qꝛ ſicut preter ſubſtãtias ſenſibiles ponuntur ſubſtantie mathematice.
ita preter lineas ſenſibiles erunt linee mathematice ⁊ eodem modo preter quecunqꝫ
corpora ſenſibilia erunt corpora mathematica eis correſpondentia.⁊ ſic preter celuz
ſenſibile ⁊ preter ſolem ⁊ lunam ſenſibiles erunt alia celeſtia mathematica ſepata qđ
eſt impoſſibile quia nichil tale de ſua natura eſt immobile ſed mobile in quantum au-
tem ſeparatum non poteſt eſſe mobile.⁊ ſic idem eſſet mobile ⁊ immobile per natur-
am. Preterea lineas ſenſibiles de quibus tractat perſpectiua ⁊ preter ſonos ſenſi
biles de quibus eſt muſica erunt linee ⁊ ſoni mathematici ſeparati a ſenſibilibus quod
eſt impoſſibile.quia oportet eſſe animalia ſeparata a ſenſibilibus:eo ꝙ ſi vnum relati-
uorum eſt in natura et relinquum poteſt eſſe in ea. ſenſ9 aũt et ſenſibile ut viſus ⁊ uiſi
bile audit9 ⁊ audibile correlatiua ſunt. Preterea ſi geometria ē de quãto mathema
tico ſeparato ⁊ geodoſia de quanto ſenſibili oportebit aliam medicinale eſſe de ſana-
bili mathematico ſeparatam preter eaz que ē de ſanabili ⁊ eodem modo aliaz opor-
tebit eſſe ſciētiaz preter vnãq̃qꝫ ſcientiaz ſenſibiliũ qđ eſt impoſſibile.quia ſi eſſet me
dicinalis ſepata preter medicinalem ſenſibilem: neceſſe eſſet poni quedaz ſanabilia
preter ſenſibilia ⁊ autoſanũ.i.per ſe ſanuz. Quod autem neceſſe ſit eſſe ſbas ma-
mathematicas intermedias videt̃ ꝙ geometria cōſiderãs magnitudines ſenſibiles
⁊ corruptibiles corrũperetur corruptis magnitudinibus ſi non eſſent magnitudines
mathematice ſeparate. Preterea nec ea que dicũtur in aſtrologia de motibus et
reuolutionibus corporuz celeſtium vera ſunt ſi cōſiderentur in corporibus celeſtibus
ſenſibilibus nec linee ſenſibiles ſunt tales quales dicit geometria nulluz enim rotun
dum ſenſibile tangit lineam ſenſibilem puncto.vnde dicit bene pictago.redarguens
geometras ꝙ nec mot9 nec reuolutiões celi tales ſũt q̃les illi d qbus aſtrologia loq̃t
nec aſtra hñt naturã puncti. Sũt aũt quidã ponētes predicta mathematica inter
media tamen non ſeparata a ſenſibilib9 ſed in ipſis in quibus accidunt impoſſibila.
Si enim huiuſmodi intermedia in ſenſibilibus ſunt:eadem ratione et ydee erunt
in eis cum vtraqꝫ ſint ingenerabilia et incorruptibilia. Preterea duo corpora e-

runt in eodem loco ſcilicet mathematicum et naturale ſenſibile. Preterea illa in
termedia ponuntur immobilia quia non erit poſſibile ſi ſint exiſtentia in ſenſibilibus
que mouentur. Preterea ſi ſunt corpora mathematica diuerſa realiter a ſenſibili
bus et tamen exiſtẽtia in ipſis eſt aliquod celuz diuerſum a celo ſenſibili. non tamen
exiſtens extra ipſum ſed in eodem loco cum ipſo quod eſt impoſſibile. De his ergo
quomodo veritatem habeant multa eſt dubitatio.

Capituluz ſeptimuz quod ſic incipit. Et de principijs vtrum oportet per
generari et cetera. Inueſtigat vtrum genera magis ſint ponenda principia
entium ꝙ̄ ea ex quibus ſunt entia et inſunt in factis ſicut materia ⁊ forma.

A ex quibus prius ſunt res videntur eſſe magis principia ꝙ̄ genera ſicut prĩ
cipia vocis ſunt ea ex quibus componuntur ut littere et ſyllabe ⁊ non vox que
eſt genꝰ vocis. Preterea deſcriptionum geometricaruz ea dicimus ele-
mẽta quorum demoſtrationes inſunt demoſtratiõibus poſteriorũ. Preterea natu-
rales dicẽtes vnum ⁊ plura eſſe elemẽta ex quibus conſtãt entia dicũt ea principia re
rum ſicut empedꝰ. quattuor elemẽta dixit eſſe principia exiſtentiuz. nec dixit ea eſſe ge
nera rerum. Preteterea ſi quis conſideraret artificialia ut lectuz: tunc cognoſcet
eorum naturam q̃ndo ſpeculatur ex quibus partibꝰ ⁊ quomodo compoſitis conſtãt.
Hec igitur ſunt rationes ex quibus apparet genera non eſſe principia exiſtentium ſ3
ea ex quibus ſunt cum inſunt. Si aũt intelligamus ꝙ eadem ſunt principia eſſen
di ⁊ cognoſcendi. videbitur ꝙ genera ſint principia exiſtentium. nam vnumquodqz
cognoſcimus per diffinitionem cuius principia ſunt ipſa genera ⁊ ideo neceſſe eſt ge
nera eſſe principia diffinitorum. Preterea tunc habetur ſcientia de re quãdo ſci
tur ſpecifica ratio eius principia autẽ cognoſcendi ſpecies quid ſunt: ſunt genera.
Preterea dicẽtes vnum aliud ens magnum aut paruũ eſſe elemẽta rerum entium
videntur eis vti tanꝙ̄ generibus. nec poteſt dici ꝙ vtraqz ſint principia ſcilicet ea ex
quibus ⁊ genera. ratio enim ſubſtãtie cuiuslibet diffinitiua eſt vna. diffinitio aũt aſſig
nata per genera ⁊ per ea ex quibus res eſt erit diuerſa et ita eiuſdez eſſent diuerſe dif
finitiones ſubſtãtiales.

Capitulum. viij. quod ſic incipit: ad hec autem ſi qua maxima principia.
Inquirit diſputatiue vtrum exiſtentium principia magis ſint ponenda ge-
nera ꝓma aut ſpecies vltime que ĩmediate predicãtur de indiuiduis.

Uod ãt genera ꝓma nõ ſint rerũ ꝓncipa videntur. Si enĩ magis ſunt ꝓncipia
qa ſũt magis vniũſalia ſeq̃tur ꝙ ſuprema genera q̄ dicũtur de oĩbꝰ inferiori
bꝰ erũt genera prima ita ꝙ tot ꝓncipia erũt entiũ quot ſũt genera ꝓma. Seq
r̃ etiaz ꝙ ens ⁊ vnum que dicũtur de omnibus exiſtẽtibus ſint rerum principia ſubſtã
tialia ⁊ prima genera hoc autez ſt impoſſibile quia neceſſe eſt differentias cuiuſlibet
generis ſic eſſe determinatas infra genus ꝙ ipſum non predicetur de differentijs ꝓ
prijs niſi prout ſunt in ſpeciebus. Si igitur vnum aut ens eſt genus: nulla diffe-
rentia ipſoruz eſt nec vnum nec ens et quia hoc eſt impoſibile ideo ipſa non ſunt ge-
nera nec principia. Preterea ſi vniuerſalia inquantum vniuerſalia ſunt genera
et per hoc principia omnia intermedia inter generaliſſimum et indiuidua erunt ge-
nera. quod falſſum eſt. quia differentia et ſpecies vltime non ſunt genera. Pre-
terea ſi omnia vniuerſalia ſunt principia magis erunt principia vniuerſalia propin-
quiora rebus exiſtentibus quam longinquiora et cum differentie ſpecifice ſint vniuer

vniuerſales ⁊ magis propinque exiſtentibus magis erũt principia ꝙ genera. cum e nim differentie vltime ſint quaſi infinite ut ſic dicam principia entium erunt infinita. hoc autem inconueniens non ſequitur ſi ponatur genus primuꝫ eſſe principiuꝫ. Qꝺ autem ſpecialiſſimum magis ſit principium ꝙ genera probatur ſic. magis hꝫ naturam principij quod magis ẽ vnuꝫ. tale autem eſt quod magis indiuiſibile. In diuiſibile vero dupliciter dicitur ſcꝺm quãtitatem ⁊ ſecundum ſpeciem talia autem nõ ſunt genera cum diuidãtur in ſpecies. ſed vltimum quod predicatur de indiuiduis ſcilicet ſpecies ſpecialiſſima eſt vere vnuꝫ cum non diuidatur in aliãs ſpẽs homo enim non eſt genꝰ aliquorum hominuꝫ ſpetie differentium. Preterea in quibus eſt ꝑus ⁊ poſterius non eſt aliquid vnũ preter ipſa in quibus ẽ prius et poſterius verbi. g. quia vna ſpecies numeroruꝫ ẽ prior alia: non aliquis numerus preter ſpecies numerorum. ſimiliter nec aliqua figura preter ſpecies figuraruꝫ. in quibus autem non eſt prius aut poſterius in eis eſt aliquid comune preter ipſam que ẽ quaſi ſola cõtinens iferiora ita ꝙ ipſoruꝫ eſt genus comune preter ſpecies inferiores. ⁊ de numero horuꝫ maxime videntur eſſe genera q̃ ponunt principia entiuꝫ. Indiuiduis vero non eiuſdem ſpeciei non eſt hoc prius ⁊ illud poſterius ⁊ ideo ſpecies ẽ magis principiuꝫ ꝙ aliud vniuerſale. Preterea quãdo aliquid eſt melius et aliud vilius: qꝺ eſt melius ſemper eſt prius ſed ſpecies ẽ melior genere cum ſit perfectior. ergo prior eſt ipo et ſic principiũ. Ex his igitur ſpecialiſſima videtur eſſe magis principia ꝙ genera. Cõtra principium poteſt eſſe preter res quarum eſt principium ⁊ ſeparari ab eis ſpecies aũt non poſſunt eſſe preter ſingularia. nam principia non videntur eſſe niſi illa que vniuerſaliter predicãtur de multis ſpecie differẽtibus. qꝺ ſi verum eſt: magis ſunt ponenda principia que magis ſunt vniuerſalia qualia ſunt genera prima.

Capituluꝫ. ix. qꝺ ſic incipit: eſt aũt habita his dubitatio ⁊ c̃. Inueſtigat diſputatiue vtrum ſit aliquod vniuerſale ſeparatum a ſingularibus et vtrum ſit aliqua forma ſeparata conſenſibilibus.

Uedam dubitatio conueniẽter ſe habens ad precedentem difficilis et neceſſaria eſt ex qua precedens ſumpſit origineꝫ ſcilicet vtrum ſit aliquod vniuerſale ſeparatuꝫ a ſingularibꝰ. videtur ꝙ ſic quia cum ſigularia ſint infinita: nõ erit de eis ſciã. in tantum enim ſcimus in quantuꝫ eſt aliquod vnuꝫ vniuerſale commune multis. Contra ſi eſt neceſſe ponere aliquod preter ſingularia neceſſe eſt eſſe quedam vniuerſalia ſeparata et hoc aut ſpecies vltimas aut genera prima quorum vtrunqꝫ impoſſibile eſt ſeparatum eſſe a ſingularibus vt in precedenti dubitatione dictum eſt. Alia dubitatio eſt ſi aliqua forma preter ſingulare ſimul aggregatuꝫ ſit ſeparata a toto ſimul vtrum hoc ſit reſpectu omnium ſingulariuꝫ. aut reſpectu quorundam et quorundam non aut reſpectu nullius. videtur ꝙ preter ſingularia ſit aliqua forma ſeparata. quia cum ſingulare compoſituꝫ ex materia et forma non ſit intelligibile ſi non eſt aliquod preter ſingularia nichil erit intellectuale ſed omnia erũt ſenſibilia et nullius erit ſciẽtia. niſi dicatur ſenſum eſſe ſcientiam. hoc autem impoſſibile eſt. Preterea omnia ſenſibilia corrumpũtur et mouentur et ideo ſi nichil eſt ꝑter ea non eſt aliquod ſempiternuꝫ nec immobile. Sempiternum autem aliquod eſſe probatur tripliciter. Primo quia impoſſibile eſſet generationem eſſe ſi nichil ẽ ſempiternũ. In generatione eniꝫ eſt aliquid qꝺ fit cuꝫ generatio nõ fit ex nõ ente ita ꝙ nõ põt procedi in infinitũ. ex ꝑte illiꝰ ex quo fit. ſꝫ oportet dari vltimũ qꝺ ſit ige

fit.ſed opoꝛtet dari vltimum quod ſit ingenituʒ et incoꝛuptibile et per cōſequens.
Secundo ſi omnis generatio et motus habent aliqueʒ finem ita ꝙ impoſibile eſt ge
nerari quod impoſibile ē eſſe factum.quod autem generatuʒ eſt neceſſe eſt eſſe quā-
do pꝛimum factum eſt.id aūt ex quo fit pꝛimuʒ generatuʒ opoꝛtet eſſe ingenituʒ et ſic
ſempiternum. ; Tertio ſic ſi pꝛima materia ē ſempiterna quia ingenita eſt rōnabile
eſt foꝛmam eſſe quādo illa fuit cum materia ſit per foꝛmaʒ.Si aūt neutrum ipſoꝛum
ſempiternum eſt nichil erit omnino qđ eſt impoſſibile.neceſſe igitur eſt eſſe foꝛmam
pꝛeter ſimul totum.i.pꝛeter ſingulare compoſituʒ ex materia ⁊ foꝛma. Contra ſi
ponatur foꝛma ſeparata pꝛeter ſingularia dubitabit in quibus ſingularibꝰ hoc pona
tur et in quibus non:cuʒ ſit manifeſtuʒ non poſſe hoc poni in omnibus non enim eſt
aliqua domus pꝛeter ſingulares.

Capituluʒ.x.quod ſic incipit:ad hec aūt vtrum ſubſtātia vna et cͭ.Inqui-
rit diſputatiue vtrum ſit vna foꝛma ſubſtātialis omnium entiuʒ et vtrum ſint
eadem pꝛincipia omnium.

Si ſit omnium vnam foꝛmam ſubſtātialem et omniū hominum vnaʒ huma
nitatem impoſſibile eſt ſequeretur enim ꝙ ea quoꝛuʒ ē vna foꝛma non erunt
vnum ſed multa ⁊ in differentia.qđ eſt irrationabile.Pꝛeterea quando ma-
teria fieret pꝛopꝛia cuilibet ſingulari ſi omnium ipſoꝛum eſſet vna foꝛma non poteſt o
ſtendi.nam ex materia ⁊ foꝛma cōſtat vnumqđqʒ ſingulare. De pꝛincipijs etiam
entium vtrum ſint eadem vel diuerſa numero dubitatur.nam ſi non ſunt eadem nu-
mero:nec erit vnum numero cuʒ ad idemptitatē rei exigatur idemptitas pꝛincipioꝛū
Pꝛeterea nulluʒ erit bonuʒ nec ens ſed quodlʒ erit plura entia ⁊ ita vnum non e
runt.Pꝛeterea ſi non eſt aliquod vnum in omnibus non eſt aliqua ſcīa de eis.quia
ad vnitatem ſcie reqritur vnitas ſcibilis. Contra ſi pꝛincipia entium ſunt vnuʒ nu
mero ⁊ non vnum ſpe.dico aūt vnum ſpecie quemadmodum diuerſaruʒ ſyllabarum
poſunt eſſe eedem littere eedem ſpecie diuerſſe numero nichil erit aliud pꝛeter elemē
ta ⁊ pꝛincipia quod enim eſt vnuʒ numero eſt vnuʒ ſingulare et ecōuerſo vniuerſale ve
ro eſt quod in ſingularibus ē.itaqʒ ſi omnia pꝛincipia eſſent vnum numero ex eis nō
fieret niſi vnum.⁊ ſic non eſſent plura pꝛincipia tanꝙ pꝛincipia.v.g.ſi elemēta uocis
eſſent vnum numero neceſſe eſſet totꝰ ⁊ non plures eſſe ſyllabas ſeu dictiones compo
ſitas ex eis quot ſunt littere.

Capitulum.xj.quod ſic incipit:non minoꝛ aūt dubitatio et cͭ. Diſputat v
truʒ coꝛruptibilium ⁊ incoꝛruptibilium ſint eadem pꝛincipia vel diuerſa.

Et videtur ꝙ non eadem quia cum eoꝛundem pꝛincipioꝛuʒ ſint ijdem effectꝰ
ſi ſint eadem pꝛincipia non poterit reddi cauſa pꝛopter quaʒ quedam pꝛīcipia
ta ab eis ſunt incoꝛruptibilia quedam non coꝛruptibilia Eſiodoꝛus tamen ⁊
pꝛioꝛes theologi quādaʒ rationem dederunt per qam ſatisfecerūt ſibi ipſis ⁊ non no
bis.dicūt enim deos eſſe pꝛincipia ⁊ illa pꝛincipiata ab ipſis q̄ non guſtauerūt nectar
et manna cauſas incoꝛruptibilium coꝛruptibilia eſſe facta qui vero non guſtauerunt
incoꝛruptibilia permāſerunt. In quoꝛum dicto palam eſt ꝙ dicendo nectar et mā
na cauſas incoꝛruptibilium vſi ſunt nominibus eis notis.et ſupra noſtrum intellectū
non tamē rationabiliter.nam ſi nectar et manna debēt eſſe neceſſaria rebꝰ ad dele-
ctationē nō ſunt cauſa eſſendi icoꝛruptibilis cuʒ delectatio pꝛeſupponat eſſe.Si vero
pꝛopter exiſtere pꝛedicta ſunt cauſa rerum nō poterunt eſſe ſempiterna cum egeant ci
bo. Sed de fabuloſe loquentibꝰ nō cōuenit ſtudioſe intēdere a dicentibꝰ vero rō

nabiliter oportet querere quare ex eiſdem principijs: q̄dam ſempiterna. quedam vero corruptibilia ſunt. quia ſi non reddatur ratio huius diuerſitatis: non videtur rationabile eſſe eadem principia predictorum. Exiſtimabit aūt aliquis empedo. cauſaʒ manifeſtam dicere quare quedam corrumpūtur. ponit enim quoddaʒ principiuʒ. ſ. odiū cauſam corruptionis. Cuius opinio primo inconueniēs eſt quia ex eius dictis reperitur ꝙ odium non tantum eſt cauſa corruptionis ſed etiam generatiōis. dicit enim ex odio generari omnia q̄ fuerūt ſunt et erūt preter deum ita ꝙ per odium diſgregauit ea que erant mixta arbores pululłarunt viri ⁊ femine beſtie vultures et piſces et etiam dii longeui diſtincti ſunt ⁊ breuiter ſi odium non eſſet in rebus: omnia eſſent vnum. quādo enim res conuenerunt in vnum ſoluʒ odium quaſi deuictum iſtabat vltimum .i. ſeparatuʒ ab eis. Secundo accidit eis incōueniens ꝙ ex eius dictis ſequitur deum feliciſſimum minus prudenteʒ eſſe ceteris. quia non cognoſcit omnia principia. dicit enim empedo. noticiam rei haberi per ſimile ut terraʒ cognoſcimus per terrā cuʒ ergo deus non habeat odium non poterit habere noticiam de ipſo ⁊ ſic ignorabit vnum principiorum. Tertio incōuenienter loquit quia ſicut accidit ei odium non tantum eſſe cauſam corruptionis entium ſed etiam generatiōis ipſorum: ſic ei accidit ꝙ amor non eſt tantum cauſa exiſtendi reʒ ſed etiam deſtruēdi. quia colligēdo multa ex quibus facit vnum: corrumpit ea ex quibus hoc facit. iiij. iſufficiens eſt eius opiniō. quia non dicit cauſam quare incipit agere ad corruptionem ſed ſoluʒ ꝙ ſic aptum natum eſt. dicit enim ꝙ in membris animaliuʒ ⁊ plantarum eſt odium aptum natum ſeparare ipſa abinuicem. ita ꝙ paulatim ſeparādo tendit ad honorem .i. ſeparationem q̄ eſt ſua victoria. ⁊ determinato tpre diſſoluit ſacramentum mutabile .i. armoniam diſſolubilem membrorum et ſic tranſmutat res. ipſe tamen empe. nullaʒ reddit cauſaʒ huius neceſſitatis. Quinto eius opinio non eſt ad propoſitum quia licet apparēter reddat cauſam corruptiōis entium: non tamen dicit quare quedam ſunt corruptibilia q̄daʒ non. immo oīa facit corruptibilia preter elemēta. preſens tamen dubitatio q̄rit cauſaʒ propter quaʒ ex eiſdeʒ principijs quedam ſunt corruptibilia q̄dam incorruptibilia. ꝙ igitur entiū non ſint eadē principia tot dicta ſunt. Si vero diuerſa principia ſūt dubitaꝛ vtrū oīa ſunt incorruptibilia aut corruptibilia. Corruptibilia eſſe nō poſſunt quia eſſent ex aliquibus eo ꝙ omnia corrumpuntur in ea ex quibus fiunt ſi enim eſſent ex aliquibus non eſſent principia cum alia eſſent eis priora. principijs aūt non ſunt alia priora ſiue ſit ſtatus in eis ſiue procedatur in infinitum. Preterea principia oportet ſemper manere cum ergo corruptibilia deſtruantur non ſunt principia. nec poſſunt eſſe incorruptibilia quia ex eiſdem incorruptibilibus exiſtentibus irrationabile videtuꝛ quedam fieri corruptibilia q̄dam incorruptibilia. hoc enim eſt impoſſibile aut eget multa conſideratione. Preterea nullus dixit principia entium eſſe diuerſa, ſed eadem tamen procedentē dubitatiōem concedunt ſupponentes identitatem principiorum tanꝙ aliquid vnum verum.

Capitulum .xij. quod ſic incipit: omnium autē ad conſiderādum et c̄. diſputat vtrū ens ⁊ vnum ſint ſubſtātie rerum ſicut dixerūt tam platonici ꝙ pictagorici vel ſunt aliud ab eis ſicut dixerūt phiſici naturales.

Vter omnia difficilia ad conſiderādum ⁊ neceſſaria ad virtuteʒ cognoſcendam eſt vtrum ens ⁊ vnum ſint ſubſtātie eorum que ſunt aut alterum ab eis quaſi quedam natura ſubiecta altera a rebus. plato enim ⁊ pictagorici dicunt ens ⁊ vnuʒ ideʒ eſſe rebus exiſtentibus tanꝙ ſubſtātia naturales dicūt ea eſſe aliquid

aliud ab exiſtentibus ſicut empedocles dicit amorem eſſe vnum ⁊ principium quia ē
cauſa vnitatis omnibus que ſunt vnum. Alij sutem naturales dicunt vnum eſſe sli
quid natursle ex quo fiunt res et ita vnum eſt ſicut principium rerum ⁊ non eſt ſubſtā
tia ipſarum et h oc dicunt tam hi qui faciunt plura principia materialia ꝙ̄ hi qui faciūt
vnum. Quod autem ſint ſubſtāne reruz ens ⁊ vnuz videtur. ſi enim nō ſunt ſubſtā
tia entium nullum vniuerſale erit ſubſtātiale exiſtentibus cum ens et vnum maxime
vniuerſalis ſint et ſic ſequitur ꝙ preter ſingulsria nulluz ſit ſubſtantia. Preterea
ſi vnum non eſt ſubſtautia: nec numerus eſt ſubſtantia rerum. Quia numerus eſt
quedam vnitates. vnitas quidem maxime vnum eſt. Si aūt ens et vnum eſt aliquid
oportet quodlibet ipſorum eſſe ſubſtanñaz exiſtentium cum ipſa ſola ⁊ non alia vni-
uerſaliter predicetur de omnibus exiſtentibus. Contra ſi ens ⁊ vnum ſunt ſubſtā
tia rerum ſicut quicquid ē diuerſuz sb ente ē non ens: its quicquid eſt diuerſuz ab vno
eſt non ens ex quo ſequitur ꝙ omnis ſunt vnuz ens ſicut dixit permenides. vtrobiqꝫ
itsqꝫ accidit difficultas. nam ſi vnum non ſignificat ſubſtātiam nec numerus qui con
ſurgit ex ipſo eſt ſbs entium ſicut dicūt platonici ⁊ pictagorici. Si aūt vnum eſt ſubſtā
tia quicquid eſt preter vnum eſt non ſubſtāñа. numerus aūt qui eſt quedam multitu-
do eſt preter vnum ⁊ ſic non eſt ſba. omnia enim entia aut ſunt vnum aut multa quo
rum vnumquodqꝫ eſt vnum ⁊ ſic multitudo per ſe non eſt vnum. Preterea ſi ve
rum eſt dictuz zenonis ꝙ ens ⁊ vnum in quantuz cōuertunť ipſum vnuz non dicit a
liquam entitatez. quod enim additum alteri non fscit ipſum maius: nec sblatum fa-
cit minꝰ: ē nichil. talis aūt ē vnitas ſič ⁊ punctuz nō aūt linea qꝛ sddita alicui facit ma
ius ſcđz lōgitudinē ſfficies ſcđz lōgitudinē ⁊ latitudnē. ſz hec ratio ſophiſtica eſt. quia
non aliud eſt aliquid qđ sdditum slteri facit magis continuatiue ſed etiam qđ facit
plus naturaliter ⁊ diſcretiue talis autem eſt vnitas q̄ sliquibus addita facit plurs.
Relinquitur tamen dubitatio quomodo ex vnitate vna sut pluribus ſit magnitudo
ſimile enim videtur magnitudinem eſſe ex vnitatibꝰ ⁊ linesm ex punctis. Et ſi dica-
tur ꝙ numerus ſit ex vnitate . quodam alio non vno qđ vocatur inequalitas partici-
pstionis ex parte eorum q̄ participāt vnitstez nichilominus querendum eſt propter
quam canſam ⁊ quomodo ex ipſis ſit aliquando numerꝰ aliq̄ndo magnitudo. non e
nim eſt manifeſtū quomodo ex vnitate ⁊ in qualitate msgnitudines fiant.

Capitulum. xiij. quod ſic incipit. his aūt habita dubitatio et cͭ. Diſputat v
truz corpora ſuperficies linee ⁊ pūcta ſint ſubſtātie rerum vel non.

Ideꝗ ꝙ predicta ſint sliquid . quia ſi non nichil aliud videtur poſſe poni ſbaz
paſſiōes enim motus reſpectus diſpoſitiones ⁊ ſimilia nullius ſbaz ſignificāt
cum ſint accidentia que dicuntur de sliquo ſubiecto nec ſignificāt hoc aliquid
ipſius. Et elemēta ut ignis aer aqus ⁊ terra ex quibns cōſtsnt corpors cōpoſits viden
tur maxime ſbaz ſignificare et qꝛ qualitates ipſorum non ſunt ſuſtētie relinquiť corpꝰ
ipſorum cuius q̄litates ſunt pſſiones ſolum eſſe ſbaz rerum cum in eis nō ſit niſi cor
pus ⁊ qualitates. Si aūt corpus eſt ſubſtātia magis ſuperficies erit ſba et linea ma-
gis ꝙ̄ ſuperficies ⁊ punctus atqꝫ vnitas magis ꝙ̄ lines. dico aūt hec omnia msgis eſ
ſe ſbam ꝙ̄ ſit corpus qꝛ his diffinitur corpus et etiam qꝛ hec poſſunt eſſe ſine corpore
corpus āt vero impoſſibile eſt eſſe ſine his ⁊ ideo multi priores putsntes corpus eſſe
ſbaz entium ⁊ alia eſſe paſſiones eius dixerūt principia corpoꝝ . ſ. ſuperficiez et cͭ. eſſe
principia entium ꝙ̄uis poſteriores et ſapientiores dixerunt numeros ſubſtātiaruz re
rum eſſe. videtur igitur ꝙ ſi hec non ſint ſubſtantia ꝙ omnino ſubſtātia non ſit nec ali

quod ens quia non eſt dignum accidentia corporum vocare entia. Contra ſi conceſſum eſt lineas ⁊ puncta magis eſſe ſbas entium ꝙ corporum inſenſibiliũ cum ſit in eis tanꝙ in ſubiecto. ergo nullum predictorum eſt ſba. Preterea ratio ſbe diũſa eſt a ratione quantitatis ⁊ demõſtrationis: predicta aũt omnia dimẽſiões corporis ſunt quedaʒ quidaʒ ad latum. quedaʒ ad longum. quedaʒ ad profũdum. Preterea dimẽſiones predicte tali modo ſunt in corpore .ſ. potentialiter quali modo figura eſt in ſolido non elaborato ut in lapide figura mercurij ⁊ in cubo medi9 cubus. figure aũt et medietates que ſunt potentialiter in aliquo ſubiecto nõ ſignant ſbam ei9 ergo nec dimenſiones predicte ſunt ſubſtãtie entium ⁊ per conſequẽs nec corp9 erit ſubſtãtia cum magis ſint ſubſtãtia dimẽſiones ꝙ corpus. Preterea hec eſt natura ſubſtãtie ꝗ prius non ens fit ens per generationem et prius ens fit non ens per corruptionem. quod igitur fit ens ſine generatione ⁊ deſignit eſſe ens ſine corruptione non eſt ſubſtãtia. huiuſmodi ſunt predicta. ex duabus enim ſuperficieb9 fit vna per ſolam cõiunctionem ⁊ ex vna due per ſolaʒ diffinitiõem ⁊ eodem modo eſt in linea et puncto huiuſmodi aũt exemplum patet in nunc reſpectu temporis qꝛ abſqʒ generatione ⁊ corruptione .ſ. per ſolaʒ ſucceſſionem vnum nũc ſuccedit alteri ⁊ ſic vnum nũc fit eus ſine generatione: ⁊ aliud deſignit eſſe ſine corruptione. ⁊ bene exempluʒ hoc ẽ ad propoſitum qꝛ predicte dimẽſiones ita ſe habent ad corpus ſicut nũc ſe habet ad tẽpus quia ſunt termini ⁊ dimẽſiones ſicut nunc determinat tp9 et diuidit.

Capituluʒ .xiiij. quod ſic incipit: omnino vero dubitabit aliquis et cetera.

Diſputat vtrum preter ſenſibilia ⁊ mathematica ſit neceſſe ponere ſubſtãtias ſeparatas que vocantur ydee.

Quod preter ſenſibilia ⁊ mathematica ſit neceſſe ponere ſpẽs videtur. particularia enim eiuſdem ſpeciei tam in ſenſibilibus ꝙ in mathematicis aliquo modo .ſ. numero licet cõueniant ſpecifice ⁊ quia particularia differẽtia numero ſunt ⁊ indeterminata: ideo principia ipſoꝝ non ſunt numerata ꝫ numeruʒ particularium quia eſſent infinita ſicut principia litterarum particulariuʒ non ſunt correſpõdentia litteris ſingularib9 ſed potius ſpecifice differentib9. Si aũt per principia eiuſdem ſpeciei non poſſit certificari hoc ſingulare ⁊ illud qꝛ ſpecies non ponunt perfectã vnitatem ſpecificam littere ſeu vocis non poteſt certificari vnitas huius littere ſingularis vel huius vocis: oportet poni formã vnam numero que ſit ſubſtãtia omniũʒ ſingularium vnius ſpeciei ita ꝙ principia ſbalia entium nõ erunt tot quot ſunt ſingularia in vna ſpecie ſed erit vna ydea omnium ſingulariuʒ eiuſdem ſpeciei que erit vna ſubſtantia numero tamꝙ principium ipſoꝝ et ꝙuis non bene dearticulẽt qui ydeas faciunt tamen hoc volunt dicere quia neceſſe eſt ſcðm eorum dicta eſſe vnam ydeam cuiuslibet ſpeciei q̃ ſbaliter ⁊ non ſcðm accidens dicitur de his q̃ ſunt infra ſpeciem. Contra ſi ponam9 ydeas eſſe principia eadeʒ numero multa impoſſibilia contingunt vt dictum eſt ſupra.

Capitulum .xv. quod ſic incipit: his autem a fine ⁊ cetera. Diſputat vtruʒ principia ſunt quedam entia in potentia vel in actu. ij. vtruʒ ſingularia ſint pͥncipia ſubſtantialia rerum vel vniuerſalia.

Preter predictas dubitationes queritur vtrum elemẽta rerum ſint entia in potentia vel in actu. videtur ꝙ in potentia. potentia enim prior eſt actu qđ autẽ prius illud eſt principium ⁊ bene dico potentiaʒ prioreʒ eſſe actu. quia ab ipſa non conuertitur conſequẽtia non enim ſequitur ſi poſſibile ẽ hoc eſſe ꝗ actu eſt. e conuer

ſo ſequitur .ſ. ſi actu eſt ergo poſſibile eſt eſſe. Contra ſi ſunt principia entia in potētia contingit nullum ens eſſe. principijs etiam non exiſtētibus principiata non ſunt ſi ergo principia ſunt in potentia poſſibile ē ea non eſſe. ſed poſſunt fieri. qđ enī nō eſt ſed poteſt fieri eſt non ens ⁊ ideo ſi principia ſunt entia in potētia: nec ipſa ſunt nec pͥncipiata ⁊ ſic nichil ē ens. Secundo dubitatur vtrū vniuerſalia aut ſingularia ſint ſbalia principia ⁊ videtur ꝙ non vniuerſalia qꝛ ſubſtātia ſignificat hoc aliquid. nullū autē vniuerſale ſignificat hoc aliquid ſed potius aliquid comune. Si aūt dicatur ipꝫ ſignificare hoc aliquid ⁊ ſbam: ſequit̃ ꝙ eiuſdem ſingularis ut ſocratis ſint multe ſbe videlicet homo animal ⁊ ſimilia. Cōtra ſi nulla ſba ē vniuerſalis ſed ſingularis: non erit ſcīa ſbaꝝ cum oīs ſcientia ſit vniuerſaliū ⁊ ideo ſi ſubſtantiarum: debet eſſe ſciētia oportet pͥcipia ſubſtantiarum vniuerſalia eſſe.

Eſt ſcientia quedam q̄ ſpeculatur ens in quantum ens et c̄. Primum capitulum huius .iiij. libri declarat ꝙ ad primū philoſophū pertinet conſideratio entis in quantum ens ⁊ cauſarum entis non obſtante ꝙ ens dicitur multis modis qꝛ inter hos modos eſt analogia ad vnum primū ſcilicet ad ſubſtātiam de qua principaliter ē conſideratio primi philoſophi tanq̄ de primo ēte

Sunt quidam uocati megarici qui dicunt aliquid habere potentiam ſolum quando operatur: et non habere quando non operatur et non hedificantem non poſſe hedificare: ſed hedificãtem poſſe hedificare dicũt: quando hedificat et ſic de alijs. Quibus accidẽtia in conuenientia facile eſt videre. non enim erit hedificator qui non hedificat. quod falſum eſt. quia hedificatorem eſſe eſt potentẽ tem eſſe hedificare. et ſimiliter eſt in alijs artibus. Preterea impoſſibile eſt acquirere artes non diſcẽdo aliquãdo vel inueniendo: impoſſibile eſt eas perdere non abiciendo: aut obliuione: aut paſſione: aut alteratione: cauſata a tempore. non enim corrumpuntur re artificiali corrupta. Si quidem potentiam non habet quando actu nõ agit: quando quis ceſſabit agere perdet artem. et quando incipiet agere acquiret eaꝫ. Et ſic ars acquireretur ſine ſtudio et perderetur ſine abiectione. Preterea in rebus inanimatis nichil eſt frigidum nec calidum nec dulce nec omnino ſenſibile niſi actu ſentiatur. et ita entia erunt talia qualia apparent ſenſui: vt dixit pictagoras. Preterea nulla res habebit ſenſum niſi actu ſentiat: itaqꝫ non videns non habebit potentiam viſiuam. Si quidem non habens viſum aptum tamen habere. et quando aptum natum eſt eſt cecum: idem eodem die ſepe erit cecus et videns. Propter quod priuatum potentia eſt impoſſibile. ſi quidem idem eſt actus et potentia ꝙ non ſit actu: impoſſibile eſt fieri. et etiam impoſſibile factum eſſe. Ita ꝙ dicẽs ipſū eſſe aut futurum mentietur. nam impoſſibile hoc ſignificat ſcilicet non eſſe nec poſſibile eſſe. hec ergo opinio aufert motum et generationem ꝙ ſecundum ipſam ſtãs ſẽper ſtabit et ſedens ſedebit nec ſurget. quia impoſſibile erit ſurgere: cum non habeat potentiam ſurgendi. Si ergo hec vera non ſunt: palam quia potentia et actus ſũt altera et non idem: ſicut dicit dicta opinio deſtruens non paruum aliquid: ſed multa entia. quare dicendum. quod aliquid eſt poſſibile eſſe ꝙ actu non eſt. et poſſibile non eſſe quod actu eſt. et hoc tam in ſubſtantia ꝙ̃ in alijs cathegorijs.

Capitulum. iiij. quod ſic incipit: eſt autem impoſſibile hoc. Diffinit quid eſt poſſibile oſtendit etiam ꝙ nomen actus venit ex motibus et ꝙ poſſibili nõ repugnat actus eſſendi et ꝙ conſeqñs eſt poſſibile ſi antecedens eſt poſſibile.

Est autem poſſibile illud cui ſi ſteterit actus cuius dicit̃ hr̃e potẽtiam nichil erit impoſſibile vt poſſibile eſt ſedere cui ſi ineſt ſedere: nichil erit impoſſibile. ꝛ ita de alijs poſſibilibꝰ. Venit ãt nomen actus ad alia de qbꝰ dicit̃. ſ. ad for-

mam et ad eſſe et ad agere principaliter ex motibus. quia motus maxime videtur actus eſſe. vnde ſi non aſſignatur motus non exiſtētibus: ꝙuis eis aſſignētur alie rationes entium quomodo dicitur ꝙ non entia ſunt intellectualia et cōcupiſcibilia. non autem dicūtur mota: quia non entia actu eſſent non entium enim quedam ſunt potētia actu vero non ſunt. Si autem poſſibile eſt illud quod dictuꝫ eſt ſcilicet cui ſequitur eſſe: manifeſtum eſt ꝙ poſſibile non eſt illud quod nullo modo erit. qui enim hoc dicunt eſſe poſſibile: idem faciunt poſſibile et impoſſibile vt fugiāt impoſſibilia eſſe diuerſa a poſſibili. verbi gratia ſi quis dicat diametrū poſſibile commēſurari coſte: licet commenſuretur falſuꝫ dicit. quia hoc eſt impoſſibile: cum non poſſit eſſe vel fieri. poſſibile autem omne nichil prohibet eſſe vel fieri dictum eſt enim ꝙ poſito poſſibili ineſſe nichil erit impoſſibile. nam poſſibile actu eſſe poteſt falſum eſſe. non tamen eſt impoſſibile. non enim idem ē falſum et impoſſibile. ſicut ſedentem ſtare falſum eſt: non tamen impoſſibile. Similiter etiam palam ex dictis ꝙ ſi antecedēs eſt poſſibile ⁊ cōſequēns neceſſe eſt poſſibile eſſe. ſi enim conſequēs eſt impoſſibile antecedēti exiſtenti poſſibili poſito antecedēte: nichil prohibet poni conſequens: immo neceſſe eſt ipſū poni. ſed dicebatur ipſum eſſe impoſſibile. et ſic impoſſibile erit poſſibile. et ideo ſi antecedens eſt poſſibile. et conſequens ſimiliter. et ſi cōſequens eſt impoſſibile. et antecedens eſt impoſſibile. et quia ſic ſe habent: ideo ſi antecedens eſt neceſſe eſt et conſequens eſſe et ex neceſſitate poſſibile eſt conſequēs: ſi impoſſibile ſit antecedens. nam poſſibile hoc ſignificat ꝙ eo modo atqꝫ eo tempore quo poſſibile eſt antecedēs poſſibile eſt conſequens.

Capitulum .v. quod ſic incipit: omnibus autem potētijs. Declarat ꝙ potentie naturales precedūt actus: acquiſite vero fiunt per actum. et ꝙ potētie rationales ſunt in reb9 animatis irrationales tam in animatis ꝙ in nō animatis et ꝙ irrationales ſtatim agunt actiuo approximato paſſiuo. rationales autem non ſemper nec ſimul agunt duo contraria licet ſit cōtrariorum.

Omnibus autem potentijs exiſtētibus altero trium modorum. his quidem cōnatis: vt ſenſibus. his autem conſuetudine: vt potentia ſtulādi. alijs diſciplina: vt potentie artium: illas quideꝫ que conſuetudine aut diſciplina ſunt: neceſſe eſt habere propter actum exercicij. connaturales autem quales ſunt ille que conſiſtunt in pati: vt ſenſitiuas non eſt neceſſe acquiri per actus. Quoniam auteꝫ poſſibile reſpectu alicuius eſt poſſibile non quocumqꝫ modo ſed determinato tempore ac ſub debita proportione et cum alijs conditionibus neceſſarijs ad eius diffinitioneꝫ. Potentiarum autem quedaꝫ poſſunt mouere ſecūdum rationem et ſunt rationales et iſtas neceſſe eſt eſſe in re animata. quedam vero irrationabilia mouere poſſunt et horum potentie irrationales ſunt que poſſunt eſſe tam in animatis ꝙ non in animatis iſtarum vnaquaqꝫ eſt factiua vnius tantum ſicut calefactiua calefacit ſolum. Rationabilium autem quodlibet contrariorum eſt non tamen facit ſimul duo cōtraria quia aliud principium concurrit ad actionem ipſius ſcilicet appetitus vel electio voluntatis et ideo potentia rationalis approximato paſſiuo illud ſoluꝫ de duob9 contrarijs faciet ꝙ appetit9 aut volūtas pricipalr̄ deſiderabit ꝗre omne potēs potētia rationali id faciet tantū ꝙ pricipaliter deſiderabit ſi habet tunc potētiam reſpectu eius hēt

autẽ potentiam paſſiuo preſente, taliter enim ſe habente facere poteſt et non habente
non poteſt nec oportet ad hoc addere nullo exteriorum prohibente habet eius poten
tiam quando habet eam vt potentiam faciẽdi ad quam habendam concurrent debi-
te conditiones per quas excluditur quodcumqꝫ exterius prohibens quia prohibẽtia
remouent aliquam vel aliquas de conditionibus. Similiter propter iſtas condi-
tiones habentes potentiam rationabilẽ non poſſunt ſimul facere duo contraria etiã
ſi vellent aut appeterent ſimul facere ipſa quia non habent potentiam ea faciẽdi ſimꝉ.

Capitulum. vj. quod ſic incipit: quoniam autẽ de potẽtia. Declarat quid
eſt actus et manifeſtat duplicem diuiſionem rationis.

Quoniam dictum eſt de potẽtia que concernit motum: determinemꝰ quid eſt
actus et quale quid eſt nam ex diffinitione eius ſimul erit manifeſtum ꝙ non
ſolum dicitur poſſibile ꝙ aptum natum eſt mouere aliud vel moueri ab illo ſi
ue ſimpliciter ſiue alio modo: ſed etiam alteri dici poſſibile reperiemus determinãdo
de actu. Eſt autem actus rem exiſtere alio modo ꝗ in potentia. dicimus autem
mercurium eſſe in ligno in potentia anteꝗ formetur ex ligno figura mercurij. in actu
autem quãdo formata eſt. Et ſcientẽ non actu ſpeculantem dicimus potentem con
ſiderare: ſpeculantem autem quando actu conſiderat eſſe in actu ſpeculationis.
Quod autem nunc dictum eſt: manifeſtũ eſt introductione ſingularium. non enim o
portet cuiuslibet rei querere diffinitionem: ſed ſufficit adducere aliquid proportiona-
le ad manifeſtationem eius quod dicitur. actus quidam ad potẽtiam ſic ſe habet: ſicut
hedificans ad hedificabile. vigilans ad dormiẽs. videns ad claudens occulos ⁊ ha-
bens potentiam videndi. elaboratum ad illaboratũ et ſimilia: in quibus alterum di
cit actum et alterum poſſibile. Dicuntur autem actu non omnia eodem modo
ſed quedam in habitudine huius ad hoc vt motus ad potentiam actiuam: quedã ve
ro in habitudine huius in hoc: vt forma que eſt actus ſe habet ad materiam in forma
aliter etiam dicuntur in actu eſſe infinitum vacuum ⁊ ſimilia. hoc enim contingit ali-
quando eſſe in actu non commixto potentia ſicut hoc viſibile aliquando videtur. Infi-
nitum autem non contingit aliquãdo eſſe in actu ſimpliciter: quia ſemper eſt in aliquo
actu in mixto potentia. diuiſio enim continui non ſeparatur a potentia. que quidem
ſunt actu et quid et quale ſit actus: ex his omnibus eſt manifeſtum.

Capitulum. vij. quod ſic incipit: quando quidem potentia eſt vnum. De
terminat quando poteſt dici aliquid eſſe in potentia ad aliquid ⁊ ꝙ illud quod
immediate eſt in potentia ad illud predicatur de ipſo denominatiue ſicut paſ-
ſiones de ſubiecto.

Quando aliquid eſt in potentia et quando non: determinãdum eſt. non enim
quodlibet eſt in potentia ad quodlibet. ſicut terra proprie non eſt in potentia
homo: niſi fiat ſperma. ſed nec hoc ſimpliciter eſt potẽtia homo. Eſt qui
dem aliquid potentia aliud: quando vna tranſmutatione poteſt deduci ad actum. ni-
ſi ſit exterius prohibens. illud enim potentia ſanum quod a medicina vel a fortuna
vna actiõe ſanabiꝉ. illud ẽ in potẽtia artificiatũ vel aliud factibile ab intellectu: ꝙ quã
do uolitum fuerit ⁊ ꝑ ſolũ agẽs volẽs ex potentia deduciꝉ ad actũ niſi ſit exterius pro
hibẽs vniuerſaliꝉ ꝗ illud ẽ potẽtia aliud qđ vnica factiõe pȏt deduci ad actũ illiꝰ: nullo
exterioꝝ ꝓhibẽte ſiue ꝑncipiũ gñoiſ ſit extriſicũ vt in artificialibꝰ. ſiue ĩtrĩſecꝰ: vt ĩ natu

ralibus. et quia ſperma debet trāſmutari in aliud puta in embrionem an teq̄ ex ipſa fiat homo: ideo nondum eſt potentia homo. quando vero de ductū eſt ad aliquid: quod perſuum principium tale eſt q̄ ex ipſo immediate poteſt fieri homo: hoc eſt potentia homo. et ideo non ſunt potētia ad aliquid ea que agunt altero principio ad hoc quod ex ipſis poſſit fieri illud. ſicut terra non eſt potētia ſtatua: quia eget permutari in es ex quo immediate fiet ſtatua. Videtur autem illud ex quo fit tanq̄ ex potentia propinqua dici de eo quod fit ex ipſo non formaliter ſed denominatiue vt archa dicitur non lignum: ſed lignea et lignum dicitur non terra: ſed terreuz. et ſimiliter terra ſe habet ad illud quod immediate eſt in potentia ad ipſum. ſemper enim illud eſt potentia ſimpliciter quod poſterius eſt reſpectu eius quod fit ex ipſo. vt archa ſe habet ad lignū et non ad terram. vnde non dicitur terra vel terrea: ſed lignea. quia hoc eſt potētia archa et eius materia tam vniuerſaliter q̄ particulariter. arche enizz vniuerſaliter ſumpte materia eſt lignum in communi: huius vero arche materia hoc lignum. ſi autem eſt aliud primum quod de nullo dicatur denominatiue: illud eſt materia prima vt ſi ignis eſt aereus. et aer aqueus et aqua terrea. terra vero nichil eſt niſi prima materia. vniuerſale enim in hoc differt a materia: quia ipſum de alio dicitur. prima autem materia de nullo. Paſſiones etiam vt albedo. et muſica ſubiecto adueniente quale eſt hoc corpus anima dicuntur non formaliter: ſed denominatiue. vt homo non dicitur muſica: ſed muſicus: nec albedo ſed albus. nec ambulatio aut motus: ſed ambulans aut motus denominatiue. Et in talibus vltimum quod eſt ſubiectuz eſt ſubſtantia. in quibus autem illud quod predicatur eſt forma et quidditas illud quod eſt vltimum eſt materia. conuenienter autem tam materia q̄ paſſiones dicuntur d alijs nō formaliter: ſed denominatiue. quia ambo ſunt determinata. quando quidem aliquid eſt in potentia et quando non dictum eſt.

Capitulum. viij. quod ſic incipit: Quoniam autem primus premiſſo q̄ actus eſt prior potentia ratione ſubſtantia ⁊ perfectione et tempore autem aliquo modo prior aliquo modo poſterior: probat q̄ ratione prior eſt ſimpliciter tempore tamen prior in diuerſis ſed in eodem poſterior eſt.

Quoniam autem determinatum eſt in quinto quot modis dicitur prius: manifeſtum eſt q̄ actus prior eſt potentia. voco autem potentiam non ſoluz principium permutationum exiſtens in alio in quantum aliud ſed etiam omne principium motiuum aut immobilitatiuum. ſiue ſit in alio: ſiue ſit in eodem et intra. ſicut natura que eſt principium intra. et in eodem ſubiecto cum eo in quo agit. natura enim eſt principium motiuū non in alio ſed in eodem in quantum idem omni itaqz potentia tali prior eſt act9 ratione ⁊ ſubſtantia licet tempore aliquo modo ſit prior aliquo modo nō. Ratiōe quidez priorez eſſe actum patet: quia omne poſſibile eſt primo poſſibile p hoc qḋ cōtingit ipm eſſe actu. ⁊ ſic rō poſſibilis ē ꝓpter rōez act9. vt hedificator hēt potētiam hedificādi: q: pōt hedificare actu. et ſic de alijs poſſibilib9. quare neceſſe ē rōez et noticiaz actus: priorez eſſe ratione ⁊ noticia potētie. Tempore vero actus ē prior potētia reſpectu diuerſoꝝ numero: licet ſit poſterior ea in eodē numero. hic enim homo prius tempore fuit in potentia materie: q̄ exiſteret actu et hoc frumentuz prius in potentia ſeminis: q̄ eſſet actu. et ſic de alijs que eadem numero

recipiunt potentiã et actuȝ. ſed quando ex ente in potentia fit ens in actu: ab aliquo ac
tu exiſtēte. ideo alia entia actu fuerũt priora tp̄e. ex quibus hec facto ſũt. homo enim ⁊
frumentum in potentia fiunt actu per aliqua tēpora priora actu exiſtentia. dictum eſt
eni in ſeptimo quia omne quod fit ex aliquo fit. et ab aliquo mouente. quod idem eſt
ſpecie cum eo qđ fit. et diuerſum in numero. Ex his ſequi vedetur ꝙ impoſſibile ē
hedificatorez eſſe qui nunꝗ̄ actu hedificauit. nec citharedū. qui nõ citharizat nã adiſ
cens citharizare citharizãdo adiſcit citharizare et ſic de alijs. Et ſi obiciat̃ ſophiſti
ce ꝙ non habens ſciētiam faciet actum ſcientie. quia adiſcēs nondū habet habitum
dicēdum ꝙ eius qđ fit iam aliquid factuȝ ē in potētia fieri. ſicut eius qđ mouetur: iam
aliquid motuȝ eſt. vt dictuȝ ē in ſexto phicoruȝ. et ideo diſcētem neceſſe ē forſam ali
quid habere ſcientie. ex his ergo palam ꝙ actus prior eſt potētia ꝑ generatiõeȝ ⁊ tp̄s.

Capitulum. ix. quod ſic incipit: at vero ⁊ ſubſtãtia primuȝ. Probat quat
tuor rationibꝰ actum eſſe priorem potentia perfectione ⁊ ſubſtãtia.

At vero et ſubſtãtia ⁊ perfectione prior eſt actus quam potētia. qui in his que
habent generationeȝ. poſteriora tēpore ſunt priora ⁊ perfectiora quãtum ad
ſubſtãtiam. vt vir puero. et homo ſpermate. quia vir ⁊ homo iam habēt per-
fectionem humane ſpeciei. puer autem ⁊ ſperma non. Omne qđ fit tendit ad finē
tanꝗ̄ ad principium. complectiuū. quia finis ē complemētuȝ generatiõis: quia actꝰ
eſt finis cuius gratia ſumitur potētia: ideo actus perfectione prior ē. Animalia nõ
exercent actuȝ vidēdi vt acquirãt potētiam ſcilicet viſus: ſed potius habēt viſum vt vi
deant ſimiliter habent potētiam hedificãdi vt hedificent et theoricam vt ſpeculentur
non aũt ſpeculãtur vt theoricam habeãt. niſi qui meditãdo theoricam acquirunt. qui
non ſpeculantur perfecte: ſed in quãtuȝ ſic meditãdo ſtudēt acquirere habitum. vt nõ
egeant amplius ſpeculari propter ipſum: ſed potius ip̄o habitu ſpeculentur. Am-
plius materia ſemper eſt potētia: donec veniat ad formam. quãdo vero eſt actu: tunc
eſt ſub forma tanꝗ̄ ſub complemēto et eodeȝ modo in alijs potētijs quorum finis et
complementum eſt actus ſiue motus. cuius ſignum ē ꝙ docentes putãt aſſignare fi
nem doctrine: quando oſtendũt diſcipulum operãtem opera doctrine. et ſimiliter pu-
tatur natura eſſe in complemēto: quando eius effectus poteſt facere opus nature.
Si enim non ſit ita ꝙ actus et potētia manifeſtat perfectioneȝ rei: non erit differētia
inter ignorantem qualis fuit paſſonos et ſciētem qualis fuit mercurius non eniȝ ma
nifeſtum ē in aliquo ipſorum ſcientiam eſſe in potētia vel in actu: niſi per opus quod ē
finis. opus autem ē quidam actus. propter quod nomen: actus dictum eſt ab opere:
quia opus ſemper tendit verſus actum. Quoniam vero quarumdam potentiaruȝ
vltimuȝ opus eſt vſus: vt viſus viſio. preter quam nullum aliud opus fit a viſu: quorũ
dam vero vltimum opus non eſt vſus. ſed factum. vt hedificatorie preter vſum hedi-
ficationis eſt aliud opus ſcilicet domus. in vtriſqȝ tamen potentijs opus eſt finis. he
dificatorie eniȝ hedificatio ē in hedificato. ⁊ ſimul fit cum fieri ipſiꝰ domꝰ que ē finis
hedificatorie. potētiarũ igitur quaruȝ eſt aliquid aliud p̄ter vſuȝ actꝰ ē in facto vt hedi
ficatio in hedificato ⁊ contextio in cõtexto. ⁊ vniuerſalr̃ motꝰ in moto quorū vero nõ ē
aliud opus preter actionem in ipis exiſtit actio. vt viſus in vidēte ſpeculatio in ſpecu
lante. et vitam in anima. vnde felicitas que eſt quedam vita in anima ē. forma etiam
ſbalis quidaȝ actus ē; cum exiſtat in re tanꝗ̄ in perfecto Ex quo patet ꝙ actꝰ ꝑfectiõe

et ſubſtātia prior ē potētia. et ſicut dicim9 in tpe ſemper accipitur alių actus ante illuz qui in exeūdo de potētia ad actum procedit de potētia vſqz adueniat ad actum primi mouentis qui prior eſt qualibet potētia et quolibet actu. Preterea magis proprie patet actum priorem eſſe potētia perfectione. ſempiterna eī ſemper ſunt priora corruptibilib9 ſubſtātia ⁊ perfectiōe. nichil autem ſempiternuz ē potētia. Quia omnis potētia ſimul ē contradictiōis. itaqz omne poſſibile contigit eſſe et non eſſe. contīgens āt non eſſe ē corruptibile aut ſimpliciter ſi ſimpliciter: ſit contingēs non eſſe aut ſecūduz illud ꝑ quod contingit non eſſe: puta ꝑ locum aut ſcđm quātitatez aut qualitatez ē corruptibile ꝙ ſcđm hoc contigit non eſſe incorruptibiliuz enim nichil ē ens potētia ſimpliciter: licet poſſit eſſe potētia quale aut vbi. Similiter que ex neceſſitate ſunt: nō ſunt potētia cum ſint prima entia. nam ſi hec non eſſent actu nichil eſſet. motus itaqz ſi quis eſt ſempitern9 et ſi quid ſempiternū eſt motuz: non oportet ipſuz eſſe motuz ꝓpter potētiam que ſic ſit in eo: nichil ad vbi: huius āt entis poteſt eſſe materia. et qm̄ in ſempiternis non eſt potētia ad eſſe ſimpliciter: ideo poſſunt ſemper eſſe in actu. ſic ſol aſtra ⁊ totum celuz ſemper agit. nec ē timēdum ꝙ aliquādo ſtet. ſicut naturales timēt non enim laborāt hec agētia: cum non ſit in ipſis potētia cōtradictionis. ſicut in corruptibilibus quib9 ē laborioſa continuatio motus ꝓpter materiaz ipſorum in qua eſt potentia cōtradictionis. Immittāt āt incorruptibilia ea etiaz q̄ ſunt in trāſmutatione. vt terra et ignis in hoc ꝙ ſemper agūt. qꝛ ſcđm ſe et in ſeipſis habēt motum. Potētie omnes ſuperius diffinite contradictiōis ſunt. ita ꝙ rationales ſunt contradictionis per ſe poſſe ſic mouere et non ſic. irrationabiles vero per poſſe aliquid eſſe vel non eſſe. Sig° ſunt alique ſubſtātie ſeparate quales dicūtur ydee: inꝑfectiores eſſēt alique ex ipſis q̄ participātia ipſas. cum min9 ſint in actu. ſciens enim ⁊ motum magis ſunt actus: q̄ ydea ſcientie ⁊ ydea motus. Quod quidem igitur actus ſit prior potentia in omni principio mutabili palam eſt.

Capitulum. x. quod ſic incipit: ꝙ autez melior et honorabilior determinat ꝙ in bonis melior eſt actus q̄ potētia: in malis āt deterior. et ꝙ maluz eſt poſterius rebus. nec inuenitur in ſempiternis.

Uod melior ⁊ honorabilior ſit actus q̄ ſtudioſa potētia: patet ſic. que cūqz dicuntur ꝑ poſſe idez ē potēs contraria. vt idem eſt potēs ſimul conualeſcere et languere. qꝛ eadem eſt in eo potētia conualeſcēdi ⁊ languēdi. ſimiliter autem ⁊ aliorū cōtradictoriorū ſimul exiſtit potētia eadez: actu vero ſimul exiſtere cōtraria in eodem: vt ſimul ſanuz eſſe et laborare impoſſibile ē. quare eſſe actu ſanuz ſolummodo bonuz ē eſſe āt potentia ſanuz cum ſimul ſit vtrumqz contrariū aut neutrū non eſt bonuz tantuz: actus ḡ melior eſt in bonis. In malis autez ⁊ non ſtudioſis deterior eſt actus qui ſolaz maliciaz participat: q̄ potētia. qua idem eſt potens ābo contraria. Manifeſtuz igitur ꝙ maluz nō eſt aliquid ſed ſequit̄ ipſas. potētia eniz poſterior ē ipſi nature ſicut ē poſterior actu. malum aūt poſterior eſt potētia cum inſit rebus ꝓpter potentiaz. Et ideo in ſempiternis in quibus potētia non eſt: non ē malū nec corruptio. nec ipſum peccatum: cum hoc ſit aliquid malorum.

Capitulum. xj. quod ſic incipit: Inueniuntur autem et diagramata. probat actum eſſe priorem potentia cognitione. quia que in potentia ſūt cognoſcuntur quando deducuntur in actum.

Inueniuntur autem per cognitionem deſcriptiones geometrie per actualeʒ
deſcriptionem earum. nam diuidentes que ſunt in potentia ante diuiſioneʒ
et hec eſſēt maguifeſta ſi eſſent diuiſa actu. verbi gratia triangulꝰ habet tres
angulos equales duobus rectis propter hoc quia anguli qui ſunt circa vnum punctū
ſcilicet interior et exterior ſunt equales duobus rectis ꝙ ſtatim eſt manifeſtuʒ ſi linea
ſuper quā cadit alia linea ī pūcto illoꝝ angulo ꝝ ꝓtrahimr patet in hac figura.
Simil̄r anguli qui ſunt iuxta punctuʒ duoꝝ anguloꝝ ſemicirculi ſūt recti. qꝛ tres linee
ſunt equales in eis exeūtes a puncto ad circunferētias et due baſes ſimil̄r inter ſe ſunt
equales et ideo oportet ꝙ media linea duoꝝ triāguloruʒ ſemicirculi ſit recta cadens
ſuper lineam rectaʒ et ideo facit duos angulos rectos et hoc magnifeſtuʒ eſt vidēti ta
lem deſcriptionem in tali figura. palaʒ quidem qđ ea que in potētia ſunt inueniū
tur per hoc ꝙ redocūtur ad actum. cuius cauſa eſt qꝛ intelligētia eſt actus. ideo faciēs
intelligibile in actu ipſum cognoſcunt. in eadeʒ enim re actus poſterior eſt ꝙ̄ poten-
tia generatione.

Capituluʒ. xij. quod ſic incipit: quoniam autem ens ⁊ non ens. Declarat
ꝙ verum et falſum in cōpoſitis ē per componi et diuidi. in ſimplicibus auteʒ
verum ē per attingere. falſuʒ aūt in eis nō eſt licet poſſit de eis eſſe ignorātia.

Uoniam auteʒ ens et non ens. vno modo diuidit̄ ſcd̄ʒ cathegorias: alio mo
do ſcd̄m potentiaʒ et actum. Tertio modo per verum et falſuʒ q̄ ſunt quaſi cō
traria predictis: dicēdum eſt. ꝙ in rebus verum et falſum eſt per componi et
diuidi. verum eniʒ eſt quod diuiſuʒ putatur diuidi. et compoſituʒ putat̄ componi. fal
ſum aūt contrario modo ſe hēt. et ideo perſcrutāduʒ quid ē verum et falſuʒ in rebus.
qꝛ non pōt quis extimare verum ē te eſſe albuʒ ꝙ̄ꝙ̄ verum dicamus dicētes hoc ſitu
es albus. Entiuʒ quideʒ q̄dam ſemꝑ cōponūtur et diuidi non poſſunt. Alia vero
ſēper diuiſa ſunt ⁊ īpoſſibilia componi ⁊ eſſe vnū. Alia vero ſunt cōtingētia. circa que
eadem opinio et oīo pōt eſſe quandoqꝫ vera quādoqꝫ falſa. circa impoſſibilia aliter ſe
hr̄e non ē indeʒ aliqn̄ verum aliquādo falſuʒ: ſed verum ſemꝑ eſt verum et falſuʒ ſem
per ē falſuʒ. Circa incōpoſita vero et ſimplicia eſſe verum et falſuʒ non ē per com-
poni et diuidi. vt ſit veruʒ aliquid quādo eſt compoſitū: et non ſit verum qn̄o eſt diui-
ſum. ſicut eſt circa albuʒ lignuʒ aut incomēſurabileʒ diametruʒ: que ſunt cōpoſita. nā
veruʒ ⁊ falſuʒ non exiſtet ita in ſimplicibus ſicͨ in iſtis: quēadmoduʒ eſſe non eodē mo
do eſt in vtriſqꝫ. In ſimplicibus itaqꝫ attingere et rep̄ſentare eſt veruʒ. nec tamen
hoc eſt per cōponi. quia repreſētatio non ē ideʒ ꝙ affirmatio non attingere autē ſim
plicia: eſt ea ignorare. decipi enim ⁊ falſuʒ exiſtimare circa quodquideſt ſimpliciter ſū
ptuʒ non contingit: niſi ꝑ accidēs. ſ. in quātum qđquideſt attribuit̄ ei cuius ē et hoc di
co tam de quidditatibꝰ ſubſtātiaꝝ cōpoſitaꝝ ſicut de aliis. quidditates aūt omnes actu
ſunt non potētia. nam ſi eſſent potētia generarētur ⁊ corrumperētur. non āt generat̄
nec corrumpit̄ ipſuʒ ens in quātuʒ ens. qꝛ ex aliquo generaret̄. Queciiqꝫ igitur entia
ſimplicia ſunt actu circa ea non eſt decipi. ſed aut intelligere: aut non. ꝙ̄uis de ipſis q̄
ratur quid ſunt. videlicet vtruʒ ſint talia vel non. puta incorporea aut nō. Eſſe igi
tur vt verum ⁊ non eſſe vt falſum. vno modo eſt per cōponi et nō componi: Alio mo
do ſi ens vere eſt ſicut tunc res eſt. ſi vero non ē ſic res non eſt vt in ſimplicibꝰ in qui-
bus ipſa attingere vel intelligere ſic ſunt: eſt verum. circa ipſa tamen non ē falſuʒ nec
deceptio ſed ignorantia non per potētiam intellectiuaʒ qualis eſt cecitas q̄ eſt priu-
cipio viſus ſʒ per priuationeʒ noticie et attingētie. palam quidem ꝙ de immobilibus

noñ ē deceptio ſcd̃m quã videlʒ vt eadem opinio aliq̃ñ permutet̃ ex vera in falſam: nec econuerſo qui ei putat triãgulũ permutari ex hoc q̃d eſt hr̃e equale duobus rectis non opinabitur quãdoq; duos rectos hr̃e quãdoq; non. permutaret̃ enĩ ſicut permutatur numerũ parẽ eſſe primũ. quia aliquis numer9 par ē primus: aliquis non: ⁊ hec permutatio non cõtingit circa vnum et eundẽ numerũ. ſemꝑ enim verum dicet aut ſemper mentietur circa eundẽ numerũ parẽ dicẽs ipſum eſſe primum ſemper ſic ſe habente natura ipſius.

Unum q̃ multis modis dicitur. huius libri decimi Capitulũ primũ declarat ꝙ vnum dicitur quattuor modis. primo ſcilicet continuũ. ſecũdo totum et perfectum. tertio indiuiſibile ſpe. quarto ſingulare. in quibus tamen non eſt equaliter ratio vnitatis ſed ſecundum prius et poſterius.

Num vero q̃ mltis modis dicitur dictũ eſt in quĩto. in quo diuiſõ quotiens in quo diuiditur vnumq̃dq;. principales tñ modo vnius in quos diuidit̃ tanꝙ primos et ſcd̃m ſe et non ſcd̃m accidẽs dictos ſunt. quattuor continuũ enĩ aut ſimpliciter aut per vacuũ ē vnum. et ideo continua q̃ ſe tangũt vel ſunt ligata nõ ſunt vnum proprie. Continuoꝝ aũt illud eſt magis et ꝓprius vnum cuius mot9 indiuiſibilior eſt et magis ſimplex. Amplius magis ē vnũ illud q̃ eſt totum ⁊ perfectum per formã ſpecificam. Maxime ſi tale ſit per naturã non autem quecũq; ſunt per violentiam. vt quecũq; vinculo aut clauo aut alia coniunctione non naturali ſũt vnum. totum enĩ per naturã ē hñs in ſe aliquid quod ſibi cauſa eſt vt ſit continuũ tale vero eſt cuius mot9 vnus indiuiſibilis ē loco ⁊ tẽpore. et ideo ſi quid per naturã hꝫ in ſe principium mot9 primi principij ſcilicet circulatiõis: illud eſt primũ totũ et prima magnitudo vna. Alia vero dicũtur vnũ quoꝝ eſt rõ vna. et hec ſunt quoꝝ intelligẽtia vna. intelligẽtia autem ē quoꝝ eſt indiuiſibilis ratio aut ſpecie aut numero in numero ergo vnum ē ſingulare et indiuiſibile ꝑ eſſe. ſpecie vero ē vnum q̃d indiuiſibile eſt rõe intelligibili et noticia. Et hec vnitas reperit̃ in ratione q̃ eſt cauſa vnitatis in ſubſtãtijs. Unum enim quadrupliciter dicit̃ ſcilicet continuum natura totum ſingulare et vniuerſale ſpecificum. Et hec omnia ſũt vnum ꝑ indiuiſibile eſſe. tã cõtinui et totius motus ē indiuiſibilis. Singularis aũt et ſpeciei indiuiſibilis ē intelligẽtia et ratio. Oportet aũt intelligere ꝙ non equalr̃ dicũtur vnum predicta: ſicut eis equaliter competit ratio vnitatis. licet enim tot modis dicatur vnum ⁊ vnum ſit cuiuſcumq; extiterit aliquis horum modoꝝ: tamẽ ratio vnius prius ineſt illi q̃d eſt magis ꝓpinquum nomini ſignificanti rationem vni9. Alia vero q̃ potentialr̃ dicuntur vnũ ſicut ſi oportet dicere rationẽ nominis elemẽti et cauſe: dicim9 ꝙ aliquo modo ignis eſt elemẽtum ꝑ ſe: aliquo modo non. non enim ignis ſic eſt elemẽtum q̃d idem ſit in igne illud quod ē ignis et elemẽtum. tñ ex natura ſua eſt elemẽtum: cum ſit aliquid ex quo primo in exiſtẽti aliquid fit et ita nomẽ elemẽti pri9 conuenit ei cuius eſſe idem eſt quod elemẽtum eſſe: poſteri9 autem alijs quibus nõ eſt idem eſſe et elemẽtũ eſſe licet ex natura ſua inſit eis ꝙ ſint elemẽta. Eodem autem modo eſt in cauſa et in vno ratio enim vnius que eſt indiuiſibilitas primo et per ſe conuenit illi enti indiuiſibili cuius natura magis et inſeparabilius conuenit indiuiſibilitati. ſiue hec indiuiſibilitas ĩſeparabilis ſit loco ſiue ſpecie. ſiue intelligẽtia. ſiue toto et perfecto.

Capitulum. ij. quod ſic incipit: Maxime vero in eo quod eſt. declarat ꝙ in quolibet genere eſt vnum primum menſuratiũ et hoc maxime proprium ē in quantitate ex qua ad alia genera deriuatur ꝙ vnum ſit menſurans.

Prime autem conuenit vni φ ſit mẽſura. nam primuȝ vniuſcuiuſqȝ generis Et maxime quãtitatis mẽſura eſt ⁊ ex quãtitate venit ad alia genera φ vnũ in eis ſit mẽſura. qđ enim ita ſit manifeſte patet. nam illud ẽ menſura in quã titate. quo ipſa cognoſcitur. cognoſcit̃ aũt quãtitas aut vno aut numero ⁊ cum nu me rus cognoſcatur vnitate. oportet φ q̃ntitas in quãtuȝ quãtitas mẽſuretur vno ⁊ vnuȝ ſit ex quo primo cognoſcit̃ quãtitas. Ita φ vnum ẽ p̃cipiuȝ numeri ꝑ φ numer9. Eodem aũt modo in aliis generib9 illud ẽ mẽſura quo primũ cognoſcit̃ vnumqđqȝ ipſi9 hoc ãt eſt vnum in vnoquoqȝ genere vt in lõgitudine latitudĩe ꝓfunditate grauitate velociter dico aũt grauitatẽ ⁊ volocitatẽ communiter eſſe in contrariis. quedam enĩ grauitatẽ hñt reſpectu vniu9. et leuitatẽ reſpectu alteri9. dupliciter ãt dicitur tam graue φ leue. Eſt aũt graue habẽs quãtumcũqȝ et indeterminatã inclinationẽ. et eſt graue habẽs exceſſum inclinationis in ſũmo et ẽ velox habẽs quãtumcũqȝ motuȝ et habens exceſſuȝ motus. Alius grauis qđ hẽt quãtum cumqȝ inclinationeȝ et nõ ĩ ſũmo eſt aliq̃ leuitas. qđ quidem hẽt motum non in exceſſu eſt aliqua grauitas. In omnibus ãt his primuȝ mẽſurãs eſt aliquid vnum ⁊ indiuiſibile eo modo quo cõtinuis põt dici aliquid indiuiſibile et ſimplex qđ eſt menſura. vbicũqȝ quidẽ eſt aliquid tale cui non cõuenit addere vel auferre: hec ẽ certa mẽſura. propter qđ numeri mẽſura eſt certiſſima. cum hec ſit vnitas q̃ ponitur oĩo indiuiſibilis ⁊ hãc imitant̃ alie menſure: nam ſtadio ⁊ talento latebit additum ⁊ ablatuȝ aliquid et ſimiliter a quolibet habente magnitudinẽ. et tãto magis quãto magis eſt. quare et omnes mẽſuratores ponunt metrum oĩum quantorum vt humidorum ſiccoꝝ grauium ⁊ ſimiliũȝ illud a quo primo ſcđm ſenſum non cõuenit aliquid auferri vel addi. et tunc putant cognoſcere quantum: quando ipſum cognoſcũt per hanc mẽſuram motu etiam mẽſurãt ſimplici ⁊ velociſſimo motu. quoniam hoc habet paruiſſimuȝ tempus. ideo aſtrologi ſupponunt motũ celi regulareȝ et velociſſimũ: tanq̃ menſuram per quam indicãt aliqđ motum et in muſica ſemitonum minus et dieſis ponit̃ menſura. eo φ minimuȝ ſit in littera et voce. hec autem omnia ſunt aliquid vnum non φ vnum ſit aliquid cõmune dictum de eis: ſed ſicut dictum eſt vnuȝ menſurãs primuȝ reperitur in quãtitate ⁊ numero: deinde reperitur in aliis generibus ſicut patet ex dictis.

Capitulũ. iii. quod ſic incipit: non ſemper aũt numero. Oſtẽdit φ aliquãdo plures ſunt mẽſure eiuſdem reducibiles tamẽ ad vnum in quolibet genere qđ eſt indiuiſibile aut ſimpliciter aut ad ſenſum et etiam vnigeneum menſurantis et φ ſcientia ⁊ ſenſus magis ſunt mẽſurata q̃ menſure.

On ſemper vno modo eſt mẽſura: ſed aliquãdo plura ſunt due dieſes in armonia que libet ſcđȝ audituȝ non appareant due: tamen ſcđm rationem due ſunt. Similiter plures littere aliquando menſurãt ſyllabam et diameter duabus coſtis menſuratur. et latus exagoni ⁊ magnitudines menſurãtur pluribus. quia tranſit reductio ad vnum. idcirco in omnib9 vnum eſt menſura. q: cognoſcim9 ea ex quibus eſt natura cuiuſlibet generis diuidẽs vſqȝ ad vnum indiuiſibile diuiſione q̃ntitatiua vel formali. Et ideo p̃muȝ vnum cuiuſlibet generis eſt indiuiſibile q̃uis non eodem modo quia quoddam ẽ indiuiſibile ſimpliciter vt vnitas q̃ eſt menſura numeri. aliud vero indiuiſibile ad ſenſum vt linea pedalis q̃ eſt menſura linearum. hec eniȝ non eſt indiuiſibilis ſimpliciter: cuȝ ſit continua et omne continuũ diuiſibile. Semper autem menſura vnigenea eſt mẽſurato. magnitudinũ enim mẽſura eſt aliqua ma

gnitudo.lōgitudinis lōgitudo.latitudinis latitudo.vocis vox.grauis grauitas.vnitatū vnitas. nō āt numerorꝫ numer9. liceat appeat talis cōformitas īter numeros ꝛ numerū q̄lis ē īterꝑdicta.nō tñ ē dicere vnitates mēſurari vnitatib9 ꝛ nō vnitate: cuꝫ omnis numer9 ſit pluralitas vnitatum. Scientiam āt ꝛ ſenſuꝫ proprie nō dicim9 menſurā verū: q̄uis ipſis aliquid cognoſcam9.qm̄ magis menſurāt̄ ꝙ menſurāt. Accidit enim de ipſis ſicut accidit de nobis ſi mēſurari per cubitū addiſceremus quanta eſſet longitudo rei equalis nobis. Pictagoras ergo dicēs hoīem eſſe mēſuram omnium qr̄ ē ſciēs et ſentiēs. ſciētia aūt ꝛ ſenſus mēſure ſunt eorum q̄ ſciuntur et ſentiuntur. Videt̄ aliquid excellēs dicere cum nichil dicat. ꝙ quideꝫ vnū maxime conueniat ratio quaꝫ importat nomen mēſure primo in quātitate palam erit autem menſura quātitatis ſi eſt indiuiſibile ſecundum quantitatē.qualitatis vero ſi eſt indiuiſibile ꝑ qualitatē ꝓpter qd̄ oē vnū eſt indiuiſibile aut ſimpliciter aut in quātum vnuꝫ.

Capitulum.iiij.qd̄ ſic incipit: ſubſtātiam vero ꝛ naturā. Inueſtigat vtruꝫ vnum ſit aliqua ſubſtātia ſepata a rebus oſtēdens ꝙ non: ſed poti9 eſt in ipſis ita ꝙ in quolibet genere eſt vnum mēſurās et ꝙ ens et vnum idē ſignificat.

Verendū eſt de vno ſcd̄m naturam ipſius vtrum ſicut propoſuim9 in dubitationibus libri tertij ſit aliqua ſubſtātia per ſe exiſtēs ſicut picagorici prius dixerunt et poſtmoduꝫ plato: aut ſupponatur ei aliqua natura in qua ſit ratio vni9 ſicut naturales dixerunt. quorum alius dixit eſſe amiciciam illud qd̄ eſt vnum. alius aereum. alius infinituꝫ. Ad qd̄ dicēdum ꝙ ſi nulluꝫ vniuerſalium eſt ſubſtantia. ſicut dictum eſt in ſeptimo nec ens ē ſubſtātia ſeparata. nec vnuꝫ ē aliquid ꝑter multa: licet ꝑdicatione cōmune ſit multis. nam ens et vnum vniuerſalr̄ predicātur de omnibus: non tñ ſunt genera ipſorum. nec quedam ſubſtātie ſepabiles ab eis. vnum enim nec genus ē nec ſubſtātia ſeparata ꝓpter eaſdem cauſas propter quas ens nec gen9 ē nec ſubſtātia. Ad hoc aūt ꝙ ens et vnum equaliter dicātur de oībus: neceſſe eſt ꝙ in omnib9 equaliter ſe habeāt: ſicut in qualitatib9 et quantis illud quod eſt vnum eſt aliqua natura qualis ꝛ quāta. Manifeſtum ꝙ vniuerſalr̄ querenduꝫ eſt quid eſt vnum. queadmoduꝫ et quid ens in quolibet genere. tā̄ꝙ natura ipſi9 vnius per ſe non ſit ſufficiēs ad rationem vnius. Eſt et aliquid in colorib9 aliquid quod eſt color vnus. i. albus ex quo ꝛ nigro fiunt alij colores. nigrum vero priuatio eſt albi: ſicut tenebra priuatio luminis. Si ergo entia eſſent colores ipſi eſſent numerus coloruꝫ. et albū eſſet vnum aliquid cuius ſubſtātia eſſet albedo et non ipm̄ vnum. Similiter ſi entia eſſēt melodia: dieſis eſſet aliquid vnum cuius ſubſtātia eſſet non ipm̄ vnū ſed dieſis. et eodeꝫ modo ſe hr̄et elemētū vocale in vocib9: Si elemēta eſſēt ſoni ꝛ triāgulus ſi entia eſſēt figure recte linee: eadē etiam rō eſt in alijs generib9. ſicut ei in qualitatib9 q̄ntitatib9 et in motu ē aliquis numer9 ꝛ aliquid vnū qd̄ non ē ſubſtātia alicui9 ipſorꝫ: neceſſe eſt ſimilr̄ ſe hr̄e in ſubſtātijs qd̄ in eis ſit aliqd̄ vnuꝫ. ſ. prima ſubſtātia: cum in oībus generibus ſit eadem rō. qd̄ quidem in oī genere eſt aliquid vnum qd̄ quidē vnum nulli eſt ſubſtātia manifeſtū ē. et ꝙ ſicut in colorib9 ipm̄ vnuꝫ querēdum eſt nō aliquid commune ſed vnum colorē. ſ. album: ſic ꝛ in ſubſtātijs ipm̄ vnum querēdum ē vnaꝫ ſubſtātiam. Qd̄ vero idē ſignat aliqualr̄ ens et vnuꝫ. patet primo per hoc qd̄ aſſeq̄ntur equaliter cathegorias. Secūdo ꝙ non artatur vnum ſicut nec ens ad aliquaꝫ naturam vt ad aliquid vel equale ſed equalr̄ ē in omnib9. Tertio per hoc ꝙ vnus hō ſicut et ens homo non ꝑdicat aliquid diuerſuꝫ ab homine. quarto per hoc ꝙ vnicuiqꝫ idem eſt eſſe et vnum eſſe.

Capitulũ. v. quod ſic incipit: Opponũtur vnũ ⁊ multa manifeſtat ꝙ vnũ et multa ſunt priuatiue oppoſita. et ꝙ ſpecies vtriuſqꝫ multipliciter dicũtur. et ꝙ differẽtia et diuerſitas nõ ſunt idem.

Vnum et multa opponũtur ſcõm plures modos: tamen vno modo opponuntur ſicut diuiſibile et indiuiſibile. qd' enĩ diuiſum eſt aut diuiſibile: dicitur multitudo: quod vero indiuiſibile ẽ aut non diuiſum dicitur vnũ. Et quia oppoſitiões dicũtur quattuor modis: vnum ⁊ multa opponũtur priuatiue ⁊ contrarie nõ ſecũdum cõtradictionem. nec vt ad aliquid. Ex multitudine aũt que eſt diuiſibilis oſtenditꝰ ipſum vnum eſſe indiuiſibile propter magis ſenſibilem eſſe multitudinẽ et diuiſibilem ꝙ vnum et indiuiſibile. et qꝛ multitudo magis ſenſibilis eſt: ideo ratiõe eſt indiuiſibili qd' eſt vnum. Unius autẽ ſicut dictum eſt in quinto ſpẽs idem ſimile equale. pluralitatis vero diuerſũ diuiſibile in equale. Idem vero multipliciter dicitur ſcilicet idem ſubiecto commodo accidẽs dicimus eſſe idẽ ſubiectũ ſcõm numerum. Alio modo idem dicitur ꝙ ratione et numero et ẽ vnũ. ſit inter ipſa forma ac materia idem eſt. Alio modo idẽ dicitur ea quorꝫ ratio ſubſtãtialis ſpecifica eſt vna. vt linee equales ratione: dicũtur eſſe eedẽ. et triãguli equalium laterum et ſi ſint plures numero dicũtur eſſe vnum. ſꝫ his idemtitas eſt proprie equalitas. Similia vero dicũtur non ſũt eadẽ ſcõm ſubſtãtiam ſubiectam: ſed ꝙ̃ ſcõm ſpeciem ſic ſunt eadem ꝙ vtraqꝫ habẽt ſimilẽ qualitatem vt maior et minor triãgulus. et inequales linee. tamen ratione hoc quidem ſic ſunt ſimiles: ꝙ ſimpliciter nõ ſunt eedem. Alia vero dicuntur ſimilia ſi pticipãt aliquã paſſionem equalr̃. ꝙ̃ tamen ſic participabilis ⁊ magis et minus. alia ſi participãt eiuſdem ſpeciei ſicut magis et minus valde album et minus album. Alia ſi plura habẽt eadẽ ꝙ̃ diuerſa vel ſimplr̃ vel in promptu. vt ſtannũ argẽto eſt ſimile. Quõ quidem erit ſimile multipliciter dicitꝰ: manifeſtũ ꝙ diuerſum ⁊ diſſimile dicitꝰ multipliciter. diuerſũ eĩ aliud eſt oppoſitũ. idem eſt enim diuerſum ab alio aliquo qd' non eſt idem ſubiecto cum illo. Secundo diuerſũ eſt ab aliquo illud cuius materia nõ eſt eadẽ: licet ratio ſpecifica ſit vna. ſicut et tu ⁊ ppinquus tibi diuerſus eſt. Tertio diuerſũ ẽ ſpecie differens vt in mathematicis triãgulus et quadrãgulus et omne quidẽ ens ad aliud ens compatum dicimꝰ aut idem aut diuerſum. qꝛ aptum natũ ẽ quodlꝫ ens cuilibet enti vnum aut non vnum. non tamẽ verificatur de non entibus idẽ vel diuerſum. qꝛ non ſunt contradictorie oppoſita: ſicut verificatur de non entibꝰ idem vel non idẽ ꝙ̃ contradictorie opponuntur. differẽtia vero et diuerſitas aliud ſunt. nam diuerſũ nõ eſt neceſſe eſſe diuerſum aliquo alio cum ſe ipſo poſſit ab alio eſſe diuerſũ. qꝛ omne ens ad aliud cõparatum aut eſt idem aut diuerſum. differẽs vero ab aliquo: non differt ſe ipſo: ſed per aliquid ſui. et ideo in differẽtibus neceſſe eſt aliquid eſſe quo differũt. hoc aũt eſt genꝰ aut ſpecies quia omne differẽs differt aut genere ſicut ea quorum nõ eſt cõmunis materia aut adinuicem gñō. vt ſunt ea quorum alia figura predicamẽti aut ſpecie vt ſunt ea quorum eſt idem genus in quo conueniunt. et differũt ſecundum differẽtias ſubſtantiarum. contraria aũt ſunt adinuicem differẽtia. et contrarietas eſt differẽtia ꝙ̃dam. quod patet ex inductione. omnia enim contraria ſic videntur differẽtia ꝙ conueniunt in eodem genere. quedam eĩ ſunt eadem genere. quedam diuerſa in eodem genere. et hec ſunt differẽtia ſpecie qualia ſunt contraria quedam diuerſa in eadem ſpecie et hec ſunt diuerſa numero. determinatum eſt autem alibi que ſunt genere eadẽ et que ſunt genere diuerſa.

Capitulum.vi.quod ſic incipit: Qm̄ autem differētia conuenit. declarat ꝙ contrarietas eſt maxima et perfecta differētia ex qua verificantur diffinitiões contrariorum.

Uoniam aūt contingit differre abinuicem aliqua plus aliqua minus: neceſſe eſt aliquȝ differētiam et hanc voco contrarietatē. quam eſſe maximaȝ patet ſic. ea que differunt genere non habēt inuicē materiaȝ qua vnum fiat ex alio: ſed incōferibiliter. generatiões vero fiunt ex vltimis cōtrarijs inuicē differētibus ſpecie. quorum eſt maxima diſtātia. ⁊ ideo contrariorū differentia maxima ē. Eſt etiam contrariorum differētia pfecta qꝛ maximum in quolibet genere eſt perfectum. maximuȝ eſt cuius nō eſt exceſſus aut extra qđ non ē poſſibile aliquid ſumere. ideo pfecta differētia cum ſit finalis excedi nō poteſt. ſic ⁊ alia dicūtur peerfecta. quia habent finem extra quod nichil eſt: cum ſit vltimuȝ rei continēs quidquid eſt eius. propter qđ nichil eſt extra ipm. nec eget aliquo illud qđ perfectuȝ eſt. contrarietas itaqȝ ē perfecta differētia que ita ineſt contrarijs: ſicut in eis ineſt natura cōtrarietatis. Ex dictis patet ꝙ non conuenit plura eſſe cōtraria vni. non enim cōuenit aliquid eſſe vlterius vltimo. nec conuenit vnius diſtātie eſſe plura vltima quā duo. prima cōtrarietas eſt differētia perfecta et vltima q̄ non poteſt eſſe niſi duoꝝ. Neceſſe eſt autem alios terminos cōtrarioꝝ veros eſſe ꝓpter diffinitiōeȝ predictam. Contraria enī ſunt quorum eſt differētia perfecta. hec āt eſt eorum q̄ plurimuȝ differūt. talia vero ſunt cōtraria ſpe in codeȝ genere. dictum eſt enī ꝙ eorum q̄ ſunt diuerſorū genere nō eſt differētia. differētium ergo ſpecie in eodem genere maxima eſt differētia ideo vera eſt diffinitio qua dicit̄ ꝙ contraria ſunt que in eodem genere plurimuȝ differunt. qꝛ contrariorum differētia perfecta eſt. ideo maxima. Uerum ē āt ꝙ contraria ſunt que in eodem ſuſceptiuo plurimuȝ differūt. quia eadem eſt materia ſuſceptiua contrariorum.

Uerum eſt etiam ꝙ contraria ſunt quoꝝ ſub eadem potētia eſt maxima differētia. vna eniȝ circa vnū gen9 conſiderat ī qb9 pfecta ⁊ maxima differētia ē q̄lia ſūt cōtraria.

Capitulum.vij.quod ſic incipit. Prima vero cōtrarietas. declarat ꝙ in omni contrarietate ſaluat̄ aliquo modo oppoſitio priuatiua.

Prima vero cōtrarietas ē hit9 et priuatio: non tn̄ oīs priuatio: ſed pfecta. Nam priuatio multiplr̄ dicit̄. qm̄ quideȝ hītus et priuatio ſunt prima cōtraria. alia dicentur cōtraria ſcđm iſta. quedaȝ quidē per habbere. alia vero per facere aut factiua eſſe. alia per eſſe acceptiones vel abiectiōes primoꝝ contrarioꝝ.

Et quoniaȝ opponunt̄ contradictio priuatio contrarietas ⁊ ad aliquid quoꝝ primum eſt priuatio cuius nichil eſt mediuȝ: manifeſtuȝ eſt ꝙ non idem ſunt contradictio ⁊ contrarietas. Priuatio vero eſt quedam contradictio. nam priuatuȝ eſt ꝙ taliter non habet illud quo dicitur eſſe priuatuȝ aut ſi aptum natum habere illud non habeat: vt dictum eſt in quīto. eſt ergo quedam priuatio cōtradictio aut in potētia determinata aut concepta cum ſubiecto. propter qđ contradictionis non poteſt eſſe medium. priuationis autē alicuius poteſt eſſe mediuȝ per negationem extremoꝝ. et ideo de oī verificatur equale aut non equale contradictorie. non tamen verificatur de quolibet equale aut inequale priuatiue: ſed de ſolo ſuſceptiuo equalitatis. Si itaqȝ generationes fiunt ex materia in contrarijs in quātum vnum habet ratiōem forme ⁊ hītus aliud rationeȝ priuatiōis forma palam quia omnis contrarietas eſt priuatio: licet non

omnis priuatio ſit contrarietas. q2 multipl'r fieri contigit priuatiōem. contraria qui-
dem ſunt ea ex quib9 tanq̄ extremis fiunt permutatiōes. et hec ſunt velut hitus et p̄
uatio in eodez genere. vt album ⁊ nigruz in colore. qd̄ patet per inductiōem. in oī eſt
contrarietate. vnum cōtrariorū habet priuatiōez alteri9 vt inequalitatis equalitas.
diſſimilitudo. ſimilitudinis. et malicia virtutis. differt at̄ priuatio ſicut dictū eſt a pri-
uatione. q2 quoddā priuatum dicitur ſoluz ſi non hēt aliquid. aliud vero ſi non hēt il
lud quod natuz eſt habere et qn̄ et ī quo aptū ē hr̄e illud quapropter habitus et priua-
tio ſecundo modo dicte. ſ. qn̄o et in quo conuenit eſſe mediū per negatiōez vtriuſqz ſi
cut medius eſt nec bonus nec malus ciuilis inter bonuz ⁊ malum ciuilez. Aliorum
aūt priuatiue oppoſitoꝝ quorum ē determinatū ſubiectū nulluz ē medium vt paris et
imparis reſpectu numeri. Preterea quedā priuatiua habēt determinatuz ſubie-
ctum: quedam non. et tamen vtriuſqz vnum eſt priuatio alterius. qualis eſt natura cō
trariorum. ꝓpter quod alterum cōtrariorum ſemper dicit̄ ꝑ contradictionē. Pre
terea ſufficit ad probandum hoc: ſi prima genera contrarioꝝ. ſcilicet vnum et multa
ſunt ſic q̄ vnum ipſorum eſt priuatio alterius: cum alia contraria ad hoc reducuntur
ſicut ad prima.

Capitulum. viij. quod ſic incipit. Qm̄ autē vnuz vni contrariuz eſt. Inue
ſtigat quomodo vnuz opponitur multis et equale magno et pūo ſuppoſito q̄
vnum vni contrarium eſt et oſtendit q̄ equale opponit̄ magno et paruo non
contrarie ſed ſicut priuatio negatiua.

Qoniā vnum vni cōtrariū: dubitatur qualiter opponit̄ vnum multis et equa
le magno et pūo. q̄ hec enim duo magno ⁊ pūo opponātur: patet quia ſemp
vtimur dictione vtruz in oppoſitis. vt vtrum hoc ſit album. aut nō albuz que
ſunt cōtradictoria. vtrum at̄ hoc ſit album aut hō non q̄rim9: niſi ſuppōendo aliquā
oppoſitionez inter ipſa. ſimiliter cū q̄rim9 vtrum venit cleen aut ſocrates ſupponim9
q̄ non conuenit eos ſimul venire ⁊ oppoſitiōem aliquā ineſſe eis inueniēdo. q2 op-
poſita ſola non conuenit ſimul exiſtere. ſi eniz ſiml' venire poſunt: rediculoſa erit inter
rogatio. ſi at̄ vera eſt incidunt in oppoſitionē quā hēt vnum ad multa. vt ſit ſenſus: v-
trum ābo venerūt aut alter. ſi quidē interrogatio ipſius vtrū ſemp eſt in oppoſitis: q̄ri
mus enim vtrum maius min9 aut equale. aliqua oppoſitio ē equalis ad maius ⁊ mi-
nus non enim alteri ſoli nec ābob9 coniūctim: ſed ābobus diuiſim opponitur. Pre-
terea equale contrariuz eſt ineq̄li. quod ſaluat̄ tam in majori q̄ in minori q̄re ābobus
equale ē oppoſitū. Et hec rō iuuat pictagoricos dicētes inequale eſſe dualitatē. Si
at̄ equale oppoſitū ē ābobus accidit vnuz duob9 eſſe cōtrariuz qd̄ eſt īpoſſibile.
Preterea equale mediū videt̄ eſſe magni ⁊ parui. non at̄ ē contrarietas īter media
extrema. qd̄ patet ex diffinitiōe cōtrarietatis q̄ eſt maxima ⁊ perfecta differētia et hec
nō ē mediuz ad aliqua extrema. hn̄t quidē cōtraria mediuz non tn̄ ad extremū ē con-
trarietas. reſtat qđez equale opponi magno ⁊ pūo. ⁊ nō tm̄ alteri ipoꝝ aut negatiue a-
ut priuatiue. Dico at̄ non alteri tm̄: q2 non magis magni q̄ pui ſed āborum ē ne-
gatio priuatiua. et iō reſpectu āboruz et non reſpectu alteri9 tm̄ dicit̄. vt vtrum eq̄le a-
ut magis nec vtruz equale aut min9: ſed ſemp tria. non ē aūt equale negatio ſimplici-
ter majoris aut minoris. ſz in quib9 aptum natuz eſſe. ē enim equale nec magnuz nec
paruū: eſt tn̄ aptum natū eſſe aut magnuz aut puum et opponit̄ ambob9: vt negatio p̄
uatiua. et eſt medium ipſorum: ſicut qd̄ nec maluz nec bonuz eſt mediū: ſed opponitur
malo ⁊ bono: licet innominatum. medium enim multipliciter dicit̄. vno modo q̄ ſic

remouet extrema: ꝙ non aſpicit determinatũ ſubiectum. ſicut nec albũ nec nigrum
medium ē albi et nigri et tale mediũ non eſt vnũ tm̃: ſed determinati coloris vt paliduũ
aut rubeum aut alius mediorum colorũ in quorum quolibet ſaluatur negatiua priuatio al
bi et nigri. Nec recte opinantur dicẽtes eſſe in oībus mediũ ꝑ negatiōem extremo
rum nam calcei et manus medium ſit ꝙ nec calceus nec manus. ſic boni et mali medi
um ē quod nec bonũ nec malũ. nō enim ē neceſſe hoc accidere in oībus: ſed in il-
lis ſolum quorum ē aliquod mediũ et diſtãtia aliqua nata eſſe. multorum autem non ē vna
diſtantia vt illorum q̃ ſunt in diuerſis generibus. et quorum negatiōes non ſunt infra
vnam naturam vel vnum ſubiectum.

Capitulum .ix. quod ſic incipit: Similiter autem et de vno et multis. determi-
nat ꝙ vnum opponitur multis ſicut menſura mẽſurato accipiẽdo multitudinem
non prout dicit excellentiam ſed quãtitatem diſcretam.

Similiter dubitatur de vno et multis. nam ſi multa vni opponũtur: accidũt duo
īpoſſibilia. primũ ꝙ vnum erit idem ꝙ paucũ aut pauca. multa enim paucis
opponuntur. Preterea duo ſunt multa. duplex enim qđ a duobus dicitur
eſſe multiplex. ſed duo nō ſunt multa niſi reſpectu vnius. ergo vnum ē paucum. Se
cũdo impoſſibile erit ꝙ vnum erit multa. ſicut enim in lõgitudine productum et breue habẽt
naturam longi: ſic in multitudine multũ et paucum habẽt naturam multitudinis. ita
ꝙ quodlibet eſt multa niſi in continuo vno terminabili paucũ quidem ē quedam multitudo
quare ſi vnum ē paucum qđ neceſſe ē ipm eſſe: ſi duo ſunt multa ipſum ē quedã mul-
titudo. dico autem in continuo bene determinabili differre multum a multis: quia forſam omne
multum eſt multa preter quam in continuis bene terminabilibus ſicut eſt aer et aqua in qui
bus differt multum a multis. quia vnum ipſorum ſic dicitur multum: ꝙ non dicitur mul-
ta. plura autem ipſorum ab inuicem diuiſa dicũtur multa. Dicẽdum ē quidem ꝙ multi
tudo dicitur dupliciter vno modo habens excedẽtiam aut ſimpliciter ſicut eſt multitu
do infinita aut reſpectu paucorum ſicut mille reſpectu duorum. Et paucum vno modo
dicitur multitudo habẽs deffectum. et alio modo dicitur multitudo que abſolute vt ē om
nis numerus et talis multitudo opponitur ſolum vni. Ita ꝙ ſic dicimus vnum et mul-
ta ac ſi dicamus vnum et vna pluraliter vt album et alba. menſurata et mẽſura vnuſquiſque
enim numerus ita eſt vnus ꝙ in eo ſunt multa cum ſit multitudo imẽſurabilis vno. que
multitudo vni opponitur non mẽſure et nō pauco. hoc modo ipſa duo ſunt multa. quia duo
non ſunt multa prout multitudo eſt quedam pluralitas habẽs excedentiam vel ſimpli-
citer vel ad aliquid: ſed ſunt primum paucum. cum fieri ſit quedam multitudo habẽs def
fectum. et quoniam duo habẽt rationem prime paucitatis infra quam non eſt paucitas.
Et ideo anaxagoras cum prius dixiſſet ꝙ omnes res ſimul erãt cum mixtione partiũ
que ſunt multitudine et infinite et paruitate: non recte mutauit: dicendo pro paruita-
te paucitatem. quoniam nulla paucitas poteſt eſſe infinita: cum primum paucum ſit nō
vnũ ſed duo. Opponitur itaque vnum multis relatiue vt metrum menſurabili que
ſunt ad aliquid non ſecundum ſe diuiſum eſt enim a nobis in quinto ꝙ quedam dicun
tur ad aliquid: quia vtrumque refertur ad aliud. et hoc ſecundum ſe nō ſunt ad aliquid:
ſed quia alterum tantum ipſorum refertur. qualia ſunt vnum et multa. non eſt ergo
vnum paucum vt prius dicebatur. licet enim vnum ſit minus aliquo puta duobus nō
tamen ſequitur: ſi minus ergo paucum. bene autem dictum eſt ꝙ numerus eſt multitu-
do quedam: cum ipſa ſit quaſi genus numeri. eſt enim numerus multitudo menſura-

bilis vno. et opponuntur aliqualiter vnum et numerus nō contrarie ſed relatiue. ī q̄n
tum vnum eſt menſura et multitudo eſt mēſurobilis. et ideo non omne vnum eſt nu-
merus. puta illud quod eſt indiuiſuz cum ſit non aliqua multitudo. A quibuſdam āt
ſcientia non aſſignatur ad ſcibile ſicut menſurobile ad mēſuraz: ſed potius videtur ſci
entia eſſe metrum. ſcibile veruz quod commenſuratur: ſed cum neceſſe ſit ſcibile eſſe:
ſi eſt ſciencia. ſcienciaz vero non eſt neceſſe: ſi ſcibile eſt: modo quodam ſciētio menſu
ratur ſcibili multitudo autem que menſuratur vno non eſt cōtraria pauco: licet ei ſit cō
trarium multum quod dicitur per excedētiam. ſicut excedēs multitudo contraria eſt
exceſſe multitudinis. ſed ipſi vno opponit̄ multitudo: ſic̄ diuiſibile indiuiſibili et men
ſurabile menſure.

Capitulum. x. quod ſic incipit: Qm̄ autem contrariorum ſunt ex contrarijs p
hoc q̄ ſunt in eodem genere cum ipſis et ſunt media ipſorum.

Quoniam autem cōtingit eſſe mediuz contrariorũz. et quorumdam ē neceſſe
media ex contrarijs eſſe omnia enim media et quorum ſunt media in eodem gē
nere ſunt. nam quorum ſunt media dicimus in que neceſſe ē permutari prius
quod permutatur ab extremo in extremū vt ſi in coloribus permutatio ſit ex albo in ni-
grum prius euenitur ad puniceum et plumbleuz q̄ ad nigrum permutari vero nō cō
uenit ex alio genere in aliud vt ex colore in figurā niſi ſecundum accidēs: ergo extre-
ma et media ſunt in eodem genere. At vero omnia medio ſunt quorũdaz oppoſi-
torum. quod patet quia permutatio ſecundum ſe eſt ſolum ex oppoſitis. enim vero in per
mutatione prius veniatur ad mediuz q̄ ad extremuz īpoſſibile eſt mediuz eſſe niſi op
poſitorum. oppoſitorum aūt contradictorie non eſt mediuz. hec enim ē contradictio
et oppoſitio non habēs mediuz. quia altera pars eius eſt dē neceſſitate de quocūqz op
poſitorum autem relotiue non omnium eſt medium ꝫ eorum que contraria nō ſunt.
ſicut ſcibile et ſciētia quia nō ſunt in eodem genere. relinquitur ergo mediuz eſſe op-
poſitorum cōtrariorum autez priuatiue ſicut equale medium eſt magni et parui.
Quia igitur media ſunt in eodem genere et etiaz ipſa ſunt cōtrariorum neceſſe eſt ip
ſa componi ex contrarijs. contrariorum autem et mediorum aut eſt aliquod genus aut
nullū. et ſi quidem eſt genus ipſorum: oportet aliquid prius eſſe contrarijs per qđ con
ſtituantur ſub genere. hec aurem ſunt differētie cōtrarie priores conſtituentes ſpecies
generis. ex genere enim et differētijs ſunt ſpecies. vt ſi album et nigrū contraria ſūt et
album ē color diſgregatiuus. nigrum vero congregatiuum: congregatiuum et diſgre
gantiuum ſunt differētio adinuicem contrarie et priores. Ac magis cōtrarie albo
et nigro ex quibus ſunt albuz et nigrū. Media āt oportet eſſe ex genere et differen
tijs. vt colores medios albi et nigri oportet eſſe ex genere qđ ē color et quibuſdā differē
tijs: non quidē ex primis. ſ. congregatiuo et diſgregatiuo. quia ex iſtis ſunt olbum et ni-
grum a quibus diuerſi ſunt medij colores. Et ſicut congregatiuum et diſgregati-
uum ſunt prime differentie: ita album et nigrum ſunt prima cōtraria. q̄rēdum ē igi-
t̄ ex quibus cōſtant media contrariorum: cum ſint in eodem genere. et quia neceſſe eſt ea
que ſunt in eodem genere aut eſſe incompoſita aut componi ex incompoſitis: pri-
ma autem contraria incompoſita ſunt: cum ex inuicem non fiant: ideo hec ſunt prin
cipia de quibus intermedia fiunt. et in que prius tranſmutario quam in contraria.

Preterea illud quod habet huius quidem magis: illius vero minus compoſituz
eſt ex illis quorum dicitur eſſe huius quidem magis illius vero minus. et mediuz ē ipſo-
rum. talia autem ſunt media contrariorũz. et ideo compoſita ſunt ex ipſis. et quia non

ſunt alia priora eiuſdem generis: q̄ contraria prima: ideo omnia inferiora contraria et media ex primis cōtrarijs ſunt. q̄ igitur media ⁊ cōtraria in eodez genere ſunt et q̄ media ſunt cōtrariorū atqz ex ipſis cōponunē manifeſtum ē.

Capitulu3.xj.qd̄ ſic incipit. Diuerſuz aūt ſpecie. declarat q̄ differētia ſpecie que ſunt ſub eodem genere cōtinētur quod diuiditur in eis per differētias ſubiūgēs q̄ cōtrarietas ē differēnia ſpecifica et qd̄ ē idde3 ſpē ⁊ non idem.

Iuerſum ſpecie eſt aliquid comune diuiſuz in ſpēs quod eſt in ſpeciebꝰ in q̄s diuiditur vt ſi animal diuiſū eſt ī duas ſpecies: ambo diuidētia ſunt animalia. et ideo neccceſſe eſt diuerſa ſpecie eſſe in eode3 genere tale eni3 voco genꝰ in quo multe ſpēs dicūtur eſſe vna3 habēs differentia3 in eis: ſcōm ſe et non ꝑ accidēs ſiue ipſum ſit materia ſiue non. Non enim oportet ipm genus ſolum eſſe quid commune reſpectu ſpērum: ſed etiam diuerſificari in eis vt animal non oportet ſolu3 eſſe comune equo et hoī: ſed etiam diuerſū ſpē in ipſis. ita q̄ equus ſit tale animal homini vero diuerſum tale ſpē ab eo. ꝗ differētiam neceſſe ē eſſe diuerſitatē generis q̄ ſcilicet diuerſum facit ipſum genus in differētibus ſpecie. Contrarietas quide3 ē differencia ſpecifica. qd̄ patet ex inductiōe. quia oīa contraria diuidūtur oppoſitis differentijs ex quibus cōſtituūtur diuerſe ſpecies ſub eodem genere ⁊ maxime abinuicē diuerſa.

Perfecta enim differētia non ē eoꝝ quoꝝ ſimul ſit vna ratio. et qꝛ cōtrarietas eſt differētia perfecta. ideo cōtraria ſunt diuerſa ſpecie rōe. hec ei ſunt contraria q̄ ſub eodem genere exiſtētia habent contrarietatē entia indiuidua id eſt indiuiſibilia in rōes ſpecificas. ſicē albedo ē indiuiſibilis in albedines differētes ſpē. eadem vero ſpē ſunt q̄ tm̄ indiuidua exiſtētia non habent contrarietatē. qꝛ contrarietates fiunt indiuiſiōe extremorum ⁊ medioꝝ: ante q̄ perueniaē ad indiuidua differētia ſolu3 numero. vt cōtrarietates fiunt in colore qn̄ color diuiditur in albu3 et nigru3 ⁊ medios colores ante q̄ perueniatur ad hoc albū indiuiduu3. Manifeſtam quidē q̄ hoc genus cōparatu3 ad ſpecies non eſt diuerſum ſpecie ab eis: ſed potius aliquid comune ipſorum. cuius natura manifeſtaē remotione differētiaꝝ. ſicē materia oñditur negatione formarū. genus enim ꝓpter potētias q̄ continēt differētias ⁊ ſpēs non materia q̄ eſt in potentia ad formas. dicō āt genus non hominū vt eracleoꝝ: ſ3 genus nature. ab eis etia3 q̄ nō ſunt in code3 genere nō differt ipm genus ſpē: ſ3 potius genere qꝛ differētia ſpecifica eſt eoꝝ q̄ ſunt in code3 genere contrarietas autem ita eſt differētia ſpecifica q̄ ipſa nō differt ſpē: cum hoc ꝓpriu3 ſit ſpecierum exiſtentium in eodem genere.

Capitulu3.xij. quod ſic incipit: dubitabit vtiqz aliquis. Oſtendit q̄ nō oīno contrarietas facit differētiam ſpecificam: ſed illa ſola q̄ eſt in ratione formali. et non illa q̄ eſt ex parte materie: vt maſculinum et femeninum.

Ubitabit aliquis quare femina a viro ſpe nō differt: cum maſculinū ⁊ femeninum cōtraria ſint. et cōtrarietas ſit differētia ſpecifica. maſculinū ei ⁊ femeninum videnē eſſe differēcia aīalis ꝑ ſe et nō ꝑ accidēs. ſicē albedo ⁊ nigredo. et hec dubitatio eadē ē qua dubitatur: quare aliqua cōtraria vt āhulatiuz ⁊ volatiuum faciunt diuerſa ſpē ſub aīali: aliqua ū o nō vt albedo ⁊ nigredo. Ad hāc dubitatiōe3 dicēdū ē. q̄ q̄da3 ſunt proprie paſſiones generis conuenietes eis ꝑ propriā rōe3 formalē eiꝰ. ꝗrū contrarietates faciūt differentiā ſubiecto ipoꝝ: vt rōnale ⁊ irrōnale ſub aīali. quedam vero ſunt paſſiones generis ꝓut concipitur cum materia et tales non faciūt

differẽtiaꝫ ſpecieruꝫ ſub ſpõ ſicut albedo ⁊ nigredo non faciũt diuerſa ſpẽ ſub hoĩe. hõ enim albus ab homine nigro non differt ſpecie ſi ponaẽ nomẽ vtriqꝫ. quia ꝗuis in eis ſint diuerſe carnes ⁊ oſſa: tamen ſimꝉ totũ idest humanitas nõ eſt in eis ſpecie diuerſum. cum in ratione nõ ſit contrarietas. albus enim hõ eſt quidam homo et hoc eſt vltimum indiuiduum: vt calias cuius forma ẽ cum materia. homo itaqꝫ albus quia calias albus ſcõm accidens eſt albus. quia albedo eſt potẽtia materie. ereus etiam circulus non differt ſpẽ a triangulo ligneo propter materiam ſcilicet es et ligniꝫ: ſed qꝛ in ratione ineſt contrarietas. Utrum autem materia faciat diuerſa ſpe dubitatur. hic enim aquus ab hoc homine differt. ſed tamen rationes ipoꝛuꝫ ſunt cum materia. Sed dicẽdum ꝙ in talibꝰ non eſt differẽtia ſpecifica propter materiaꝫ. ſed qꝛ in ratione eſt contrarietas. nam hoĩs albi ⁊ equi nigri. diuerſitas eſt in ſpecie. non qꝛ hic ẽ albus et ille niger. qm̃ ſi ambo albi eſſẽt: adhuc ſpecie differrẽt: ſed ꝑpter diuerſitatem rationis et forme. Maſculus etiam et femina ſunt proprie paſſiones aĩalis non ex parte forme: ſed ex parte materie ⁊ corporis idez enim ſpma aliquãdo fit femina aliquã maſculus patiens aliã ⁊ aliam paſſiõem. Quid igitur ẽ diuerſum ſpecie et quare alia differũt ſpecie et alia non dictum eſt.

Capitulum. xiij. quod ſic incipit: Qm̃ vero cõtraria. declarat ꝙ lꝫ cõtraria ſpecie differãt. tamen corruptibile ⁊ incorruptibile que videnẽ cõtraria differunt genere.

Uoniam aũt cõtraria differũt inter ſe ſpe: dubitatur quomodo corruptibile et incorruptibile ſint contraria: cum differãt genere. ꝙ autez ſint cõtraria patet quia vnum eſt priuatio alteriꝰ in potẽtia determinata. Preterea vniuerſaliter diximus de eis cum nõ videretur ꝙ in ſpecie differũt corruptibile ⁊ incorruptibile: ſicut nec alia cõtraria: vt albuꝫ ⁊ nigruꝫ idem eniꝫ ſpecie vniuerſalẽ acceptum vt hõ poteſt eſſe album ⁊ nigrũ pro ſorte albuꝫ ꝑ calia nigrum. idem etiã ſingulare ꝑ diuerſis tẽporibus põt eſſe album ⁊ nigrum. q̃ contraria ſunt. g̃ contraria nõ differunt ſpe ac per hoc corruptibile ⁊ incorruptibile nõ erunt diuerſa ſpecie. Sꝫ ſciẽdũ ꝙ contrarioruꝫ q̃daꝫ ſunt in ſubſtãtijs ꝑ accidẽs: vt album ⁊ nigruꝫ. q̃dam ãt inſũt ꝑ ſe ⁊ impoſſibile ẽ ea ineſſe ꝑ accidẽs: vt corruptibile et incorruptibile. nichil ei ẽ corruptibile ꝑ accidẽs: qꝛ contingeret ipm non corrumpi. cum tamẽ ex neceſſitate inſit ei corruptibilitas. ſi ei poſſet non corrũpi: contingeret idem eſſe corruptibile ⁊ incorruptibile neceſſe ẽ igiẽ ſubſtãtiaꝫ rei corruptibilis eſſe corruptibilẽ aut in ſubſtãtia eius ineſſe corruptioni. Et eadẽ ẽ rõ de incorruptibili cum ãbo inſint ei cui inſũt ex neceſſitate. et idõ vnum hẽt oppoſitiõem ad aliud ꝑ ſe ꝑpter qõ neceſſe ẽ ea eſſe genere diuꝰſa. Ex his aũt manifeſtũ ꝙ nõ conuenit ydeas eſſe quales platonici dicũt. ſ. eternas. Contingeret enĩ ꝙ hic hõ ſenſibilis eſſet corruptibilis ⁊ hic hõ ſeꝑatus incorruptibilis: cum tamen platonici dicãt eos eſſe eiuſdez ſpeciei ⁊ ratiõis nõ equiuoce. corruptibile ei et incorruptibile differũt genere qõ eſt plus differre ꝙ̃ ſpe ſolum.

Quod quidem circa pricipia ſapientia vel ſcia eſt Capitulũ primũ libri vndecimi declarat q̃ſdam q̃ſtiones in tertio motas cũ augmẽtis ad vtrãqꝫ ꝑtez.

Uod quidez ſapĩa prima. i. methaphiſica eſt ſcĩa circa pricipia. Manifeſtuꝫ eſt ex his que de principio dubitata ſunt ab alijs in tertio libro Et primo. Dubitabit autem aliquis vtrum oporteat ſcĩaꝫ eſſe vnã cauſã aut multas. nõ ei videẽ vna eſſe qꝛ vna ſcĩe ẽ cõtrarioꝝ. pricipia aũt de quibus eſt ſapiẽtia non ſunt contraria. nec poſſunt eſſe multe quia eſſent

equales.eiuſdem autem rei nō ſunt equales ſcie. Secundo dubitᷓ vtrum vnius ſcie
aut plurium ſit ſpeculari pꝛīcipia demoſtrationis. ſi enim vnius:qd magis hoc pri-
me phie ꝙ alterius:cuiuſqʒ ipſa ſpeculatiᷓ ſi autem plurium dubiū eſt quales iſte ſunt
Ueritas autem haꝝ dubitationū eſt ꝙ oportet exiſtimare vnam primaʒ ſciaʒ que
eſt circa principia entis in quātum ens que vnitateʒ habet non ex contrarietate cōtra
riorum ſed ex vnitate ſubiecti ſcilicet entis in quātum ens.et principia demōſtratiōis
oriuntur ex ente et non ente:ideo eiuſdeʒ eſt conſiderare pꝛedicta principia et nō alte-
rius quod querebat ſecūda dubitatio. Tertio dubitaᷓ vtrum omnium ſubſtātiaruʒ
ſit vna ſcia aut non.ſi quidem non oīum eſt vna:difficile ē aſſignare quaꝝ eſt et quaꝝ
non. Si autem omnium eſt vna:non patet quomodo cōuenit plurium eadem ſciaʒ
Ueritas huius dubitatiōis ē ꝙ omniuʒ ſubſtātiarum eſt vna ſcia prout habēt ana
logiam ad primam. Quarto dubitatur vtrum demōſtratio eſt ſolum circa ſubātias a
ut etiam circa accidētia. Si enim domōſtratio ē circa accidentia:non eſt circa ſubſtan
tias.et ſic non videtur eadem ſcia eſſe vtriqʒ. Si auteʒ altera ē cira ſubſtātias et acci
dentia dubitaᷓ quomodo vtraqʒ ſapientia.nam demōſtratiua q̄ eſt circa accidētia
eſt illa ſapiētia que ē circa primas ſubſtātias. Ueritas huius eſt qđ eadem ſapiētia
que et circa ſubſtātias conſiderādo eas circa diffinitionem.eſt etiā circa accidētia ip
ſarum per demōſtrationeʒ. Quinta dubitatio eſt ꝙ prima phi hic queſita nō vi-
detur ponenda circa cauſas dictas in phiſicis.non eniʒ ē circa quđ cuius grā.cum
tale ſit bonum.qđ exiſtit imoperabilibꝰ et exiſtētibus in motu.hoc enim primum aūt
mouet:cum ſit finis.primuʒ āt mouens non eſt in imobilibus de quibus ſcia queſita
conſiderat. Ueritas huius ē ꝙ hec ſcia conſiderat cauſas p̄dictas non ſcdm ꝙ cō-
petunt enti mobili vt mobile eſt:ſed ſcdm ꝙ conueniūt enti in quātum ens. Sexto
dubitatur vtrum hec ſcia ſit circa ſubſtantias ſenſibiles tm̄ aut circa alias. Si enī circa
alias aut circa ydeas aut circa mathematica. non circa ydeas:cum ipſe non ſint et ſi
quis putat eas eſſe:dubitatur ꝓpter quid ſicut mathematicis eſt ponere ſubſtātiam ſē
ſibilem et eius ydeam intermediam mathematica tñ velut tertiam preter ſpēm et ſen
ſibilem vt lineam ſenſibileʒ ydealem ꝛ mathematicam ꝛ in alijs nō ſimilr̄ eſt quoruʒ
ſunt ydee.nam preter hoīem ſenſibileʒ ꝛ ydealem non ē tertius h nec preter ſingu-
larem et antho.ideſt per ſe equum nō eſt tertiꝰ. Si aūt mathematica nō ſunt ſepata
non eſt aſſignare circa q̄lia negotieᷓ mathematicꝰ:cum nullum ſenſibile ſit tale quale
mathematice ſcie q̄runt.ſi āt ſepata ſunt:circa ipſa nō eſt q̄ſita ſcia hec:cum nulluʒ ip
ſorum ſit ſepabile ꝑ rem.nec ē ſubſtātiaruʒ ſenſibiliū:cum ſint corruptibiles. Ueri
tas huius eſt ꝙ prima phia eſt principalr̄ circa ſubſtātiam ſeparatam realr̄ per ſe exiſtē-
tem non ꝑ moduʒ ydee ꝛ de alijs ſubſtātijs ꝑ ꝙ habet attributiōeʒ ad primā. Sep
timo dubitatur cuius ſcie eſt determinare de materia mathematicoꝝ.nō eī hoc perti
net ad phicaʒ. qꝛ oē negotiuʒ naturalia ē circa habētia in ſeipſis pꝛīcipiū motus ꝛ qui
etis.mathematica āt ſunt abſtrata a motu.nec ꝑtinet ad mathematicā q̄ eſt determi-
natiua q̄ circa ſubiectū ſuuʒ facit inquiſitiōem de paſſionibꝰ eius.ipm āt ſubiectuʒ nō
conſiderat:ſʒ ſupponit relinquiᷓ igiᷓ primā phiaʒ cōſiderātiōeʒ facere d his circa q̄ ſūt
mathematice prout reducuntur ad ens vel cathegoriam entis et hec eſt veritas.
Octauo dubitaᷓ vtrum queſitam ſciētiam oportet eſſe circa pꝛīcipia que vocātur ab a
liquibus elementa.videtur ꝙ ſic cuʒ talia ſunt pꝛīcipia intrīſica cōpoſitoꝝ. Unūqđqʒ
ſcitur ꝑ ſua pꝛīcipia intrīſica. magis autem videtur predicta ſcia eſſe velut cuʒ omnis
ſcia et ratio vniuerſaliuʒ ſit et nō extremoꝝ.ideſt ſingulariū q̄re hoc erit ꝑmoꝝ generꝝ

q̄ maxime ſunt vniuerſalia. Ueritas huiꝰ ē ꝙ hec ſcientia ē circa vtraqꝫ ꝑncipia ꝑ ꝙ ꝑtinet ad rationē entis. Circa hoc dubitaṫ vtrū ens et vnum ſint prima genera videtur enim ꝙ ſic eo ꝙ exiſtimātur cōtinere oīa entia. ꝛ videtur maxime eſſe principia q̄ ſunt prima in natura. qḋ patet ex hoc q̄ ipſis corruptis reliqua corrūpunṫ. oīa enim ſunt ens ꝛ vnum. nulla āt differētia participat genus. et iō non ſunt genera ponēda. et hec eſt veritas. Nono dubitatur vtrū ſpēs ſint magis pꝛīcipia vel ecōuerſo. ſi enim magis pꝛīcipiū eſt illud qḋ eſt ſimplicius eo qḋ eſt minus ſimplex ſimpliciora āt ſunt inferiora generibus q̄ genera: cum ſint minus indiuiſibilia. genera enī in plura ꝛ differētia: magis pꝛīcipium videbūtur eſſe ſpecies generibus. cōtrariū āt videṫ ex hoc q̄ ſpecies interimūtur interēptis generibus. et iō magis aſſimilātur pꝛīcipijs: cum pꝛincipiū ſit quo remoto remoueṫ aliud. Ueritas huiꝰ eſt ꝙ quātū ad eſſe nec ſpecies nec genera ſunt pꝛīcipia: licet q̄ntum ad infima genus aliquo modo ſit pꝛīcipiū ſpeciei. hec igitur et quedam alia ſūt habētia dubitationem.

Capitulum .ij. quod ſic incipit: Ad hnc vtrumqꝫ opoꝛtet poni. reclarat q̄ſdam alias queſtiones ſuperius tactas maxime in tertio.

Ad huc dubitatur vtrū ꝑter ſingularia opoꝛtet poni aliquid aliud aut nō: ſed ipoꝝ ē q̄ſita ſcīa. hec enim eſſe nō pōt: cum hec ſint infinita. cōtrariū āt ex hoc videṫ q̄ preter ſingularia ſunt aut genera aut ſpēs dicūtur. quoꝝ non ē ſcīa. Ueritas huius ē ꝙ de vniuerſalibus non ꝓut ſunt ſepata a ſingularibus ꝑ exiſtētiam eſt ſcīa. Secūdo dubitaṫ vtrum ꝑter ſubſtātias ſenſibiles opoꝛtet eſſe ſubſtātiā ſeparatam aut nō: ſed circa ſenſibiles eſſe ſapiētiam. Et rōnabiliter dubitaṫ: q̄ videmur q̄rere aliam ſubſtātiam a ſenſibilibus. ꝛ ꝓpoſitum eſt a nobis ſcire: ſi quid ē ſepabile ꝑ ſe non inexiſtēs alicui ſenſibili. Si enim preter ſenſibiles ſubſtātias ē aliqua alia non eſt manifeſtum ꝑter q̄les opoꝛtet hanc eſſe. q̄ non magis ꝑter hoīes aut equos ponet quis talem ſubſtātiā: quā ꝑter alia animalia aut aīata ponere āt ꝑter ſubſtātias ſenſibiles oēs alias ſepatas ꝛ cōſtituere equales eſſe ꝑpetuas ſenſibilibus quo ad numerū extra ratione videṫ. Si āt primū pꝛīcipiū hic q̄ſitum nō eſt ſepabile a coꝛpoꝛibus: nil erit pꝛīcipiū magis q̄ materia. qḋ ē falſū cum ipa nō ſit actu: ſꝫ potentia ꝛ nō pꝛīcipalius videbiṫ foꝛma ꝛ ſpēs q̄ materia. Si ḡ totaliṫ foꝛma coꝛruptibilis ē: nulla ſubſtātia erit ꝑ ſe perpetua ſepabiṫ. qḋ ē incōueniēs. q̄ talis ſubſtātia videṫ tanq̄ pꝛīcipiū et etiam a gratioſiſſimis queriṫ. nullus enī oꝛdo erit in entibus nō exiſtēte aliquo pꝛincipio ſepabili ꝛ imobili. Et hec ē veritas huius dubitatiōis. Iuxta hoc dubitatur ſi ē aliqua ſubſtātia ꝛ pꝛīcipium tale ꝑ naturā quale tūc diximus ꝛ hoc ē vnum ꝛ idē ꝑpetuoꝝ et coꝛruptibiliū. ꝓpter quid eodem exiſtēte pꝛīcipio q̄dam pꝛīcipiata ſunt ꝑpetua: q̄dam nō. Si āt idem ē pꝛīcipiū coꝛruptibilium et aliud ꝑpetuoꝝ ita ꝙ pꝛīcipium coꝛruptibiliū ſit ꝑpetuū: ſimiliṫ dubitaṫ ꝓpter quid exiſtētia ſub perpetuo ſunt coꝛruptibilia. Si autē ſit non perpetuum aliud erit pꝛincipium eius et illius alterum. et hoc in infinitum procedet. Ueritas huius eſt quod idem pꝛincipium eſt perpetuoꝛum et coꝛruptibilium procedens vtraqꝫ tamen diuerſis modis. Quarto dubitatur ſi quis putat pꝛincipia eſſe maxime immobilia. vtrum ens et vnum ſunt pꝛincipia. Si enim vtraqꝫ ipſoꝛū non ſignat hoc aliquid et ſubſtātiam nō erit pꝛīcipiū cū non ſint ſeparabilia et per ſe. talia enī pꝛincipia querimus ſcilicet ſepabilia ꝛ ꝑpetua. Si vero ſignat omnia erunt ſubſtātia. quia de omnibus ꝑdicatur ens ꝛ vnū. oīa aūt entia eſſe ſubſtātiā falſum ē. Ueritas huius ē quod licet pꝛīcipiū primum ſit vnum in

quo ſaluatur ratio entis tamen ens et vnum vniuerſalr̄ ſumpta non ſīt principia pri‑ma. Dicētes āt vnum eſſe principiū qđ eſt ſubſtāntia formalis ex qua ⁊ ex materia primo generat numerū ⁊ hunc dicunt eſſe ſubſtātiā entium nō poſſūt aſſignare quo modo dualitas. et vnuſquiſq duorū numerorum ē formalis ratio eſſēdi vnū de hoc enim nichil dicūt nec ē facile dicere. Si quis vero ponat pricipia primas lineas ⁊ ſuperficies: cum hec non ſint ſubſtātie ſepabiles: falſum opinabit̄. qꝛ linee ſunt deciſ‑ſiōes ⁊ diuiſiones ſupficierū ſupficies corporū. et vniuerſalr̄ ꝙ lꝫ triū diuiſionū exiſtit in alio. et nulla ē ſepabilis. Preterea punctū exiſtimare ſubſtātiam falſū eſt quia omnis ſubſtātie ē gnō. puncti aūt non eſt generatio: cum ſit diuiſio quedā. Habet dubitationem ꝙ oīs ſcīa eſt vniuerſaliū ſubſtāntia āt non ē de numero vniuerſaliū ſꝫ magis ſignat hoc aliquid ſepabile ab alijs. Si ergo ſcīa eſt circa vniuerſalia: pricipia qnq oportet ſubſtātiam exiſtimare pricipiū. Ueritas huiꝰ eſt ꝙ aliqua vlītas eſt in ſubſtātia per quā ſcīa eſt de ipſa et hēt etiam comunitatē virtutis propter quā eſt prin‑cipium. Dubitatur etiam vtrum ſit aliquid preter ſinolon. i. preter ſimlr̄ totum cō‑poſitum ex materia ⁊ forma qꝛ ſi preter hoc nichil ē omnia erunt corruptibilia: cum ea que in natura ſunt corruptibilia. Si āt aliquid eſt preter ſimlr̄ totum hoc erit ſpēs et forma: ſed difficile eſt determinare in quibꝰ hoc ſit ſepabile et in quibꝰ nō nā et in qui‑buſdam palam eſt ꝙ forma non exiſtēs ſeparabilis a materia puta forma domus. Ueritas huius eſt ꝙ q̄dam forme non ſunt ſepabiles a materia vt forme ſenſibilium. intellectuales āt ſeparabiles ſunt. Dubitatur vltimo vtrum principia ſint eadem ſpecie aut numero. ſi enim numero omnia erūt eadem. veritas huius dubitatiōis eſt quod patebit in duodecimo.

Capitulum. iij. quod ſic incipit. quoniam aūt phī ſciētia. Declarat ꝙ en‑tis in quātum ens eſt vna ſcientia licet dicatur tū habet cōmunitatem analo‑gie eo ꝙ omnia entia attribuūtur ad vnū principiū et omnia cōtraria ad pri‑ma quorum contrariorū pōt eſſe mediū nō obſtāte ꝙ alterū ipſorum dicatur ſecundum priuationem.

Uoniam āt ſcientia phī eſt primi entis in quātum ens ſimplex ⁊ non alicuius pticularis entis. Ens aūt dicitur non vno modo ſed ſimpliciter: ſi hec multi‑plicitas dicitur equiuoce ⁊ non ꝑ aliquid cōmune: ens nō ē ſub vna ſcīa. quia equiuocorū non eſt genꝰ vnum ſubiectū alicui ſcientie. Si āt ens dicitur multiplici‑ter ꝑ aliquid cōmune: erit vtiq ſub vna ſcīa. videt̄ itaq ens dici ſic medicatiuū et ſa‑lubre. quorum vnumqđq multipliciter dicit̄ tū per attributiōem ad vnū primū oīa enim medicatiua et ad vnā ſcīam medicatiuā. ſermo enim dicit̄ medicatiuꝰ qꝛ pro‑cedit a ſcīa medicatiua et cultellꝰ medicatiuus: qꝛ ſcīe medicatiue e ē vtilis. Similr̄ aūt et oē ſalubre reducit̄ ad ſanitatem aīalis. hoc aūt quod ſignificatiū. Illud autē quod factiuum eius et ita de alijs eodem modo oē ens reducit̄ ad ſubſtātiā. hoc ei dicit̄ ens qꝛ eſt paſſio ſubſtātie q̄ eſt ens primū: illud vero qꝛ habitꝰ aut diſpoſitio aut motus a‑ut aliquid taliū ipſiꝰ ſubſtātie. Qm̄ autem redutio omnis entis ē ad aliquid ꝑmū ⁊ cōmune: oportet ꝙ vnaq̄q cōtrarietatū entis reducatur ad primas dr̄as ⁊ cōtrarie‑tates ipſiꝰ. ſiue prime dr̄e ſint vnū et plura ſiue ſimilitudo ⁊ diſſimilitudo ſiue alique a‑lie. Nichil āt differt reductionē entis fieri ad ens vel ad vnum. quia licet differāt ratione: tamen adinuicem conuertuntur. Nam vnum ē ens ⁊ ens ē vnū. Qm̄ āt vnius ſcientie eſt ſpeculari omnia contraria ſemper autem alterum contrariorum di‑citur ſcđm priuatiōem: dubitatur quomodo contrariorū aliquod eſt mediū vt iuſti et ĩ

iuſti vnū ꝑ priuatiōez. Ad quod dicēdum ꝙ in talibus contrarijs oportet intelligi priuatiōem non totiꝰ rationis alterius cōtrarioꝝ: ſed vltime ſpeciei et perfectiōis. verbi grā. Si iuſtus ꝑ quedaz ē obediēs legibus: iniuſtus non ſemper erit priuatus tota ratione obediētie legalis aliquādo enim iniuſtꝰ erit deficiēs in aliquo a pſuaſione legis et ſcōm hunc defectum inerit ipſi priuatio iuſticie legalis et eodem modo eſt in alijs contrarijs.

Capitulum. iiij. quod ſic incipit: quēadmodū autem mathematicꝰ. declarat ꝙ primi philoſophi ē cōſiderare ens et paſſiones eſt etiam primi phi conſiderare communia.

Quemadmodum mathematicꝰ facit conſideratiōem ſuam circa abſtrata a ſenſibilibꝰ qꝛ auferens ſenſibiles paſſiones puta grauitatē et leuitatem duriciē et mollicieṁ et alias ſenſibiles contrarietates ſolum aūt reliquit quātum continuum vel ad vnum vt linea vel ad duo vt ſuperficie vel ad tria vt corpus et ſpeculaṫ ipſa et ipſorum paſſiones ſcōm ꝙ continua ſunt conſiderat enī paſſiōes adinuicez. et exiſtētia his ⁊ comēſuratiōes ac rationes horum. et tamen omniuz ponimꝰ vnam ſcientiam geometriā: et eodem modo ē vnius phie ſpeculari ens in quātum ens et accidentia ac cōtrarietates ipſius. naturalem āt conſideratiōem nō circa entia in quātum entia: ſed magis in quātum participat motum deſtribuet quis. dialetica aūt et ſophiſtica ſunt quidem accidētia entis: ſed tamen non in quātum ſunt accidētia entis. nec circa ens in quātum ens. propter quod relinquitur ſoluz primum phm eſſe ſpeculatiuum dictoꝝ in quātum paſſiones entis. Qm̄ autem omne ens dictum multipliciter habet comunitatē analogie ad aliud vnum. Et eodem modo oīa cōtraria ad primas contrarietates et differētias entis. propter quod eſſe poſſūt ſub vna ſcia. Ex hoc ſoluetur dubitatio dicta de principijs qua dubitaṫ: quomodo multorum ⁊ differētium genere eſt aliqua vna ſcia. hoc enim contingit ex hoc ꝙ habēt attributionem et analogiam ad vnum. Qm̄ autem mathematicus vtitur comunibꝰ pꝛicipijs nō ſcōm eorūm comunitatē ſꝫ apropriate primi phi erit ea cōſiderare hoc eī pꝛīcipiū qđ eſt cōmune oībus ab equalibꝰ ablatis q̄ relinquunṫ ſunt eq̄lia: mathematicꝰ aſſumēs circa partem materie cui cōuenit. ſ. circa ptem cōtinui vt circa lineas aut angulos nō in q̄ntuz ſunt entia ſꝫ in q̄ntū continua facit cōſideratiōem. phia āt prima de his q̄ in pte ſunt ī quātuz vnicuiqꝫ eoꝝ aliquid accidit nō intēdit de continuo ſꝫ et de accidētibus ſpeculaṫ āt ens accidētia. Eodem modo naturalis ſpeculaṫ entia non in q̄ntum entia: ſed ꝑ quod conueniūt ſubſtantie materie ſecundꝫ ꝙ mobilia. ꝓpter qđ tam naturalis ſcia: quā mathematica ptes phie ponēde ſunt.

Capitulū. v. qđ ſic incipit: ē āt qđdaz in entibꝰ principiū diſputat cōtra negātes hoc pꝛīcipiū nō cōtingit vnuz ⁊ idē ꝑ vnū ⁊ idē tpꝰ ſimṫ eſſe ⁊ nō eſſe.

Eſt autem quodam principium in entibꝰ circa quod non contingit mentiri ſed neceſſariuz eſt ipm ſēper verum eſt āt hoc principiū ꝙ vnū ꝑ vnū ⁊ idē tpꝰ ⁊ ſic ō alijs cōditionibꝰ opponēdis nō cōuenit eſſe et nō eſſe. ō talibꝰ enī principijs nō ē demr̄atio ſimpliciter cū non poſſit fieri ſillogiſmꝰ ex credibiliori pꝛincipio qđ tn̄ ē neceſſariū i demr̄atiōe ſīpliciter. Ad eos āt q dicūt oppoſitas dictiōes veras eſſe ō eodem volēti oſtendere falſ͛m eſt qđ dicūt ſumendū eſt aliquod tale qđ quidem idem ſit ei quod eſt non cōtigere idem eſſe et non eſſe: tn̄ non videatur eſſe idē per hoc eī demr̄abitur nō cōtingere oppoſitas dictiones verificari de eodem. ſi itaqꝫ contingit homines comunicare ad inuicez idem oportet ipſos aliquid intelligere ad inuicem

quia hoc non facto: non eſt comunicatio ſermonis adinuicē ſiue inter eos. et iō opor-
tet vnumqōqꝫ nominuꝫ eſſe notuꝫ et ſignare aliquid vnum ita ꝙ ſi plura ſignificet o-
portet determinare vnuꝫ ſignatuꝫ qō intēdit manifeſtare per nomen dicēs āt hoc ſi-
mul eſſe ⁊ non eſſe dicit ꝙ nomen ſignificat ⁊ nō ſignificat. iſtud āt eſt impoſſibile ſup
poſito ꝙ determinate aliquid ſignificet. hoc enī ſuppoſito impoſſibile ē contradictio-
nem verificari de eodeꝫ. Preterea ſi non magis verificaꝛ de aliquo affirmatiuo
ꝙ̄ negatiuo: non magis erit verum de aliquo homine dicere ꝙ eſt homo ꝙ̄ dicere ꝙ
eſt nō hō magis aūt verum videꝛ dicere ipſuꝫ eſſe et non equuꝫ ꝙ̄ non hominē et ſi ve
rum eſt dicere ipm eſſe ⁊ non equuꝫ accidit igiꝛ eum dē eſſe hominē et equū aut aliqō
aliorum animaliuꝫ. nulla āt predictaꝝ rationum ē demōſtratio simpliciter tñ ē demō
ſtratio contra paſſiones oppoſita ſimul verſicari de eodem.

Capitulum. vj. quod ſic incipit: cito aūt quis vtiqꝫ ipſuꝫ eſſe eraclitum et c̄
In ſpeciali declarat opinioneꝫ eraclitī dicētis vnuꝫ ſcōm vnum et iddeꝫ tpus
eſſe et non eſſe. et qō in iddē incidit pictago. dicēs homines eſſe mēſura oīuꝫ

Jto aūt quis interrogās eraclituꝫ coget ipm confiteri oppoſita nō verificari
ſimul de eodeꝫ. non enim intelligit ſe ipm exiſtimare verū dicere cum dicit ve
rum eſſe ꝙ oppoſita ſimul verificātur ſimlꝛ de eodeꝫ. ſi enim diuiſim non ma
gis ē vera affirmatio de aliquo ꝙ̄ negatio: nec cōiunctim affirmatiōem et negationē
veram eſſe de eodeꝫ eſt verum. igitur hoc dicēs non dicē veruꝫ. ſic ergo eraclitus falſum o
pinatur. Preterea ſi nichil conuenit vere affirmare hoc dictuꝫ eſt falſum. ſ. dice-
re nullam affirmatiōem eſſe veraꝫ. Si aūt aliquid ē veruꝫ deſtruiꝛ opinio negātium
aliquid eſſe verum ⁊ auferētiuꝫ eſſe penitꝰ diſputare. Simile aūt dictuꝫ eſt ꝙ picta
go. opinatur. ille enim dixit hoīem eſſe mēſuraꝫ omniuꝫ nichil aliud dicēs quaꝫ illud
quod videtur vnicuiqꝫ firmiter eſſe tale quale videꝛ hoc aūt conceſſo accidit iddeꝫ eſſe
et non eſſe et iddem eſſe maluꝫ ut bonuꝫ. et alia oppoſita verificari de eodeꝫ: propter
hoc ꝙ multotiens aliquid videꝛ eſſe aliis aūt eſſe contrariuꝫ eius ipſuꝫ autem videri
menſura: eſt vnicuiqꝫ eſſendi vt anaxagoras dixit.

Capitulū. vij. qō ſic incipit: ſoluere aūt vtiqꝫ ⁊ c̄. Introducit motiua diffe-
rentiarum. opinionum falſarum de principiis ſoluēs ipſa vt ex ſolutione ipa-
rum deſtruat opiniones falſas.

Soluetur aūt dubitatio opinātium contingere iddem ſimul eſſe ⁊ non eſſe cō
ſiderātibus vnde orianꝛ tales dubitationes quibꝰ venit dicta opinio propter
opinionem philoſoꝝ aliis aūt ex opinari quecūqꝫ apparēt eſſe vera. non enī
omnes de eiſdem vera cognoſcūt ſed aliquibꝰ hoc videꝛ delectabile illud aūt triſte.
Dico auteꝫ opinionē phoꝝ qua dicūt nichil ex non ente hoc enī fere ē cōmune do
gma omnium phoꝝ naturaliuꝫ ſcilicet omne qō fit fieri nichil fieret ex nō ente nec
fit formaliter ex albo: ſed fit ex albo qō exiſtit ſimlꝛ cum nō albo: propter quod iddeꝫ exi
ſtit ſimul album et non albuꝫ ⁊ non eſt aūt difficile hāc rationeꝫ ſoluere. dictum ē enim
in phiſicis ꝙ q̄ fiunt ſiūt ex non ente actu: ente tamen in potētia. Circa dicentes qō
cumqꝫ apparet id eſſe. Sciendū eſt ꝙ credere opinionibꝰ ⁊ fantaſiis ſic dicētiuꝫ ſtul
tum eſſe: cum neceſſe ſit alteros mentiri illoꝝ quibus apparēt iddem cōtraria. qō pa-
tet ex his que ſenſibilꝛ experimur numꝙ̄ aūt videtur iſtis dulce vel amaruꝫ niſi corru
ptis et priuatis debita proportiōe et organo ſenſus et iudicat materiaꝫ dictoꝝ ſapoꝝ
propter quod nō corruptos exiſtimādū eſt mēſuraꝫ eſſe. et recte iudicare. corruptum
auteꝫ nō eſſe mēſuram et ſimilꝛ dico de apparētia boni et mali pulchri turpis et ſimiliū

Eſt enim ſimile de iudicio ipſorum et de ipſis que apparent in viſu. ſummiſſo enim digito in oculo: vnum videtur duo. et non ſummiſſo apparet quod eſt vnum ergo idem eſt vnum et duo nec debet putari id eſſe quod apparet occulo diuariato et moto: ſed potius quod apparet oculo non moto

Capitulum. viij. quod ſic incipit: totaľ in totus et c̄. Excludit quinque rationibus opinionē dicētium omnia eſſe in continuo fluxu. ex qua poſſet credi ꝙ de nullo eſt aliqua affirmatio.

Impliciter iudicare omnia eſſe in cōtinuo fluxu propter hoc ꝙ ea q̄ ſunt nobis preſentia ſemper mutantur et nunq̄ permanēt eadem oportet enim inquirere quid de hoc verū ſit ex his que ſēper eodem modo ſe habēt nec patiuntur aliquam permutatiōem. talia ſunt pricipalia in mundo que nullam mutatiōem participāt. Preterea ſi motus eſt in rebus: aliquid moueť ex aliquo ad aliud. et hoc oportet eſſe in termino a quo et non in termino ad quem mouetur: propter quod nō verificatur de ipſo ꝙ ſimul ſit et non ſit in vtroqʒ termino. Preterea ſi quis cōcedat ꝙ entia ſunt in fluxu ſecundū motū quātitatum. qḋ tamen nullus concedere debet: non oportet ea fluere ſcḋm quale. et ideo non oportet verificari oppoſita ſcḋm quale. Si enim ſ̉ quātum verificareť de aliquo qḋ eſt et nō eſt tricubitū: qꝛ quātitas ipſius fluit continue: non m̄ verificatur de ipo ſcḋm ſubſtātiam primā qḋ ſit quale et non ſit quale. pōt etiā ſubſtātia eſſe determinate nature et quātitas indeterminate.

Preterea iubente medico offerunt infirmo hunc cibū ſed ſi omnia ſunt in continuo fluxu: non enim erit hic cibus qn̄o erit oblatus et ſic infirmus non habebit quid comodat: ſi determinate debet aliquid comedere. cum ergo offerūt hunc cibū determinate putatur qḋ aliquid permanet in ſua natura. Preterea ſi ſemper alteramur et nunq̄ permanemus idem non ē mirum ſi res nunq̄ videntur eedē quēadmodū laborantibꝰ his enim ꝓpter diuerſimode diſpoſitiōē ſcḋ habimꝰ infirmis et ſanis nō videntur eadem ſcḋm ſenſum. ſenſibilibus tamen non participantibus mutatiōē ſ̉ facientibꝰ impreſiones diuerſas propter diuerſā permutatiōem patiētis et eodē modo forte neceſſarium eſt ſe habere circa ſanos qḋ eis apparet diuerſū illud quod eſt idem ⁊ permanes propter ipſos aliter ⁊ aliter diſponi. ſi autem permanemꝰ idem et in eadem diſpoſitione erit aliquid manens.

Capitulum. ix. quod ſic incipit: ad habentes quidem et c̄. concludit ꝙ ſunt hū curabiles habens dictas opiniōēs. et ꝙ contraria ſicut contradictoria nō poſſunt vera eſſe de eodem ⁊ ꝙ opinio anaxagore vera eſſe nō poteſt.

Contra habētes ergo dictas opiniones et non credētes aliquid ſignificare nomina nec exquirentes rationem: difficile ē diſputare ⁊ dubitatiōem ipſorū diſſoluere. oīs enī demōſtratio ex aliquibꝰ preſuppoſitis. ꝓpter quod nō ſupponentes aliquid interimūt diſputare rationē. quare cōtra tales non ē ſermo. Contra dubitantes āt ex datis diffinitionibꝰ et ex rationibus de factibilibus: facile ē obuiare et diſſoluere faciētia ipſis dubitatiōem ſicuť patet ex ipſis dictis. Manifeſtum ē ergo ex his ꝙ non conuenit oppoſita cōtradictoria verificari ſimul de eodē contraria etiam ſimul de eodē non verificātur. propter hoc ꝙ alterum ipſorū dicit priuatiōem alterius ſicut patet reſoluētes rationes contrariorū ad prima cōtraria ſiue hec ſint potentia ⁊ actus: ſiue cōtraria. Similiter eſt impoſſibile aliquod mediorū ſimul verificari de eodem cum extremo. nam ſubiecto exiſtēte albo: falſum eſt dicere ipm eſſe palidum vel fuſcū vel coloratum colore aliquo mediorum accideret ei albū eſſe et non

album eſſe.q2 ex quo medius color de ipſo verificetur nō eſſet albuȝ.qō eſt contradictio ei9 qō eſt albuȝ eſſe. Nec itaqȝ verum dicit eraclit9 nec anaxa..Si enī anaxa.verum diceret:contraria predicarētur de eodē.cum enī dicat parteȝ cuiuſlibet eſſe ī quolibet nō ſoluȝ potētia ſed actu ſegregata:nichil magis erit aliquid dulce ꝙ̄ amaruȝ album ꝙ̄ nigruȝ et ſic de alijs contrarietatib9. Similiter non ē poſſibile oēs affirmationes eſſe veras vel oēs falſas ꝓpter multas difficultates q̄ ſequūtur hanc opinioneȝ et etiam hec opinio dicens omnes affirmatiōes eſſe falſas interimit ſeipam. falſis ei exiſtentib9 omnib9 affirmationibus vera eſt illa qua pars affirmat omnes eſſe falſas. falſas autē omnes dicēs non mētietur ſi omnes ſunt falſe q̄ ſua affirmatio nō erit.

Capitulum.x. quod ſic incipit.omnis āt ſcīa et cetera. Recapitulat ꝙ oīs ſcīa requirit ſubiectū de quo ꝓbat paſſiones per pricipia et ꝙ phica eſt ſpeculatiua cōſiderās tamen ſubſtātiaȝ cuius ratio ē in materia et ꝙ prima phia altera eſt a phica et mathematica.

Omnis āt ſcientia q̄rit aliqua pricipia et cauſas circa ſcibilia q̄ ſunt ſub ipſa tuedicatiua ⁊ exercitatiua et quelibet alia ſcīa ſiue pratica ſiue ſpeculatiua ſupponens aliquod genus ſubiectuȝ circa ipſuȝ negociatur tanꝙ̄ circa ens ſuppoſitum:non conſiderās ipſum in q̄tuȝ ens.q2 altera ab alijs ſciētijs pticularibus circa ipſum negociatur. Dictaruȝ aūt ſciarum q̄libet ſupponēs de proprio ſubiecto nō conatur oſtēdere paſſiones ipſius debilius aut certius. accipiūt autem qō eſt ſubiectum ſciētie quoddam per ſenſuȝ qōdam per ſuppoſitiōem:ex quo patet ſubſtātie ꝙ quidem ſubiecti non ē demōſtratio in aliqua ſcīa. Qm̄ autem q̄dam eſt ſcīa de natura alia palam ⁊ altera ē a pratica et a factiua.factiue enim principiū motus eſt in faciēte et nō in facto ſiue hoc pricipiuȝ ſit ars ſiue alia potētia.ſimilr̄ et pratica nō habet principiuȝ motus in agibili ſed in agēte eſt āt phiſica circa habētia in ſeipſ principiuȝ motus ꝓpter quod nec factiua nec ſpeculatiua neceſſariū eſt eſſe ſciam materialeȝ oportet eniȝ ipſum cadere in aliquod gen9 triū predictaꝝ. Qm̄ autem in oī ſcīa neceſſarium eſt aliqualiter ſcire quod eſt ſubiectuȝ proprium ⁊ diffinitione ipſius vti tanꝙ̄ pricipio oportet nō latere quare diffiniēdum eſt naturaliter ⁊ qualiter ſumdum eſt ratio ſubſtātie rei phice vtrum cum materia: ſic ſimum ꝙ ē cōcauitas in naſo aut ſine materia ſic cauum.cuius ratio non eſt in materia. Manifeſtū eſt enim ꝙ carnis ⁊ occuli ⁊ reliqua partium ſubſtātie naturalis ratio reddēda eſt cum materia. Quoniam vero quedam ſcīa eſt entis in quātum ens et etiam entis ſeparabilis a materia. Conſiderandum vtrum hec ponēda ſit eadem naturali ⁊ mathematice aut altera.patet enim ꝙ altera eſt ab vtraqȝ. naturalis eī eſt circa habētia in ſe ipſis principium mot9. et mathematica autem circa quedam immobilia non tamen ſeparabilia.igitur altera ab his ābobus eſt circa ens ſeparabile et immobile. et hoc dico ſi aliqua ſubſtātia talis exiſtit. quod quidem in ſequētibus temptabim9 oſtendere. Si enim aliqua natura talis eſt in entibus hoc eſt quid diuinuȝ ac primuȝ ac principaliſſimuȝ pricipiuȝ. Ex quo patet ꝙ tria genera ſpeculatiuarū ſcientiarū ſunt. ſ.naturalis.mathematica.et theologia. Optimuȝ autē gen9 ſciētiarum ē ſpeculatiuarum inter ſcias.et harꝝ optima eſt theologia:cum ſit circa honorabiliſſimuȝ entium. Melior āt et deterior dicitur vnaqueqȝ ſcīa ſecundum propriuȝ ſcibile. Dubitabit autem aliquis vtrum ſcientia que entis eſt in quātum ens ſit vniuerſalis et prima. vnaqueqȝ mathematicarum eſt circa ens determinatuȝ. vniuerſalis aūt eſt de omni ente. Si ergo ſubſtātie phice prima entia erunt ſcīa naturalis eſſet prima ſcientia. Si autem eſt alia natura

195

et ſubſtātia ſeparabilis et immobilis: neceſſe eſt ſciam ipſius priorem eſſe naturali. ⁊ eo ꝙ priorem eſſe vniuerſalem et hec eſt prima philoſophia.

Capitulum .xi. quod ſic incipit: quoniaꝫ auteꝫ ſimpliciter et c̄. Probat q̄tuor rationibus ꝙ de ente ſcdm̄ accidēs non eſt ſcientia adiungens ꝙ ens qđ eſt verum conſiſtit in intellectu. nec que ſūt principia entis ſecundum accidēs ſunt inſunt cauſe.

Qoniaꝫ autem ens abſolute acceptuꝫ dicitur multis modis. quoꝝ vnuꝫ ens ſecundum accidens de hoc primo cōſiderādum ē. quod ei nulla ſcientia negociatur circa ipſum patet. nam nec hedificatiua conſiderat ea que accidunt vtentibus domo. puta ſi habitatio erit triſtis aut leta. Similiter coriaria vel coriatiua nec textiua accidentia conſiderāt: ſed magis quia intēdunt ꝙ propriuꝫ eſt ſibi. hoc autem eſt propriuꝫ finis. Preterea muſicū non ē gramaticū: ſed non exiſtēs muſicus nec gramaticus aliqū fit gramaticꝰ aliquādo muſicus: et ſic ambo prius fuerūt non ens: ita ꝙ non ens muſicus et gramaticus poſtea factus ē muſicus et gramaticꝰ tale auteꝫ quod de ſe non erit ens: nulla ſcīa querit niſi ſophiſtica q̄ ſola circa accidēs negociatur ꝓpter quod plato nō male dixit dicēs ſophiſticam verſari circa non ens.

Preterea patebit non eſſe ſcientiam non entis ſecundum accidens: ſi accipiamus quid eſt tale ens quoddam enim eſt ens ſemper de neceſſitate non violentie ſed incontingibilitatis qua neceſſitate vtimur in hiſque ſunt in demonſtrationibus. aliud autem eſt ens nec vt in pluribus ⁊ frequenter nec ſemꝑ et ex neceſſitate ſed in paucioribus et cōtingenter puta frigus ſub cane et tale ē ſcdm̄ accidēs cuius non eſt ſcīa quia omnis ſcientia eſt entis ſemper aut in pluribus. accidens āt neutrum horum eſt.

Preterea entis ſcdm̄ accidēs nō ſunt cauſe nec principium talia qualia entis per ſe quia ſi ipſius eſſent talia principia omnia eſſent ex neceſſitate. ſi enim hec eſt cauſa illius per ſe et iſtud eſt cauſa illius per ſe: ſi iſtud eſt ex neceſſitate et oīa ſequētia erunt ex neceſſitate. ſi enim hec ē cauſa illius per ſe: et iſtud vltimuꝫ eſt ſcdm̄ accidēs ens ꝑ accidens erit ex neceſſitate ⁊ omnia entia etiam cōtingētis cōtingētia ex neceſſitate erunt et auferetur demrātio entis contingēs quod ſi dicatur cauſa entis ſcdm̄ accidens non ē preſens ſed futuruꝫ hoc non referetur ſolum ſuppoſito qđ ſit cauſa ipſius per ſe ſemper enim ſequitur ens ſcdm̄ accidens erit ex neceſſitate. Si enim ponatur ꝙ cras fiet eclipſis quod erit interpoſitio terre et hoc erit cras ſi aliquid aliud fiet qđ ē ſe tam interpoſitionis cum tp̄us craſtinum differt a nunc finite alio neceſſario erit preſens illud qđ eſt cauſa eclipſis per ſe et ſic ex neceſſitate erit eclipſis ſi itaqꝫ entis ſcdm̄ accidens ſunt per ſe cauſe ⁊ principia omnia erunt ex neceſſitate non ſunt ergo per ſe cauſe ac per hoc nec ſcīe. Ens autem quod ē veruꝫ conſiſtit in oppoſitione intellectus et eſt quedam paſſio in eodem intellectu exiſtens propterea eius non q̄runtur cauſe ⁊ prīcipia extra mentē. Ens āt ſcdm̄ accidens licet ſit ſeꝑabile ab intellectu non tamen ē neceſſariū nec determinatuꝫ ſed ipſius ſunt inordinate cauſe et infinite propter quod de neutro iſtorum entium eſt ſcientia.

Capitulum .xii. quod ſic incipit: ꝙ autem gratia huius et c̄. Recapitulat ea que dicta ſunt de fortuna ſecundō phiſicorum.

Nhis que fiunt a natura et ab intellectu ē agere ꝓpter finem qn̄ ergo aliquid fit in eis ꝑ accidens ē fortuna. ita ꝙ ſicut ens. aliud ē per ſe: aliud per accidēs ſimiliter et cauſa alia eſt per ſe et alia per accidēs in factis propter fineꝫ ab electione. et iō circa eadem eſt intellectus ⁊ fortuna cum electio non ſit ſine intellectu.

cauſe autez hui9 qđ fit a fortuna īfinite ſunt. ſicut vt intelligentia cognitiōis humane ipſa fortuna cauſa ē ſcđm accidēs ⁊ nullius ē cauſa ſimpliciter. boa aūt fortuna dicitur cum aliquod bonuz euenerit et mala cum malū. eufortiniuz aūt infortunium cū ueuerit magnuz bonum vel magnū maluz. quoniaz vero prius eſt qđ eſt ꝑ ſe ꝙ qđ eſt ſcđm accidēs: et cauſa per ſe prior ē ea quod ē ſcđm accidens: ideo itellectus et natura que ſecundum ſe priores ſunt cauſe celi ꝙ fortune.

Capitulum. xiij. quod ſic incipit: eſt aūt hoc qđdaz actu ſolum et cetera declarat ꝙ motus eſt actus entis in potētia ſcđm quod eſt in potētia ſicut dictuz eſt tertio phiſicorum.

Apponamus primo aliquid ꝙ ſoluz eſt in actu aliquid ſolum in potentia aliquid actu ſimul ⁊ potētia. ſecundo ꝙ entis aliud eſt ſubſtantia. aliud eſt quantum aut aliquid aliud aliorum predicamētoruz. Tertio ꝙ motus non eſt aliquid ſeparatuz a reb9 ſed ē ſemper in ente alicui9 predicamēti. cū ſemper ſit in ſubiecto. quarto ꝙ in quolibet pđicamēto dupliciter poteſt aliquid exiſtere. ſ. non perfectum ⁊ nō imperfectum. v. g. in ſubſtātia aliquid eſt vt forma: aliquid t priuatio in q̄li aliquid perfectum vt album: aliquid imperfectuz vt nigrum. in quāto aliquid vt perfectum aliud imperfectuz. in latione ſurſuz vt perfectuz: deorſuz vt imperfectuz. ſimil̄r leue et graue. et iđ tot ſunt ſpēs motus quot ſunt ſpēs entis. habētis duplex eſſe predictuz.

Diuiſio igitur vnoquoqz genere per potētiam ⁊ actum: dicēduz ē motum eſſe actuz potentis in potētia ꝑ quod ī potētia. ꝙ autē vera dicim9: patet et primo ꝙ motus ē actus entis in potentia. cum eni hedificabile in potētia hedificatur ⁊ ponitur actu hedificationis: tunc eſt motus qui dicitur hedificatio ⁊ eodez modo doctrinatio. curatio. ābulatio ⁊ ſimilia ſunt act9 entis in potētia qñ eni res eſt in actu perfecto: tunc accidit ei moueri. non ḡ prius nec poſterius ē motus: niſi quādo mobile in potētia ē ſub actu. dico ꝑ ꝙ in potētia. eſt ergo potentia et actu: ſed motus non ē in eo in quātum ē ēs ſed in quātum ē potētia ſtatua. nec ē idem eſſe actu aliquid actu et aliud potentia: qm̄ ſi eſſet idem ſimpliciter et ſcđm rationem: motus eſſet alicuius in quātuz ē in actu. nūc aūt non ē idem vt patet in cōtrarijs. idem ei ſubiectum quod ē actu ſanū ē potētia infirmuz. ſiue hec ſit humiditas ſiue ſanguis. propter qđ ſi idem eēt ſimpliciter ens et aliquid actu ⁊ aliquid in potētia idem eſſet ſanum ⁊ infirmuz. n ſūt ḡ idē ens actu ⁊ ens potētia. cum non ſit idem color ⁊ viſibile. cum tñ color actu ſit viſibile potētia non tñ actus. motus ḡ eſt actus poſſibilis in quātuz poſſibile et nō in quātuz actu eſt. Tertio manifeſtuz ē ꝙ motus eſt actus quidā ⁊ ꝙ tunc et non prius nec poſterius aliquid mouetur qđ non eſt actu illud enim qđ eſt poſſibile contingit aliquādo ſub actu eſſe non hedificabile ſub actu hedificatiōis aliquādo ſub potentia tm̄ mot9 autē qui eſt hedificatio non eſt quādo hedificabile eſt in potētia ſed ē actus hedificabilis in quantū hedificabile aut' ei hedificatio eſt ipſa domus iam facta aut ē actu hedificabil' non ē aūt dom9 qꝛ quādo dom9 facta eſt non amplius ē hedificabilis nec hedificatio neceſſe eſt ḡ hedificationez qui ē motus hedificabilis eſſe quēdam et eadem rō eſt in alijs motibus. Qđ aūt bene dictum ſit motum eſſe actuz amixtu potētia patet tam ex his que alij dicūt de ipſo ꝙ ex hoc quod nō ē facile ipſuz diffinire. Nullus enim poterit ipſum ponere in alio genere ꝙ in genere actus imperfecti aliqui dem dicūt ipſz eſſe alteritatez et inequalitatē et non ens qꝛ quidem verū non ē qꝛ nulluz iſtorum neceſſe eſt moueri nec ꝑmutatio magis ē ex his vel in hoc ꝙ ex oppoſitis vel in oppoſita cauſa āt ponēdi motū in predicta ē qꝛ videtur eſſe aliquid infinituꝝ: cum ſit de nume-

ro principioꝝ illius ordinationis cuius ꝑncipia ſunt priuatiua ⁊ indeterminata quorum nullū eſt ſubſtātia nec aliqđ reliquoꝝ predicamētorū. Ratio vero indeterminationis motus ē quia non pōt poni pura potētia nec purus actus ꝙ enim tm̄ in potētia eſt quantū non mouet ex neceſſitate nec ꝙ actu quātus ē motus etiam ratio predictam diffinitiōibus confirmat. Videtur enim eſſe quidā actus imꝑfectus imperfectus aūt idcirco eſt qꝛ eſt actus. act9 alicuius poſſibilis ꝓpter quod difficile eſt ſumere quid ē motus aut ei videtur poni in priuatiōem aut in potētiā aut in actum ſimplicem in quoꝝ nullo per ſe poni pōt alia relinquiť ipſū eſſe actū admixtū potētia cōtingit enim ipm̄ eſſe actu talem licet ſic difficile hoc videre: Qđ autē motus ſit in mobili patet ex hoc quod ē factus a motiuo immobili act9 enim motiui nō eſt alterius ſubiecti niſi mobilis oportet ei amboꝝ eſſe eundē actū motiuū enim ē quod eſt potens mouere mot9 aūt eſt ꝙ operatur motū et hoc ē actiuū mobilis quare vnus act9 eſt motiui ⁊ mobilis quēadmodū eadem diſtātia eſt vnius ad duo ⁊ duoꝝ ad vnum ⁊ ſimiliter aſcenſus ⁊ deſcēſus licet non ſit eadem ratio.

Capitulum. xiiij. qđ ſic incipit: infinitū āt et c̄. Premiſſo quot modis dicitur infinitū probāt quattuor ratiōnib9 ꝙ īpoſſibile eſt infinitum eſſe actu ſeparatum.

Infinitum vno modo dicitur ꝙ impoſſibile eſt pertrāſire eo ꝙ non ſit natū ꝑtranſiri: qꝛ caret dimēſiōe: vt punctū: quēadmodū vox dicitur inuiſibilis qꝛ non ē apta nata videri. alio modo diciť infinitū habēs imperfectā ꝑtranſitionem. aut ꝙ vix pertrāſitur. vt profunditas maris. Alio modo ꝙ natū eſt habere tm̄ non habet ꝑtrāſitionē aut terminū. ad hucdicitur infinitum appoſitiōe vt maris cui ſemper poteſt fieri ſemꝑ appoſitio aut ablatione vt cōtinuū aut vtroq; modo. Separabile quidē eſſe ens aliqđ ſenſibile non ē poſſibile. ſi ei nec magnitudo ē ipſum infinitum nec multitudo ſed ſubſtātia q̄dam et nō accidens indiuiſibile erit. qꝛ omne diuiſibile aut magnitudo ē aut multitudo. Si āt diuiſibile eſt nō erit infinitum: niſi primo modo. ſicut vox eſt inuiſibilis qn̄ non dicūt nec nos querim9 infinitū ſed imꝑtrāſibile natū tamen ꝑtranſiri. Preterea infinitū ē paſſio quāti propter qđ non conuenit per ſe eſſe aliquid infinitū niſi min9 et magnitudo per ſe poſſunt eſſe per ſe. Preterea infinitū ē accidēs non erit elemētū entiū ꝓpter infinitatē ſicut inuiſibile nō eſt elemētum locale propter inuiſibilitatē. Preterea īfinitū eſt ſubſtātia et nō dicitur de ſubiecto idē erit infinito eſſe et infinitū et quidditas cui9 eſt quidditas. Si ergo diuiſibile ſit quelibet pars eius accepta per ſe erit infinita ſic quelibet pars aeris ē aer et ſic idē erit multa infinita qđ ē impoſſibile ſi aūt indiuiſibile ſic non erit infinitū quāntum ⁊ oē quātum diuiſibile ē ꝑ͛ infinitū eſt aliqđ ſeparatum erit accidēs nec erit principiū entium ſed illud cui accidit. ſ. aer aut aliquid aliud hec quidem inquiſitio de infinito vel eſt.

Capitulum. xv. quod ſic incipit: qđ autem in ſenſibilib9 et c̄. Probat vna ratione demoſtratiua et quattuor vniuerſalib9 ꝙ non ē poſſibile corp9 ſenſibile infinitum eſſe.

Quod āt in ſenſibilib9 nō ſit aliqđ infinitum: ſic patet nullum determinatum ē infinitū: ſed ratio corporis eſt eſſe determinatū ſuperficieb9. ergo nec corp9 ſenſibile nec intellectuale nec mathematicū erit infinitum. numer9 ⁊ infinit9 non ē aliquis: cum qlibet numerus ſit aliquid numerabile naturaliť. hoc idem patet ſic: impoſſibile ē corpus ſimplex aut cōpoſitū infinitū eſſe. cōpoſitū ei corpus infini-

tim non eſt: ſi cōponētia ſunt finita numero. qꝛ non pōt aliqđ ipoꝝ eſſe infinitū. exce-
deret enī in virtute alia cōponētia et corrūperet ea. nec pōt qđlibet ipſoꝝ eſſe infinitū
cum ſint corporea: qđlibet habet trinā dimēſionē. propter qđ qđlibet ipſorum ſi infini-
tuꝫ eēt infinite diſtaret ad coēm dimēſionem. nec ſimul cum eo poſſet eſſe aliud: cuꝫ
multa cōponātur ſimul eſſe nō poſſunt. Nec poſſibile ē corpus ſiplex infinitū eſſe
qꝛ hoc nō pōt eſſe corp9 diuerſū a quattuor elemētis ſicut quidā dicūt ꝛ ex ipo generātur
elemēta. tale enī corp9 non ē. qꝛ in ipo nō reſoluerētur elemēta qꝛ vnūqđqꝫ diſſolui ꝉ
in aliud ex quo ē. ſiplicia vero corpora in aliū non reſoluunꝉ. nec poſſibile ē aliqđ ele-
mentoꝝ eſſe īfinitū. non tm̄ ꝓpter hoc qꝛ infinitas repugnat corpori. verū etiam ꝓpter
hoc ꝙ ſi aliđ elemētoꝝ infinitū eēt corrūpet alia et reſolueret in ſuaꝫ naturā. quemad
moduꝫ eraclit9 dicit oīa fieri igneꝫ. et hec rō etiam eēt de natura de illo vno ꝙ natu-
rales ponūt p̄ter elemēta. tale enī haberet aliquā cōtrarietateꝫ ad elemēta. et ſi infini
tuꝫ eēt: pmutaret ea in ſe. oē enī pmutaꝉ ex contrario in cōtrariū vt ex calido in frigi
dū. Preterea corp9 ſenſibile ē alicui ꝛ idē ē loco totius ꝛ ptis. puta terre ꝛ vni9
glebe. ſi ḡ eēt infinituꝫ corp9 eiuſdē rōis in toto ꝛ in ptib9 aut imobile eēt oīo aut ſem
per moueretꝉ. qđ ipoſſibile. cum nō ſit maior rō quietis vl' motus in vna pte ꝙ̄ in alia.
puta ſurſuꝫ ꝙ̄ deorſū. Si ḡ in vna pte moueretur ipm aīal aliqua ei9 ps alicubi moue
tur ꝛ nunꝙ̄ q̄eſcet. ſi ḡ in vna pte quieſcit vbiqꝫ ꝛ ſēper quieſcet ꝛ nūꝙ̄ mouebiꝉ. Si
āt corp9 infinituꝫ ſit diſſimiliū ptium: tunc loca oportet eſſe diſſimilia eſſe multa ipoſſi
bilia accidūt primuꝫ ē qꝛ ex ipis non erit aliqđ totū niſi per cōtactuꝫ cum nō ſit corpus
organicū dictū cum tales ptes nō poſſūt eſſe finite numero: ſi ex ipis cōſtat infinitū o-
porteret aliq̄m ipoꝝ īfinitā eſſe a qua corrūperenꝉ alie neceſſe ē ḡ eas eſſe infinitas
numero. ḡ ꝛ loca ſimpliciora īfinita erūt. ꝙ ſi ipoſſibile ē: neceſſe ē tam loca ꝙ̄ corpo-
ra eſſe infinita. Preterea ipoſſibile ē corp9 eſſe īfinituꝫ: ſi cuilibꝫ corpori debeꝉ lo-
cus. oē enī corp9 ſenſibile aut grauitatē hēt p quā fertur ad mediū: aut leuitatē p quam
fertur ſurſū. ſꝫ infinito nō cōuenit aſſignari mediū ꝛ extrema: ḡ non ē corp9 ſenſibile i
finituꝫ. Preterea oē ſenſibile corp9 in loco ē. loci āt ſex ſunt ſpēs. ſ. ſurſū. deorſū.
dextrum. ſiniſtrū. ante et retro. qđ ipoſſibile ē in infinito corpore eſſe. Uniuerſaliꝉ ḡ ſi i
poſſibile ē locum īfinituꝫ eſſe. ꝛ corp9 īfinituꝫ ē ipoſſibile. cum oē corp9 ſit alicubi. ſ. a
ut ſurſū aut deorſū aut in aliqua drīaꝝ loci quoꝝ vniuſcuiuſqꝫ ē aliquis termin9. In-
finitū āt nō ē idem tanꝙ̄ vna q̄dā natura i magnitudīe motu ꝛ tpē: ſꝫ ꝑ prius ꝛ poſte-
rius nam mot9 hēt infinitatē ꝓpter magnitudinē qua moueꝉ tpus ꝓpter motuꝫ.

Capitulum. xvj. qđ ſic incipit: puntaꝉ āt et c̄. recapitulat q̄ ſūt dicta. v. phi-
ſicoꝝ. ſ. ꝙ aliquid mutaꝉ ꝑ accidēs aliquid ꝑ ptēꝫ. aliquid p ſe. ſimiliꝉ ꝙ mouēs
eiſdē modis diuidiꝉ ꝛ ꝙ in oī motu ē dare p̄muꝫ mouēs mobile et tp9 in quo ter
min9 a quo ꝛ in quē. ꝛ ꝙ gñō ꝛ corruptio nō ē mot9 ſꝫ mutatio eoꝝ q̄ mutanꝉ.

Aliqđ mutaꝉ ꝑ accidēs vt muſicū ābulare. aliquid ē ſcđꝫ ptē: ꝯ eo ꝙ nō ſiplicıter
totuꝫ: ſed aliquid rei pmutaꝉ. ſic ſanaꝉ aīal: qn̄ occulus ſanaꝉ ſolus aliquid ve
ro p ſe mutatur: qn̄ aliquod totū p̄muꝫ mutaꝉ. et hoc ē per ſe. In omni āt mo
tu quinqꝫ ſunt: vꝫ primū mouēs illud qđ moueꝉ. tpus in quo. termin9 ex quo et i quē
eſt aliqua forma vl' paſſio vel loci in queꝫ mobilia q̄ mota ſunt mouenꝉ. q̄lis terminus
eſt ſcīa ꝛ caliditas. nō ꝙ caliditas mot9 ſit: ſꝫ calefactio mot9 ē ad caliditatē. Per
mutatio āt q̄ eſt p ſe non exiſtit in omnib9: ſꝫ in cōtrarijs ꝛ in medijs. ꝛ in contradictio
ne: hoc patet ex inductiōe. cuiuſlibet mutatiōis pmutatur aut de ſubiecto in ſubiectū
tanꝙ̄ ex ente in ens: aut ex non ſubiecto in nō ſubiectū: tanꝙ̄ ex nō ente in nō ens. aut

ex non ſubiecto in ſubiectū: tanq̄ ens ex nō ente in ens. aut ex ſubiecto in nō ſubiectuz
tanq̄ ex ente in nō ens. voco eī ſubiectuz aliquid afirmatiuū: vt ens ꝛ albuz. non ſub
iectuz voco aliquid negatiuū: vt non ens ꝛ non albuz. Et qm̄ ex nō ſubiecto in nō
ſb̄m tanq̄ ex nō ēte in nō ēs. ꝛ ex nō albo in nō albuz nulla ē ꝑmutatio. cū non ſit op
poſita nec vt cōtraria: nec vt cōtradictoria relinquit̄ tres eſſe ꝑmutatiōes. ſ. ex nō ſubie
cto in ſubiectum Mutatio ḡ que ē ex non ſubiecto in ſubiectū tanq̄ ex non ēte in ens
q꞉ oppoſita ſunt ſcđm contradictiōem: generatio ē. ita q̄ ſimpliciter eſt gñō que ē in-
ter non ens ꝛ ens ſimpliciter. ſcđm quid ē gñō q̄ eſt inter non ens ꝛ ens ſimplr̄. ſcđm
qđ eſt gñō que eſt inter non ens ꝛ ens ꝑ qđ vt gñō accidētium. hec autez permutatio
q̄ eſt generatio non ē motus. quod ſic patet. non ens eī dicit̄ multipliciter tamen nec
illud non ens qđ eſt falſuz conſiſtēs in compoſitiōe vel diuiſione nec illud qđ eſt ens
in potētia oppoſituz enti in actu vt non albū aut non bonuz poteſt moueri niſi ſcđm ac
cidens quēadmodū dicim⁹ non album moueri q꞉ mouetur hō qui eſt non album. ſim
pliciter aūt impoſſibile eſt non ens moueri cum ḡ generatio ſit mutatio ex nō ente q꞉
non ē generatuz. Et veruz ē dicere de generato ſimpliciter qđ fuit non ens: impoſſi-
bile ē generatiōem eſſe motuz. et eadem ratione non eſt quies. Preterea om̄e qđ
mouetur eſt in loco: non ens āt quod generat̄ non eſt in loco q꞉ eſſet alicubi eo q̄ gene
ratur non mouetur et iđ gñō non ē motus. Similr̄ corruptio q̄ eſt ex ſubiecto in non
ſubiectum et ex ente in nō ens mot⁹ non ē q꞉ motui contrariat̄ aut motus aut quies:
generatio āt que contraria ē corruptioni nec eſt motus nec quies ergo et c̄.

Capitulum. xvij. quod ſic incipit: quoniā aūt omnis permutatio et c̄. De
clarat q̄ motus tres ſunt ſpēs. ſ. quale quātum et locum. q꞉ nec in ſubſtantia
nec in ad aliquid nec in actione ꝛ paſſione pōt eſſe motus

Quoniam āt oīs mutatio eſt inter oppoſita: oppoſitiōes aūt tres ſunt: ideo tres
mutatiōes ſunt quaꝝ due ſunt generatio ꝛ corruptio q̄ ſunt inter oppoſita ſe-
cūdum contradictiōem ſicut eſt non ens ꝛ ens nō ſunt mot⁹: neceſſe eſt eam
ſolam mutationē eſſe motuz q̄ ex ſubiecto in ſubiectū. non tamen ſīpliciter ſed nō ſub
ſtātia hec ſunt ad inuicez contraria: vt media ꝛ extrema. compꝛehendēdo ſub contrario
priuatiōem: nam priuatio ē contrariuz aliqđ forme ꝛ loquitur de ipa per afirmatiuā
dictionem: ſicut priuatuz veſte dicim⁹ nudum: ꝛ priuatū dente edētuluz. et priuatum
albedine dici⁹ nigruz. Si ergo predicamēta diuiſa ſunt ꝑ ſubſtāniaz quātitatem q̄
litatem vbi agere pati ad aliquid: cum in trib⁹ poſſit eſſe mutatio per ſe de ſubiecto in
ſubiectum cōtrariuz: neceſſe eſt tres eſſe ſpēs motus. ſ. qualis quāti ꝛ loci. Secū
dū eī ſubſtātiaz non ē motus: q꞉ ipi non ē aliquid contrariuz. Nec ad aliquid q꞉ cō
uenit aliquid de nouo referri ad aliud: ipſo nichil mutato: ſed altero tātum: et ſic per
accidēs ē motus in ad aliquid. Nec ē motus in actione ꝛ paſſiōe: q꞉ motus non ē
mot⁹ nec gñis gñō. quod ſic patet dupl̄r poſſet hoc cōtingere vno modo q̄ mot⁹ eēt
ſubiectū mot⁹ ꝛ alio modo q̄ eēt termin⁹ ei⁹. ſubiectuz eſſe nō pōt. vt q̄ ipſe motus
calefiat aut īfrigidet̄. q꞉ eēt aliquid permanēs. mot⁹ āt non ē permanētuz. Nec pōt
eſſe mot⁹ termin⁹ motus. primo quidez quia cum oīs motus ſit ex alio in aliud: ſi mo
tus terminat̄ ad motū et iſte qui eſt terminus ei⁹ terminetur ad aliuz motū et iſte ad a
liū ꝛ ſic in īfinituz: non cōtingeret motuz aliqñ quieſcere qđ ē falſuz. Preterea ſi
motus terminat̄ ad motum: nō terminat̄ ad quēcūqz ſed ad oppoſituz motū: cum ſit ī
ter oppoſita. ſicut motus ſanitatis in egritudinē. ḡ quando aliquis ſanatur egrotatur
q꞉ terminus motus ſanatiōis erit egrotatio: qđ eſt impoſſibile. Preterea ſi mot⁹

terminatur ad motū: et generatio ad generatiōem: neceſſe ē priorē exiſtere ſi poſterior eſt ſicut neceſſe ē mutatiōem preexiſtere: ſi terminꝰ ē. vt ſi ſimplex gn̄o aliqū fit vt terminus ⁊ ipſa gn̄o que fit aliquādo fiebat vt terminꝰ ⁊ nondū erat quādo fiebat et ſimilr̄ iſta gn̄o que prior fiebat: ē terminꝰ generatiōis alicuius ꝑcedentis et nondū eſt et ſimiliter illa q̄ fiebat. et ſic in īfinitū. et qm̄ in infinitis non eſt primū: nō erit prima generatio nec primus motus ⁊ per cōſequēs non erit ſecūda nec tertia. nec aliqd̄ con ſequēter ſe habēs. et ſic non ē poſſibile aliquid fieri nec moueri. Preterea eidē motui contrariatur motus et quies ⁊ generationi corruptio. ſi ergo terminus generationis ē corruptio: illud qđ fit per generatiōē: quādo fit tēdit ad corruptiōem. quia quod fit qn̄ fit tunc corrūpitur ſed etiam quādo fit qđ eſt impoſſibile. q: quod fit per generationem quādo fit nondū eſt. quod autem corrumpitur qn̄ corrumpit̄ tunc eſt. et ſic idem eſſet et non eſſet. Preterea ei qđ fit quando fit et quando factū eſt oportet ſub eſſe materiā. ſicut corpus alterabile ſubē alterationi ⁊ alterato eſſe. Si ergo motus mouet̄ oportet ipſū ſub eſſe motioni et motui qui ē eius terminꝰ. ita ꝙ quādo aliquod motū eſt in termino ad quē tunc mouebit̄ cum motus ſit eiꝰ terminus. hoc autē impoſſibile ē. et ideo motus non eſt motus. nec diſciplinatiōis diſciplina. nec generatiōis generatio. Qm̄ autem nec ſubſtātie nec eius qđ ad aliquid nec facere motus eſt: relinquitur ipſū qualitatis eſſe quātitatis et vbi. accipiendo qualitatem non prout eſt differētia ſubſtātialis ſed prout eſt paſſio vel paſſibilis qualitas.

Capitulum. xviij. quod ſic incipit: mobile autem et c̄. Declarat quot modis dicitur mobile ⁊ quaſdam intentiones poſitas primo phiſicor̄ atq̄ habitudines ipſarum: videlicet ſimul tangi intermediū conſequēter ⁊ habitū et continuum.

Mobile dicitur vno modo quod impoſſibile eſt ſimpliciter moueri. ſecūdo modo ꝙ vix mouetur in multo tempore tarde incipiens moueri. tertio modo qđ eſt aptum natū quidē moueri non poteſt tamen qn̄ et vbi natū eſt ⁊ hoc ſolū inter immobilia dico quieſcere. quies ei eſt priuatio motus in ſubiecto nato moueri. Simul ſ̄ locum ſunt: que in vno loco primo ſunt. Seorſū aūt: que ſunt in alio loco. Tangūt autē ſe quor̄ vltima ſunt ſimul. Intermediū ē illud in quo natū eſt prius ꝑuenire quod mutatur continue ſcḋm naturalē motū ꝙ̄ in vltimū. Contrariū autem ſcḋm locum ē quod ſ̄ rationem plurimū diſtat. Conſequēter ē qđ eſt mediate poſt aliud. ſiue ſecundum potentiā ſeue ſcḋm formam. ⁊ nichil eiuſdem generis mediū eſt inter ea. vt domus conſequēter eſt domo: cui non ē domus alia intermedia aliquid aūt alterius generis intermediū eſſe poteſt. eſt autem illud quod cōſequēter poſterius ei cui cōſequēter. vt duo vni. ⁊ ſecūda luna noue ⁊ nō econuerſo. Habitū āt eſt ꝙ cōſequēter exiſtēs tangit illud cui conſequēter exiſtit. Qm̄ āt oīs mutatio ē in oppoſitis quor̄ alia ſunt cōtraria. alia cōtradictoria. Contradictiōis aūt nō ē mediū. palā āt ꝙ mediū ē in cōtrarijs. Cōtinuū āt ē cuius vna ps alteri habita ē et ear̄ ē terminus. ⁊ iō cōtinuū ē in his ex quibꝰ ē natū fieri vnū ſ̄ tactū. Manifeſtū ꝙ īter dicta primū ē illud qđ cōſequēter. qđ ei tangit cōſequēter ſe hēt ⁊ nō ecōuerſo. In quibꝰ āt non ē tactus: nō ē in eis cōnaccētia nec cōtinuitas. et iō punctus nō ē idē cū vnitate q: pūcto pōt ineſſe actus: vnitatibꝰ āt nō: ſꝫ ſolum cōſequēter ſe hēre. ⁊ punctor̄ pōt eſſe aliquid mediū: vnitatibus autem non.

De ſubſtātia quidē ⁊ theoria et c̄. libri. xij. capitulū ꝑmū ꝑmiſſo qđ primi phi ē cōſiderare de ſubſtantia et ipſa ſb̄a diuiſa ī tres ꝓbat ꝙ in oī ſb̄a ſēſibili ē materia

E ſubſtantia quidez theoria ē ideſt conſideratio. q2 querūtur cauſe et
principia ſubſtātiarum. ſiue ens enī ſit quoddā totum. ſubſtantia eſt
prima ps eius. ſiue ſit analoguz in quo vnuz ſe cōſequēter ad aliquod
primuz: in ipo eſt ſubſtātia. de inde qualitas aut quātitas prima ſola
ſubſtātia ē ens ſimplr: alia vero nō ſunt ſimpliciter entia ſed ꝙlitates.
diſpoſitiōes. motus entis ſimplr. ſ. ſubſtātie. Quāuis nec ſint ſi
pliciter entia tñ dicūtur eſſe. q2 etiam negatiōes eſſe dicūtur. dicimus ei eſt non albuz
eſt non rectuz. Preterea nulluz alioꝝ eſt ſepabile preter ſubſtātiam et ideo ſola ē
ens ſimpliciter. teſtātur āt antiqui. q2 eius queſierūt principia elemēta et cauſas. quo
rum quidam vniuerſalia magis dicūt eſſe ſubſtantias. nam genera ꝗ ſcōm ipſos ſunt
principia et ſubſtātia entiuz vniuerſalia ſūt ⁊ hec magis poſſūt eſſe pricipia. ꝓpter qd
logice inquirere propter quaſdaz ꝓpoſitiones antiquiores aut pticularia; vt ignem et
terrā ſubſtātias entiuz eſſe dixerūt et non corp9 comune. Subſtātie vero tres ſunt
vna quidem ſenſibilis ſempiterna. cuius elemēta neceſſe ē inquirere. ſiue vnum ſi-
ue multa ſint. alia ſenſibilis corruptibilis quā omnes cōfitētur ut planta et alia. tertia
vero imobilis quā qui ſepabiles eſſe dicētes in duo diuidūt i ſpēs et mathematica. Alij
vero in vnam naturaz ponūt hec duo ſenſibiles quidē ſubſtātie naturales ſunt cū in-
cludāt motuz. immobilis āt eſt alteri9 cōſideratiōis ſi nullū pricipiuz comune ē ipſi ⁊
ſenſibilibus. Senſibilis āt ſubſtātia mutabilis eſt. Si igitur mutatio ē ex oppoſi-
tis ⁊ medijs dico nō oībus ſed contrarijs: neceſſe ē ſubeſſe aliquid mutabile contra-
rijs: cum cōtraria non ſic mutātur adinuicez: ꝙ alterum ipſoꝝ ſit ſubiectū trāſmutatio
nis. ſubiectuz enī manet in tranſmutatiōe contrariū vero non manet. igitur aliquod
ens tertiuz pter contraria intrāſmutabile: ſ. materia. Si āt trāſmutatiōes ſunt quat
tuor vz generatio ⁊ corruptio ſcōm ſubſtātiam augmētum ⁊ diminutio ꝑ quantitatez
alteratio ſcōm qualitatez et latio ꝑ locuz. quaꝝ vnaqueqꝫ eſt in contrarietates: neceſ
ſe eſt materiam potētez ambo cōtraria eſſe ſubiectuz tranſmutatiōis. Preterea
duplex eſt ens: ſ. actu et potētia trāſmutat̄ aūt omne qd trāſmutatur ex ente in potētia
puta ex albo in potētia in albuz in actu. ⁊ ſic de alijs. quare nō contigit ſoluz fieri ali-
quid ex non ente p accidēs: ſed etiam per ſe: omnia enī fiunt ex ente in potētia quod ta
men non ē actu. et ſic ſemp omnia fiunt ex non ente actu ente tñ potētia hoc proprie
tamen eſt materia. hoc aūt eſt in potētia illud qd anaxa. vocauit vnum in quo omnia
ſimul eſſe dixit. Melius tñ dicimus in potentia. hoc etiam ē mixtura empedoclis. a-
naximedri. et democriti. tamen q2 hi omnes aiunt hec omnia vnum eſſe actu qdāmo
do. nos aūt dicimus ipſuz eſſe omnia potētia et non actu. tangūt enim materiā ſicut ⁊
nos. Quecūqꝫ autem trāſmutantur habent materiaz tñ alia ē ſempiternoꝝ ꝗ non
ſūt generabilia ſed mobilia latione. quorum materia nō eſt ſubiectum generatiōis ſꝫ
in potētia ad motuz localē. Dubitat̄ āt ex quali non ente eſt gnō. quia nō ens tri-
pliciter dicitur primū qd non pōt eſſe. ſcōm priuatio. tertio ens in potētia et ex hoc eſt
generatio: non tñ ex quocūqꝫ fit quodcūqꝫ: ſed altero ente in potētia: fit alteruz ens
in actu et q2 multe potētie ſunt in materia: ideo multa ⁊ non vnuz tantū facta ſunt ex
ipa cuz ei intellectus diſtiguēs entia ſit vnus: ſi in materia eēt tantum vna potentia:
tantuz vnum eſſet factum actu et non multa.

Capitulum. ij. quod ſic incipit: tres vero ſunt cauſe et cē. Oſtendit ꝙ for-
ma ē pars ſubſtantie ſenſibilis nō tñ forma fit: ſꝫ cōpoſitum et hoc fit tam in ar
te ꝙ in natura ex pricipio vniuoco. forma etiaz ē ad modum hitus. ꝙ in quibuſdā

non eſt ſeparabilis a ſubſtātia compoſita nec ē poſt ipā ꝫ cauſa efficiēs poſt ſit.

Res aūt ſunt cauſe ⁊ tria pricipia ſubſtātie ſenſibilis. duo quideꝫ forma ⁊ priuatio. tertiū vero materia. nō fit āt p ſe nec forma nec materia prima. qꝛ omē qđ fit fit ab aliquo mouēte. et ex aliquo poſſibili. qđ ē materia ⁊ in qđ. quod ē forma. ſi igitur materia ⁊ forma per ſe fierēt eſſent cōpoſita ex eo ex quo. et ex eo qđ fit eodem modo materia hec ⁊ hec forma p ſe fieri poſſent. ⁊ eſſent cōpoſita ex materia ⁊ forma ⁊ ſic in īfinitū et qꝛ necceſſe ē ſtatū eſſe in aliquo qđ fit p ſe: nō id nūc cōpoſitū vt es rotundū per ſe fit ⁊ non materia nec forma. Quelibet etiaꝫ ſubſtātia fit ex vniuoco pricipio. quicquid ei fit a natura aut arte aut fortuna aut caſu fit. ars āt ē pricipium extra. natura principiū intra. cū vtrūqꝫ hēt aliquid ſimile producto. homo nāqꝫ homines ſibi ſimileꝫ generat. fortuna ⁊ caſꝰ reducūtur ad naturā ⁊ ad artē: tanq̄ priuationēs ipaꝝ. Subſtātie vero tres ſunt vꝫ materia q̄ ē ſubſtātia in apparere. qꝛ ſolus apparet ſubſtātia eſſe artificialiū. q̄cunqꝫ ei exiſtūt per tactū prius vt artificialia: ⁊ vt non cōnaſcentia vt naturalia tota ſubſtātia eoꝝ ē materia ⁊ forma ſubſtātia a q̄ ē natura et quidditas rei in quātū ē quidā hitus informās materiā. Tertia vō ſubſtātia ſingularis ex materia ⁊ forma vt ſocrates callias. In quibuſdā igitur vt in artificialibꝰ nō ē forma ſepata a ſubſtātia cōpoſita. vt nō ē forma domꝰ pter domū q̄ ē ī materia taliū etiam formaꝝ non ē per ſe gn̄o nec corruptio: ſꝫ mediāte cōpoſito. Si qua alia forma ē ſepata a cōpoſito: hoc ē in eis q̄ ſunt naturalia. ꝓpter qđ plato non male dixit qꝛ ſi ydee ſunt pter res ſenſibiles: ſunt q̄dam forme naturales alie a formis q̄ ſunt in materia: q̄les ſunt ignis caro caput. q̄ oēs ſunt forme in materia q̄ ē ps ſubſtātie vltimo dicte vel cōpoſite. Mouētes igitur cauſe pexiſtūt ante cōpoſitū cuius ſūt cauſe. forma āt q̄ ē cauſa eſſendi ſimul coexiſtit ſubſtātie cōpoſite. qū ei ſanatur hō: tunc nō prius ē ſanitas. ⁊ forma eree ſphere ſimul ē cum ipa. Si āt aliqua forma manet pꝰ corruptioēꝫ ſubſtātie cōpoſite ſep. Scrutādū ē in ſequētibꝰ. in quibuſdā ei nichil ꝓhibet formāꝫ remanere pꝰ corruptionē cōpoſiti: vt aīam. nō oēꝫ: ſed intellectualē. oēm ei formā remanere pꝰ cōpoſitū forſā īpoſſibile ē. palaꝫ itaqꝫ q̄ non oportet ydeas eſſe ꝓpter gen̄oeꝫ entiū: qꝛ ad hoc ſufficit natura et ars. hō ei ſingularꝭ generat aliquē hoieꝫ. et ars medicinalis ē rō faciēdi ſanitatē. ſubſtātie āt compoſite cauſe ⁊ pncipia aliquo modo ſūt diuſa diuſoꝝ. ꝫ ſunt eadē oīuꝫ in vniuerſali ⁊ ꝑ ꝓportioēꝫ ut iſta dicet.

Capitulum. iij. quod ſic incipit: dubitabit āt aliquis ec̄. Inueſtigat vtruꝫ ſubſtātie ⁊ alioꝝ predicamētoꝝ ſint eadem pricipia ⁊ elemēta. oſtēdēs q̄ ꝓportionalr̄ ſunt eadeꝫ. ſ. materia forma ⁊ priuatio. potentia ⁊ actus: realiter āt ſūt diuerſoſorum diuerſa.

Dubitabit āt aliquis vtrū ſint diuſa aut eadē pricipia ſbaꝝ ⁊ eoꝝ q̄ ad aliquid ⁊ cuiuſlibet pdicamētoꝝ: Incōueniēs ei ē q̄ oīuꝫ ſint eadē pricipia. qꝛ nō ē poſſibile ſbāꝫ ⁊ qđ ad aliquid ex eiſdē eſſe pricipijs ⁊ elemētis. Nā elemētuꝫ prius ē his quoꝝ ē elemētū. nichil āt ē cōe ſbe ⁊ alijs pdecamētis qđ ſit prius eis. nec ſba ē elemētuꝫ eoꝝ q̄ ad aliquid nec ecōuſo qꝛ diuſoꝝ diuſa ſunt elemēta. Preterea ſi omniuꝫ pdicamentoꝝ eēnt eadeꝫ elemēta haberēt idem eſſe cum pdicamētis vel cum aliquo ipoꝝ qꝛ extra predicamēta nichil ē. hoc aūt eſt impoſſibile. qꝛ nulluꝫ elemētorum poteſt eſſe ideꝫ cum cōpoſito ex elemētis. vt. b. aut. a. non eſt idem q̄ ba. nec etiaꝫ vnum aut ens q̄ ſunt intellectualia poſſunt eſſe elemēta communia omni-

bus predicamẽtis. nullum enim elementum eſt illud cuius eſt elementum. Si ergo vnum aut ens eſſent elemẽta entiuꝫ nulluꝫ ipoꝝ eſſet ſubſtantia nec ad aliquid. quod falſum ẽ igitur non ſunt eadem elemẽta omniuꝫ. Ad hoc dicẽdum ꝙ aliquo modo ſunt eadem elemẽta oĩum aliquo modo nõ: nam ſenſibiliũ corporum elemẽta ſũt forma priuatio ⁊ materia. q̃ ſcdm̃ ſe primo eſt potẽtia vtrũqꝫ dictoꝝ. ſubſtãtia vero ſenſibilis ex his tanq̃ ex principijs. tamen neceſſe ẽ illud qđ factum ẽ eſſe alterum ab elementis ex quib9 factuꝫ ẽ. et quorũdam eadeꝫ eſſe elemẽta ⁊ principia: alioꝝ vero alia

Dicere aũt eſſe eadeꝫ elemẽta omniuꝫ realr̃ non ẽ veruꝫ. nam ꝓportionabiliter eadem eſſe poſſunt. vt ſi dicat ꝙ omniuꝫ ſunt tria principia. ſ. materia forma ⁊ priuatio. Sed vnumqđqꝫ iſtorum diuerſuꝫ ẽ in vnoquoqꝫ genere entis. vt in colore album eſt forma. nigrum vero priuatio. ſuperficies vero materia. In alio aũt ente vt in die ⁊ nocte lumen ẽ forma. tenebra priuatio. aer materia. Qm̃ aũt non ſoluꝫ cauſe intrinſice ſed etiã extrinſice q̃les ſunt mouẽtes querẽde ſũt: manifeſtuꝫ qđ differt principiuꝫ ⁊ elemẽtuꝫ. cauſa enĩ communis ambobus p̃dictis et diuiditur in prĩcipium qđ proprie cõuenit cauſe mouenti vel faciẽti ſiſtere ⁊ quieſcere. et in elemẽtuꝫ qđ proprie conuenit materie et priuationi. Elemẽta igitur entiuꝫ ſcdm̃ analogiaꝫ ſunt principia dicta videlicet. materia forma et priuatio. Cauſe vero ⁊ principia ſunt quattuor. vꝫ tria predicta ⁊ mouens. aliud tamen mouens ẽ alterius effectus. vt ſanitiuis forma eſt ſanitas p̃uatio infirmitas corp9 materia. cauſa mouẽs medicãmia. domus vero cuius forma ẽ ordinatio lateres materia. priuatio inordinatio. cauſa mouẽs effectiua. ⁊ ſic alteruꝫ ẽ principium mouẽs. Qm̃ vero in phicis principiuꝫ mouẽs ẽ ſimile moto vt hõ generãs ſimilis eſt homini genito. et in his que ſunt abſolute ſpẽs in mẽte artificis ſimil' ẽ artificiato vl' contraria ei. q2 ſciã eadẽ ẽ cõtrarioꝝ. quodãmodo tres erũt cauſe quodãmodo quattuor. Quattuor quideꝫ ſi mouẽs dicatur alia cauſa a forma moti. cui ẽ eadeꝫ ſpẽ. tres vero ſi mouẽs et forma non ſit eadeꝫ. nam ſanitas in corpore ⁊ medicinalis in mẽte aliqualr̃ ſunt idẽ. ſimilr̃ forma domus ⁊ hedificatoria. et eodeꝫ modo generãs ⁊ genitus. Ad huc preter cauſas mouẽtes ꝓpinquas q̃ diuerſificantur. reſpectu diuerſoꝝ effectuuꝫ. ẽ vnuꝫ principiuꝫ mouẽs omnia. Qm̃ autem entium hec ſunt ſeꝑabilia ab alijs vt ſubſtãtie quedaꝫ vero iſeꝑabilia vt accidentia: ſeparatabilia autem tanq̃ per ſe entia principia ſunt eorum q̃ per ſe eſſe non poſſunt. idcirco ſubſtãtie principia ſunt accidẽtiuꝫ. q2 ſine ſubſtãtijs accidẽtia eſſe non poſſunt. he aũt ſubſtãtie ſicut ſunt cauſe mouẽtes: ꝙ forte prĩcipiũ mouẽs in eis eſt corp9 aut anima aut intellectus aut appetitus aut obiectũ. Alio etiam modo ꝓporcionaliter ſunt prĩcipia omniuꝫ vꝫ actus ⁊ potẽtia. tñ hec ſunt diuerſa in diuerſis. In quibuſdaꝫ eĩ vt in generabilibus idem q̃nqꝫ eſt in actu quãdoqꝫ in potentia. vt vinum aut hõ. tñ eſt diuerſa potentia eorum et actus diuerſus. Reducũtur autem actus et potentia in dictas cauſas: vꝫ formaꝫ ⁊ priuatiõem ⁊ materiam. actus eĩ ẽ forma ſiue ſit ſeꝑabilis tanq̃ ꝑs altera cõpoſiti: ſiue ſit toti9. priuatio etiaꝫ reducit' ad formam quantuꝫ ad actum queꝫ priuat. ſicut tenebra ẽ priuatio actus lucis ⁊ ĩfirmitas ẽ p̃uatio actus ſanitatis. potentia autem reducitur ad materiam. hec enim ẽ in potentia ad fieri ſub forma et priuatiõe. Differũt aũt in diuerſis actu ⁊ potentia illa autem ſunt altera quorum non eſt eadem materia ſiue potentia: nec eadem forma ſiue actus. quẽadmoduꝫ cauſa ẽ. vt hoĩs propria materia aqua ignis aut terra et propria forma tanq̃ propri9 actus. Si autem aliqua eſt cauſa extrinſica generabilium puta ſol vel obliquus circul9: hec nõ ẽ materia vl' p̃uatio ſꝫ mouẽs cauſa. preter hoc videre oportet ꝙ vl'r acci

piendo actum ⁊ potētia aliquo modo ſunt eadem principia. aliquo modo non. illa enī que ſunt naturalia realiter abſtracta: ſunt principia ſed principiū eſt homo in comuni: ſed non hominis vniuerſaliter ſeparati a ſenſibilibus. huius enim hominis ē principium hic hō. vt policletus. archilis. et tui pater tuus. Quāuis autem principia ſubſtantiarum aliquo modo ſint principia omniū: tamen aliorum alie cauſe ⁊ elemēta. vt colorum ſonorum ſubſtātiarum et quātitatis. niſi proporcionabiliter reducātur ad idemptitatē. eorum etiam que ſunt in eadē ſpecie: principia ſunt eadem ſpecie. et diuerſa numero vt ſingulariū. alia enī eſt tua materia licet hec principia alia ſpē. Palam igitur ꝙ ſunt principia ſubſtātiarum ⁊ aliorum predicamētoꝝ. et vtrū eadem aut diuerſa. diuerſa enī ſunt ſcdm rem: et eadem proportione. ſ. materia forma ⁊ priuatio. Et ꝙ ſubſtātiarum principia aliquo modo ſunt principia alioꝝ quia alia deſtruuntur deſtructis ſubſtātijs. et ꝙ actus prior ē potentia ſi tamen aliqua priora ſunt potentia ⁊ actu. hec erunt prima cōtraria. ſ. forma et priuatio. et materia que eſt potētia ambo hec.

Capitulū. iiij. quod ſic incipit: quoniā autē tres erant ſubſtantie et cē. probat ꝙ neceſſe ē eſſe ſubſtātiam aliquā ſempiternā immobilē ſemper agentem in qua non eſt materia.

Quoniam āt tres erant ſubſtātie due vero phice. q̄ mobiles. tertia vero immobilis de qua nūc ē dicēdū: neceſſe eſt aliquā ſubſtātiam eſſe ſēpiternā imobilem. quod ſic patet. ſubſtātie enim prima entia ſunt. et iō ſi omnes ſubſtantie eſſent corruptibiles: omnia entia eſſent corruptibilia. qđ eſt impoſſibile. motus eīn ſempiternꝰ ē: nec totaliter pōt fieri aut corrūpi. ſimilr̄ tps. prius enim ⁊ poſterius eſſe non poſſunt niſi ſit tps ⁊ motus qui motus ita cōtinuꝰ ē ſicut tps q̄ aut tēpus eſt idē motui aut paſſio eiꝰ. Motus āt non ē omnis cōtinuus: ſed tm̄ ꝑ locū. ⁊ nō oīs eſt huiuſmodi: ſed tm̄ circularis. At vero ſi primū ens ſempiternū ē motiuū aut effectiuum in potētia: non āt operās aliquid actu: non erit neceſſario motus ꝑpetuus. q̄ cōtingit hn̄s potentiā actiuā non agere actu facere ꝙ ſubſtātias ſempiternas habentes principiū potēs tranſmutare q̄les quidē faciunt ydeas: nichil prodeſt ad eſſentium. nec ſufficiens ē ſubſtātia ſempiterna altera a ſpēbꝰ ſolum q̄ ſempiterna: niſi ſit actu efficiēs. nam ſi nō egerit: non erit motus. Nec ſufficit dicere ipam potentem et nō agētē. q̄ ſic nō erit motꝰ eternus. cōtingit eī illud nō eſſe qđ eſt potentia tm̄. oportet ꝙ ipā eſſe tale ꝑncipiū cuius ſbā ſit actus ⁊ nō potētia. Ampliꝰ tales ſbas oportet eſſe ſine materia: cū ſint ſēpiterne: ac ꝑ hoc actus purꝰ. Dubitat̄ āt circa dicta ⁊ videtur ꝙ potētia prior ſit actu ⁊ prius cōueniat ſbijs ſēpiternis. nā oē agens ē potēs agere: non tñ oē potens agere agit. q̄re videt̄ eſſe prius ꝙ actus. Cōtra ſi potentia ſiplr̄ precedit actū in oī ente: cōtīgit nullū ens eſſe. poſſibile eī eſſe cōtīgit non eſſe ⁊ de ſe nō dū ē. ⁊ in hoc īpoſſibile incidūt ꝑmi phi ꝙ oīa generāt ex pura ꝑuatiōe. ⁊ ſimilr̄ phici dicētes ꝙ oēs res erāt in quodā poſſibili. ca eī que ī potētia ſunt non poſſunt moueri ad actum eſſendi: niſi fuerit actu aliqua cauſa. quemadmodum materia artificialium ſe ipſam non mouet: ſed mouetur ab arte actu ente. nec materia naturalium. nec menſtrua et terra non ſe ipſam mouet ſed mouetur a virtute ſeminatiua et generatiua. Propter hoc igitur ꝙ oportet aliquid eſſe actu exiſtens quidā vt leucippꝰ ⁊ plato dicunt motum ſemper eſſe ab aliqua cauſa ſemꝑ in actu. tñ quare hec cauſa ſemꝑ equalr̄ moueat nō dicunt. qđ tñ oportet determinare. cū nichil moueat̄ cōtingēter motu ſēpiterno. ſed oportet ad hūc motū ſēꝑ aliquid exiſtere tāꝙ cauſa

determinata. quēadmoduȝ in natura eſt cauſa determinata eoꝝ q̄ viuunt. vel intelle-
ctus vel aliquid ſimile. nō dicunt etiam q̄lis ſit prior inter huiuſmodi cauſas. qḋ tū mi-
tuȝ dīet. nec oīs cauſa apta vt ſit prima. plato ei no pōt dicere eſſe primā cauſaȝ id qḋ
exiſtimat aliquādo ꝑncipiuȝ motus: qḋ aſſerit eſſe ens ſeipſuȝ mouēs. hec el ſimul fa-
cta ē cum celo. aut etiaȝ eſt poſterius ente ſempiterno. potētiaȝ igitur exiſtimare prio-
rem actu in re cui cōpetit vnum: veruȝ ē ſimpliciter aūt eſt poſterior. vt dictuȝ ē in no
no. et ꝙ actus prius ē ſimpliciter ꝙ̄ potentia: teſtat̄ anaxagoras intellect9 ei eſt actus
qui ꝑ ipſum prior ē. et empe. amicitiaȝ et litem q̄ ſunt cauſe in actu. priores dicit et leu
cippus aliquid actuale ſem ꝑ mouens prius natural̄r ſemp dixit. Non igit̄ fuit chaos
aut nox. i. priuatio īfinito tp̄e p̄or gn̄oe: ſi actus ē prior potētia ſed poſt9 ſemp fuit gn̄o
eadeȝ ꝑiodo: oportet aliquid agens ſemp manere eodeȝ modo ſic igit̄ ꝑ ſe ⁊ aliter agit
ꝑ ſe quidē vniformiter. al̄r āt ꝑ aliud qḋ ē aut primū agēs vniformiter aut qḋdaȝ aliud
non pōt aliud eſſe niſi primuȝ. dignuȝ ē ei primū eſſe cauſaȝ ſecūdi ꝙ̄ alterum. pri-
muȝ ei agens cauſa ē continue generatiōis ⁊ ipſi9 ſēper. alteruȝ ei agēs qḋ hēt ſe ali-
ter. ⁊ al̄r cauſa ē ſue corruptionis q̄ corruptio gn̄oi ſuccedit ⁊ ecōuerſo. ⁊ ſic ē cauſa alte
ritatib9 in entib9 hoꝝ igitur ſūptoꝝ ſimul vȝ ſēpiternitatis ⁊ alteritatis ſiue ei9 qḋ ē ſē-
ꝑ ⁊ al̄r: āb o agētia ꝑdicta ſunt cauſa. ⁊ qꝛ ſic ſe hn̄t motus dictoꝝ agētiuȝ. non oportet
alia q̄rere principia p̄ter ipſa ꝑncipia ydeas nō oportet dici ꝙ ſi entia nō fuīt ex nocte.
ideſt ex ꝑuatione: erit ens ex nō ente qꝛ aliquid eſt ſemp motū inceſſabil̄r vt celum et
hoc non ſoluȝ rōe ſed etiam opere cōtinui mot9 ipius: eſt manifeſtū. et ideo ipſuȝ pri-
muȝ ē celum ſempiternū. ſēpiternū igitur ē mouēs ipſuȝ. cum ei ſempiternum ſit ali-
quid qḋ motuȝ mouet tanꝙ̄ mediuȝ inter mouēs ⁊ motuȝ: neceſſe eſt aliquid eſſe qḋ
non motuȝ mouet: eſſe ſempiternuȝ. quod eſt ſubſtātia et ens actu.

Capitulum. v. quod ſic incipit: mouet autem ſicut appetibile et c̄. Deter
minat de quibuſdaȝ perfectionib9. ſubſtātie ſempiterne et prime que eſt pu-
rus actus. quarum prima eſt ꝙ mouet vt finis. ſecunda ꝙ eſt intelligibilis ꝑ
ſe tertia ꝙ eſt optimum ens. quarta ꝙ mouēdo celuȝ mouet omnia ſiue alia.

Ubſtātia prima autem ſempiterna exiſtēs actus purus mouet alia ſicut finis
cum moueat ſicut appetibile et intelligibile mouent non mota. quod proprie
conuenit fini. Appetibile auteȝ et intelligibile in prima ſubſtātia ideȝ ſunt li
cet enim concupiſcibile ſit bonum apparēs et aliquando non exiſtens: voluptabile ta
men ipm primuȝ eſt bonuȝ exiſtēs apparēs itaqȝ principium appetendi ipſum eſt in
intelligētia qua intelligimus ipm eſſe bonum exiſtens. et ſic qḋ eſt intelligibile in eo:
eſt appetibile a nobis et intelligibile. et per ſe ipm intelligitur id qḋ intellectu appetit̄
Intelligibile āt de natura ſua ē de numero entiū q̄ ſūt poſitiua. ſubſtātia p̄ma itelligi
bilis ē de ſe ita ꝙ ideȝ ē ſimplex in ea eſſe actuale ⁊ intellectuale. ⁊ nō ſolū iſta ſūt id-
dē i ea ꝓpter hoc qḋ ē vna ſȝ ꝓpter hoc ꝙ ē ſiplex. nō ei ē idē vnuȝ ⁊ ſiplex. qꝛ vnum
ſignificat metrū ſiue mēſurā alicui9 generis. qḋ pōt repiri in nō ſimplici. ſimplex āt ē
hn̄s ipm. i. ipm vnū ſiue vnitatē q̄lr. i. modo ſiplici. i. indiuiſibili. Illud etiā qḋ ꝓpter
ſe ipm eſt eligibile in eadē ordinatione eſt cum eo quod propter ſe eſt intelligibile pro-
portionabile eniȝ in primo intelligibili et ſemper optimo. nec mirū ſi prima ſubſtātia
mouet vt finis. qꝛ in imobilib9 repiri finē oſ̄dit diuiſio finis ē ei finis alicui9 id qḋ ac
quiritur per actiōem ⁊ talis non eſt imobilis. et ē finis quod hēt ratioē optimi prop-

ter ſe elligibilis. et hoc ē finis. quod idẽ ē ꝙ ſubſtātia prima. Mouet aūt hec ſubſtātia vt amatum mouet amātē mediāte autem illo qđ mouet obiectū amatum: mouet alia ⁊ illud quo mediāte mouet aliud: contigit aliter ſe hr̄e. q̄ mouetur localiter ꝓpter quod latio ē prima latio ⁊ primus motus ꝑ quem mouetur primū mobile. hoc eī aliter ⁊ aliter ſe habet ſcđm locum. licet nō ſcđm ſubſtātiam q̄ eſt icorruptibile. Ipſum aūt mouens ē ac. us purus immobile ē. nec cōtingit hoc aliter ſe hr̄e. Si eñi eſſet mobile: moueretur latione: q̄ hec eſt prima lationū maxime circularis. hoc aūt non mouetur ſed mouet aliud. Et q̄m prima ſubſtātia immobilis ⁊ ex neceſſitate eſt ens. Ex neceſſitate dico incōmutabilitatis. et ſic ē principium entiū. qđdam enim eſt neceſſarium ꝑ violentiam agentis: quoddā ſub conditione. primum aūt eſt ens neceſſariū ſipl̄r nō contigēs aliter ſe hr̄e ex tali itaq̄ pricipio depēdet celū ⁊ natura

Capitulū. vj. quod ſic incipit: deductio autem qualis et c̄. Adiungit quaſdam perfectiōes primi principij quarum prima ē ꝙ habet delectatiōem in ſe ipſo. ſecundo ꝙ ē vita per eſſentiam. tertio ꝙ ſimplex. quarto ꝙ impaſſibile.

X dictis ſequitur nobis optima deductio in paruo tēpore de perfectione prime ſubſtātie. ipſa eñi ſemper eſt in actu ꝑfectiſſimo. quod impoſſibile eſt eſſe ī nobis. huius aūt actus delectatio ē. vnde vigilia ſenſus ī actu ⁊ intelligētia ſunt quoddam delectabiliſſimū ꝓpter eſſe in actu vel q̄ ſunt actus. ſpecies vero ⁊ memoria tanq̄ impfecta ſunt ad predictos actus. intelligētia aūt idēſt actus intelligēdi qui ſcđm ſe eſt illius qđ ſcđm ſe eſt intelligibile ē quidē maxime optimū. Ipſe autē intellectus intelligit ſcđm trāſmutationē intelligibilis. idēſt q̄ obiectū intelligibile fit ei preſens. et intellectus attingēs intelligibile ſit intelligētis et q̄ in primo ente nō eſt diuerſitas: idcirco in eo idē ē intellectus ⁊ intelligibile ipe tñ intellectus ſuſceptiuus ē ſubſtātie. hēt ṁ rationē intelligibilis actualiter habēs ipſū preſēs. quare id qđ actuat magis ē in actu iſto qđ actuat̄. et hoc tanq̄ quid diuinū videt̄ habere intellectus. ſ. ꝙ actuet̄ ab intelligibili et eius ſpeculatio ē quid delectabiliſſimū ⁊ optimū. ſi igitur ſic deus ſe hēt ꝙ ſemper actu intelligit ſicut nos q̄nq̄ intelligimus: mirabile ē ſi ſūt magis ē ſemper in actu q̄ nos q̄nq̄: mirabilius ē. hēt aūt ſe ſic ꝙ eius intelligere nr̄um intelligere excedit. Ipſe autē deus ē vita. cū ipſe ſit intellectus non per modum potentie ſed actus. ſed q̄ eſt vita. ⁊ hoc totū eſt ipſe actus purus. actus enim purus ſcđm ſe eſt illud quod ē vita optima. ſempiterna. vnde dicim⁹ deū eſſe animal ſempiternū optimū ⁊ ſic vita ⁊ duratio cōtinua exiſtit deus. immo ē ipſe ds. Quicūq̄ aūt putāt nō ineſſe p̄ncipio optimū ſꝫ p̄cipiatis vt pictagorici ⁊ leucipus ꝓpter hoc ꝙ maior pfectio ē in plātis ⁊ aīalibus q̄ in cauſis ex quibus ſūt. nec recte exiſtimāt. q̄ tales cauſe nō ſunt p̄me: ſed ſunt ex alteris priorib⁹ pfectis. ſicut ſpma nō ē primū. ſꝫ hō generās p̄or ē eo ⁊ pfectior. Quid igitur cauſa ē aliqua ſēpiterna ⁊ imobilis ſeparata a ſenſibilib⁹ manifeſtū ē ex dictis. Oſtēſū ē aūt in octauo phicoꝝ q̄re non cōuenit hāc ſubſtātiā hr̄e aliquā magnitudinē: ſꝫ ē ſepabilis ⁊ ſimplex. cum eī moueat ꝑ infinitū tp̄⁹: hēt potētiā infinitā. hāc aūt non hēt ens finitū. prima igit̄ ſubſtātia nō hēt magnitudinē finitā cū ſit potētie infinite. nec hēt magnitudinē infinitā: quia nulla magnitudo infinita ē. At vero ipaſſibilis et inalterabilis ē hec ſubſtātia. oīs eī motus poſteriores ſūt locali: ſed hec motu non mouetur: ergo nullo poſteriori moueri pōt ex quo ſequit̄ ꝙ nec pati nec alterari poteſt.

Capitulum. vij. qđ ſic incipit: vtrū aūt ponendū et c̄. Declarat ꝙ numer⁹ ſbāꝝ ſepatarum q̄rendus eſt ex numero corporū ſempiternoꝝ circulariter mo

torum: inueſtigās quot ſunt corpora predicta. ⁊ ſunt .lv. vel .xlvij.

Utrum āt ponēda ſit vna talis aut plures: ⁊ ſi plures: quot ſunt: oportet inueſtigare. vbi prius occurrit reminiſci opinionū quorūdam qui nichil plane dixerūt de pluralitate ſubſtātiarum ſeparatarū. ponentes ei ydeas dicūt eas eſſe numeros de numeris āt quādoqꝫ dicunt ipos eſſe infinitos: qn̄oqꝫ determinant vſqꝫ ad decem ⁊ nō determināt cauſaꝫ tante pluralitatis numeroꝝ. Nobis āt procedēdum ē ex ſuppoſitis ⁊ determinatis quoꝝ vnum ē quod pricipiuꝫ primuꝫ entium eſt imobile ⁊ ſcōm ſe et ſcōm accidens: mouēs tamen primuꝫ mobile ſempiternum vnico motu. ſecūdum eſt quod quia neceſſe eſt moueri ab aliquo illud quod mouetur et tamen hoc primuꝫ mouēs eſt immobile ſecundum ſe: oportet ſempiternuꝫ motuꝫ moueri a ſempiterno mouēte. et vnum ab vno. Tertium ē ꝙ preter ſimplicem lationem celi ſtellati quod moueri dicimꝰ a prima ſubſtātia exiſtenti immobili. videmus alias lationes plarum ſempiternas quorum planetarum corpus circulare ſempiternū eſt ⁊ continue motuꝫ ſicut oſtenſum eſt a phicis. Ex his ſequitur ꝙ vnaqueqꝫ harum lationum moueri ſecundum ſe a ſubſtātia ſempiterna. natura enim aſtrorum ſempiterna eſt et ſubſtantia eſt. et ideo mouens ipſa: cum ſit prius ipſis. eo ꝙ prius eſt mouens ꝙ̄ quod mouetur. et ſempiternum eſt et ſubſtantia eſt. quod enim prius eſt: neceſſe ē eſſe ſubſtātiam palam itaqꝫ ꝙ tot ſubſtātias ſempiternas et immobiles ſecundum ſe: et ſine magnitudine eſſe eſt neceſſe: quot ſunt corpora ſempiterna circulariter mota. quarum ſubſtātiarum primam et ſecundam et ſic deinceps oportet exiſtimare penes ordinē primi et ſecūdi corporis aſtrorum et ſic deinceps. Pluralitatem vero corporum circulariter latorum oportet conſiderare ex aſtrologia q̄ inter mathematicas ē maxima phīa huic materie. hec enim cōſiderat de ſubſtātia ſenſibili tamen ſempiterna. arithmetica vero ⁊ geometria de nulla ſubſtātia conſiderant. Quod igitur plures ſint lationes corporum ſuperioruꝫ: patet etiam parum intelligētibꝰ de eis. ꝙ vnūquodqꝫ planetarum pluribus mouetur lationibꝰ. ſed que ſint hec nos dicamꝰ imitantes dicta quorūdam mathematicoꝝ: vt accipiatur aliqua pluralitas determinata dictarum lationum. oportet autē q̄rentes ſic perſuadere a p̄cedētibꝰ qui de hoc tractauerūt ꝙ tamen a ſolis certioribꝰ pſuademur. Eudoxus igitur ſolis ⁊ lune lationem eſſe ponit in tribꝰ ſperis quarū prima ē planoꝝ aſtorū. et hec eſt illa que mouetur motu firmamēti. ij. mouetur per mediuꝫ Zodiaci. iij. mouet̄ in latitudine obliqui circuli ita tn̄ ꝙ luna plus obliq̄tur in illa latitudine ꝙ̄ ſol. reliquoꝝ āt errantiuꝫ aſtroꝝ dicit eſſe quattuor ſperas primā et ſecūdam eamdē illis duabꝰ primis q̄ ſūt ſolis ⁊ lune. atqꝫ ea q̄ ē aplanoꝝ q̄ oēs fert ſecū et ea q̄ eſt ordinata ſub ea. ſ. per mediū Zodiaci habētē lationeꝫ. tertiam vero q̄ mouetur ſup polos zodiaci q̄ ſunt cōmunes oībꝰ erraticis. lꝫ huiꝰ tertie ſpe poli ꝓprij ſint cuiuſlibet planete p̄ter polos veneris ⁊ mercurij q ſūt idem. Calippꝰ aūt eūm dē ordinē dictaꝝ ſpheraruꝫ poſuit cū eudoxo et eādem pluralitatē cū eo dedit ioui ⁊ ſaturno. ſoli vero ⁊ lune dicit duas apponēdas. cuiuſlibet vero reliquoruꝫ vnam ſi quis vult ſaluare apparētia. ad hanc auteꝫ apparētiā ſaluādam opertet cuilibet planete addi tot ſperas reuoluētes ⁊ ad idē reſtituētes numerꝰ vna: quot ſūt deferētes. hoc eī modo ⁊ nō alio cōtingit ſaluare oīa q̄ cōtigūt circa lationeꝫ planetaꝝ. Omē igitur ſphere in quibꝰ feruntur venꝰ et mercurius ſunt octo cuilibet eorum quattuor aſſignans: ille autem in quibus feruntur quīqꝫ alij planete ſunt xxv. aſſignādo cuilibet quinqꝫ reuolutiōes vero ſunt. ſex mercurij. Alioꝝ vero planetarum .xvj. Sequit̄ ꝙ numerus omniuꝫ ſpherarū ferētium et reuoluētium planetas

tv. Si aūt ſoli et lune nō addiderim9 quattuoꝛ deferētes quas calippus dicit nec quat
tuoꝛ reuoluētes: tunc ſpere oīum planetaꝝ erūt. xlvij. et hec ſit pluralitas ipſarum.

Capitulum. viij. qđ ſic incipit: quare ſubſtātias ꝛ principia. Concludit
tot eſſe ſubſtātias ſepatas quot ſunt ſpere mobiles celeſtes exclidēs quaſdam
obiectiones. cōfirmās dictis antiquoꝝ ea q̄ dixit de pfectione ſubſtātiaꝝ īmobiliū

Quoniam tot ſunt ſpere celeſtes mote: rationabile ē exiſtimare ꝛ totidem eſſe
ſubſtātias ſepatas tanq̄ principia immobilia et inſenſibila. verumtñ neceſ
ſitas ponēdi naturā ſubſtātiaꝝ ſepatarum dimittitur fortioꝛib9 ꝛ ſapientioꝛi-
bus in pħia. Si aūt obiciatur contradicta in quibus ſupponit ꝙ omnis latio coꝛ-
poris celeſtis oꝛdinata ē ad latiōem alicuius aſtri. Si etiam obiciat ꝙ ē aliqua ſubſtā
tia ſepata q̄ non mouet aliquā ſperaꝫ. Dicimus primo ad hoc ꝙ omnis natura et
ſubſtātia impaſſibilis ſcđm ſe ſortita ē optimuꝫ fineꝫ qui conſiſtit in opari ꝛ in moueri cū-
tñ ſit immobilis. et ideo tot ſūt ſubſtātie ſepate et nō plures: quot ſūt mobilia ſēpiter
na. quia quelibet ipaꝝ finis eſt alicuius latōis per ſe tanq̄ bonum amatū ꝛ deſidera-
tum. Ad primuꝫ vero dicimus ꝙ īpoſſibile eſt exiſtimare alias lationes pter eas q̄
oꝛdinātur ad lationes aſtroꝛum. omne eī ferēs naturalr̄ aliquod nobile natū eſt ipſū
ferre gr̄a alicuius lati. nec ē in ſempiternis aliqua latio gr̄a ſui ipſius. nec gr̄a alteri9 la
tionis. q2 ſic pcederetur in infinituꝫ. propter ꝙ omnis latio ſempiternoꝝ coꝛpoꝛum ē
propter aliquod aſtrum diſtictum in eſſe. Si eniꝫ obiciat ꝙ non ē vnum tm̄ omne
primū motum a prima ſubſtātia: dicēdum manifeſtū eſſe ꝙ eſt tantum vnuꝫ celuꝫ. q2
ſi eſſent plures numero differētes ſicut non differunt plures hoīes: oportet pricipia mo
uentia ipſos eſſe vnuꝫ ſpē et multa numero. quecūqꝫ autem ſunt numero multa ha-
bent materiam ita ꝙ eoꝛuꝫ ratio ſpecifica ē eadem vt ratio hoīs. materia vero ē diuer
ſa. vt ſoꝛtis et calie. prime auteꝫ ſubſtātie quidditas materiaꝫ non habet cum ſit ende
lechia. i. actus pur9. primū igitur mouēs immobile exiſtēs vnum ē ratione ꝛ numero
et mouens vnum mobile ſoluꝫ ſemp ꝛ continue. ppter quod ſolum ē vnum celum.
Traditum ē ab antiquis ꝛ dimiſſuꝫ poſterioꝛib9 quaſi in fabula: ꝙ ſubſtātie ſeparate
ſunt dij. et ꝙ diuinuꝫ eſſe continet totam naturaꝫ. quedam etiā ab eis dicta ſunt fabu
loſe ad vtilitatem ꝛ perſuaſionem multoꝛuꝫ vt facilius ſuſcipiātur leges et confoꝛmē-
tur homines hoībus. a quoꝛum dictis ſi quis ſepauerit et acceperit ſolum hoc: ꝙ pri-
mas ſubſtātias deos exiſtimauerunt: putabit hoc eſſe diuine dictum: licet ſcđm ſimili
tudinem. ſepe enim inuēta veritate vniuſcuiuſqꝫ artis et pħie quantum poſſibile eſt ī
ueniri et iterum coꝛrupta interduꝫ ex bellis interdum ex diluuijs interdū ex alijs coꝛ-
poribus: de numero ſubſtātiarum ſeparatarum ſaluata ſunt nobis ſuperius dicta tā-
q̄ reliquie. et que a primis habem9 de opinione ipſaꝝ tantū nobis eſt manifeſtum

Capitulū. ix. qđ ſic incipit: ꝙ autem circa intellectum et c̄. Mouet quaſdā
dubitationes circa intellectum prime ſubſtātie ſeparate.

Circa intellectū pme ſbe ſepate q̄ intelligi videt aliquid diuiſim inter ētia ſūt q̄
dā dubitatiōes quomodo ſciāt ſba ſepata pma ꝛ pma dubitatio ē vtrū intelli-
gat. q2 ſi nō ītelligit actu: nō erit aliqđ inſigne: ſꝫ poti9 erit ſicut doꝛmiēs. ij. eſt
ſi ītelligit: vtrū huiuſmodi inteligibile ſit aliqđ aliud pncipale vel nō. Si enī ē aliud pri
cipale: non ē idem cū ſua ītelligētia actuali ſed eſt potentia intelligens ex alio ſeqt̄ ꝙ
nō ſit optima. p intelligere eī inē eī honoꝛabile eſſe. Tertia dubitatio ē ſuppoſito ꝙ in
telligentia vel act9 intelligendi ſit ſubſtantia ipſius: vtrum intelligat ſe ipſū aut aliqđ
alterū. ꝛ ſi alterū: vtruꝫ ſemp idem aut nunc hoc nunc aliud. multū enī differt intelli-

gere bonū exiſtens aut bonū apparēs. et inconueniēs dr̄e de quibuſdam ꝙ eadem diuinus intellectus intelligat ut vniuerſalia. Ex quo manifeſtū eſt ꝙ intendit aliquid bo norabile ⁊ diuinum. nec trāſmutatur ab vno intelligibili ad aliud. nam trāſmutatio in dignū quoddam eſt. et motus quidam qđ non cadit in prima ſubſtātia. Ad ꝑmā dubitationem dicēdum ē ꝙ prima ſubſtātia ſemper eſt in actu itelligēdi. q2 ſi intelligere nō ineſſet ei in actu ſed potētia: rōnabiliter laborioſa eſſet cōtinuatio intellectionis. Ad ꝫ vero dicēdū ē ꝙ nichil a ſemetipſa prime ſubſtātie inē intelligere nec aliquid principalius ipſa per qđ deducatur ad actum intelligēdi: quia illud intelligibile ꝑ qđ deduceretur ad actū itelligēdi: dignius eēt ꝙ̄ itellectus ipius. Ad tertiū dicēdū ꝙ intellectioni ſubſtātie intelligētis vilia ineſt aliquid indigniſſimū. et fugiēdū quēadmodum patet in viſu ꝓpter quod nobilius eſt non videre ꝙ̄ videre vilia. ſed tale non cadit in intellectu ſubſtantie cuius intelligētia eſt optima propter quod nō intelligit extra ſe ipſam. ergo intelligit tanꝙ̄ potentiſſimū. Intelligit etiam ſuam intellectionem. que non differt a ſua ſubſtātia in alijs quidem entibus differt. actus. hītus. et obiectum. nam ſcia et ſcibile opinio et opinabile meditādum ⁊ meditabile differūt in nobis in prima aūt ſubſtātia tanꝙ̄ in ſuperabūdāti et perfecta idem ſunt. Quarta dubitatio eſt. ſi aliud diuerſū eſt in prima ſubſtantia intelligere ⁊ intelligi: ꝫ ꝙ iſtorum ineſt ei vltima perfectio. ſi autem diuerſa ſunt non eſt idem in ea intellectus ⁊ quod intelligit. Ad quod dicendum eſt ꝙ ſicut in quibuſdam idem eſt ſcientia et res ſcita quēadmodū in artibus idem eſt ſubſtātia rei ꝑconcepte ſine materia ⁊ quidditas rei factibilis. et in theoricis idem eſt ratio ⁊ intellectio rei: ita in prima ſubſtātia idē eſt ratio intelligēdi obiectū et quod intelligitur. et vniuerſalr̄ in his q̄ non habēt materiam: non ē alterū qđ intelligitur et intellectio. in prima igitur ſubſtātia intelligētia et quod intelligitur idem erunt re et ratione. et ſic eadem ē perfectio vtriuſqꝫ. Adhuc autem reſtat dubitatio vtrum prima ſubſtantia intelligat ens cōpoſitum. quia ſi ipſum intelligit trāſmutabitur in partibus totius intelligēdo vnam poſt aliam. Ad quod dicendum ē ꝙ omne innumerabile indiuiſibile eſt. ⁊ quia intellectus eſt innumerabilis: ideo indiuiſibilis ē. tamen intellectiōem cōpoſitorū concipit in aliquo tēpore. nec habet perfectam intelectiōem entis compoſiti in hoc inſtāti indiuiſibili aut illo: ſed in toto quodā diuiſibili. ita ꝙ de natura intellectus eternitatis eſt indiuiſibilitas.

Capitulū .x. quod ſic incipit: peſcrutādum ē autem qualr̄ hoc et ē. Inueſtigat ꝙ in natura totius vniuerſi eſt duplex bonū. ſ. ordinis ⁊ pn̄cipis. qui pn̄ceps ē primū pn̄cipiū. nec plura poſſunt eſſe pn̄cipia ſed vnum tātum.

Ex ſcrutādū eſt de natura totius vniuerſi qualr̄ hēt bonum ⁊ optimū. ſ. vtrū ſit bonū ⁊ optimū aliquid ſeꝑatū ſiue in ea ſit bonū ordinis. Ad qđ dicendū ꝙ vtroqꝫ modo bonū ſeparatū et ordo ē in vniuerſo: quēadmodū ei in exercitu ē bonū ordinis ⁊ pn̄cipis. qđ pn̄cipalius ē bono ordinis nā pn̄ceps nō ē ꝓpter ordinē: ſꝫ ꝓpter pn̄cipē ē ordo ita in vniuerſo ē bonū vniuerſi ⁊ bonū prime cauſe tāꝙ̄ bonū pn̄cipis ꝓpter quē ē ordo vniuerſi. Oīa āt q̄ in vniuerſo ſūt ordinata ſūt adinuicem licet non omnia ſimiliter adinuicem ordinentur: ſed ſecūdū plus ⁊ minus. vt natalia et uolatilia ⁊ plāte. nō ei ſic ſe habent ptes vniuſi ꝙ vna nichil comunicet alteri: ſed potius omnes partes ordinantur ad vnum. Quēadmodū enim in domo aliter ordinant̄ liberi. i. quibus nō cōuenit facere q̄cūqꝫ ſūt extranea ab ordine: ſꝫ oīa ac plura ordinati et aliter beſtie q2 ꝑuꝫ participāt de his q̄ ꝑtinent ad oēm ordinē domus:

multa vero impertinētia faciunt: ſic in vniuerſo natura ē pricipium diſcernēs quid cō
ueniat vnicuiqꝫ parti et qualiter omnia cōueniāt et comunicent toti. Oīa impoſſi
bilia q̄ accidūt dicētibus aliter ꝙ̄ nunc dictuꝫ ſit: oportet non latere. omnes eī antiqui
faciūt oīa ex contrarijs. quib9 tria incōueniētia accidunt primuꝫ eſt ꝙ non oīa ſunt ex
contrarijs. ſecundo etiaꝫ ꝙ omnia q̄ ſunt ex contrarijs: non ſunt ex cōtrarijs. tertio ꝙ
non aſſignant modum quo entia ſunt ex cōtrarijs. Secunduꝫ inconueniēs ex hoc pa
tet quia impoſſibile eſt contraria fieri ex inuicem. ita ꝙ ſit vnum materia alterius: hoc
autem incōueniēs non accidit nobiꝫ eo ꝙ ponim9. Tertium .ſ. materiam ex qua fiūt
ambo contraria. et que nulli contraria ē. primuꝫ aūt inconueniēs eſt .ſ. ꝙ omnia ſunt
ex contrarijs ſic patet. Si enim prima cōtraria ſunt bonuꝫ et maluꝫ: omnia entia pti
cipabunt aliquid mali excepto vno .ſ. bonum quod eſt alterū principium ſi omnia ſūt
ex contrarijs. nam maluꝫ ē aliquod principiorꝫ. propter hoc eni aliqui dicūt bonum ⁊
malum non eſſe principia. ꝙ̄uis in omnib9 ipſum bonum maxime ſit principium. a
lij vero dicūt bonum eſſe principiuꝫ ⁊ hoc recte. tamen qūo ſit principiuꝫ vtrum ſicut
finis aut ſicut mouens aut ſicut forma: nō dicunt. Empedo. autem amiciciam facit
principium tanꝙ̄ bonum: ſed incōuenienter q: dicit ipſum eſſe pricipiuꝫ mouens. cō
gregat etiam principale materiale q: eſt pars mixture. et ſic ei accidit idem eſſe mate
riam ⁊ mouēs: licet ſcdm diuerſas rationes. aliud etiam inconueniēs ei accidit ꝙ litē
habentem naturam mali facit incorruptibileꝫ. Anaxa. vero intellectū habentē na
turam boni dicit eſſe pricipiuꝫ mouens. non nī aſſignat id cuius gratia mouet cum
tamen alteruꝫ ſit mouens et finis ꝓpter queꝫ mouet nec ſit ideꝫ: niſi ſicut dicim9 me
dicatiuam quodam modo eſſe ſanitatem ꝓpter quam agit. incōueniēs eſt enim nō
facere principiuꝫ contrarium intellectui. Tertiū autē inconueniēs qđ antiquis ac
cidit eſt ꝙ omnes faciētes principia contraria non vtuntur contrarijs niſi figuratiue.
nec dicit aliquis eorum quare entiuꝫ hec quidem corruptibilia. hec vero incorruptibi
lia ſunt: cum omnia ex eiſdem principijs faciant. preterea aliqui eorum omnia faciūt
ex non ente. Alij vero dicunt omnia eſſe vnum: ne cogātur facere multa pricipia.
Preterea nullus dicit cauſam continue generatiōis. Preterea faciēs duo prin
cipia neceſſe eſt concedere alterum eſſe ipſoruꝫ principalius. nam ponētes ſpecies et
ydeas: oportet dicere aliquod principium principalius eſſe propter aliquod partici
pat et aliquod participatur. Preterea ſi pricipia ſunt contraria neceſſe eſt ſapien
tie prime ⁊ honoratiſſime eſſe aliquid cōtrarium cum ſit de primo principio nobis aūt
non accidit: qui primo nichil cōtrariuꝫ poſſuimus. quia omnia contraria materiam
habent. quia materia eſt in potētia ad ipſa. primum autem non eſt in potentia ad ig
norantiam contrariaꝫ ſcientie nec aliquid ei eſt contrarium. Preterea principia
contraria ſunt tantum ſenſibilium. propter quod ſi omnia principia ſunt cōtraria: nō
erunt aliqua entia. preter ſenſibilia. nec erit primuꝫ pricipium. nec ordo nec genera
tio. nec celeſtia: ſed proceſſus in infinituꝫ in pricipijs ſicut accidit theologiꝫ et omnib9
naturalibus. Si autem preter ſenſibilia numeri et ſpecies ſūt principia aut nul
lius ſunt cauſa aut non ſunt cauſa motus. Preterea ex ipſis non erit magnitudo et
continuum. Numerus non cauſat continuuꝫ nec vt mouens: nec vt forma. Pre
terea nullum contrarioruꝫ principioruꝫ erit factiuū. et motiuum: ſi numeri ſint pnci
pia. ⁊ cum factiuuꝫ ſit prius nō factiuo: contingit principia non eſſe aut eſſe poſterius
⁊ in potētia. ⁊ ſic non erūt ſēpiterna aliq̄ entia. ſed aliqua ſempiterna ſunt iterum ēdū
ē g̊ numeros eſſe pcipia. Preterea null9 ipoꝝ dicit nūc dīe pōt quomodo aīa ⁊ corp9

et quelibet alia res ſit cōſtituta ex numeris: niſi dicat ſicut nos ꝙ numer9 eſt cauſa mouens. Dicentes aūt ꝙ prima ſubſtātia eſt numerus mathematicus et alie ſubſtantie ſenſibiles: conſequēter ſe habent ad iſta. ita tamen ꝙ diuerſa ſint pricipia cuiuſlibet: deſtruunt ordinez vniuerſi et in cōnexam faciunt ipſi9 ſubſtātiam. Si eniz multa ſint talia pricnipia: vnum ens non plus ordinatur ad aliud eſt ꝗ ad non ens. et ſic deſtruitur ordo entium quod eſt impoſſibile entia enim nolunt male diſponi. nec ē bonum pluralitas pricipātium. ē ergo vnum princeps in ordine totius vniuerſi.

Explicit copilatio totius methaphiſice diſtincta capitulis edita a fratre iacobo de alexandria ordinis fratrum minoruz Ad poſtulationez ſereniſſimi principis dñi Roberti hieruſalem et ſcicilie regis.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Quotiam aūt de anima ſcđm ſeipſam determinatū eſt et c̄. Huius libri de ſenſu et ſenſato primuȝ capituluȝ cotinet ꝓhemialr̄ intētioneȝ autoris et neceſſitatem doctrine ſcilicet determinādi de actionibus comunibus anime ꝛ corporis.

Voniam determinatū ē de anima et de eius potētijs: cōſequens ē determinare q̄ ſunt proprie et que comunes opationes aīaliū etiā et participātium vita ſic̄ ſunt plāte. Itaqȝ ſuppoſitis que de aīa dicta ſunt: de reliquis opationibus viuētiu m eſt dicenduȝ et primo de primis.

Videntur āt operatiōes comunes aīe et corpori pertinere ad omnia animalia et etiaȝ eſſe propria cuilibet ſpēi. Sicut ſunt ſenſ9 memoria ira deſiderium et vniuerſalr̄ appetitus ꝛ cum his gaudiuȝ et triſtitia. hec eī fere inſunt oībus animalibus. Cum p̄dictis auteȝ quidem comunia oībus participātibus vitam. et quedā entia quibuſdem animalibus ſunt comunia aīe et corpori et hec reducibilia ſunt ad q̄druplicem coniugationeȝ. quarum prima eſt vigilia ꝛ ſōnus conueniēa oībus animalibus. Secunda ē iuuētus et ſenect9 comunes etiaȝ plantis. Tertia inſpiratio et reſpiratio q̄ ineſt habētibus pulmoneȝ. Quarta vita et mors conueniēs tam aīalibus q̄ꝫ plantis. Conſiderādum eſt ergo quid eſt vnumqđqȝ predictorū et ꝓpter quid accidat. Et quoniam impoſſibile eſt fieri ſanitatem ꝛ infirmitateȝ in non habentibus vitam q꞉ iſte ſunt diſpoſitiones participātium vitam. de corporibus auteȝ viuentibus determinat naturalis: idcirco ipſius eſt inuenire p̄ma pricipia ſanitatis et infirmitatis propter qđ plurimi naturales a primis principijs incboantes finiunt conſideratiōem ſuam ad ea q̄ ſunt de medicina. medici āt qui magis phice proſequūtur artem medicine videlicet per cauſas incipiūt cōſideratiōem medicinaleȝ a naturalib9. Quod autem omnia p̄dicta ſunt comunia aīe et corpori pȝ ex hoc q̄ꝫ omnia aut accidūt cum ſēſu aut per ſenſuȝ. q꞉ quedaȝ ipſorum ſunt paſſiones ſenſus ſicut ſomnus et vigilia. q̄dam vero habitudines ſenſuum ſic̄ iuuētus et ſenect9: quedam vero cōſeruatiōes et ſalutaria ſicut reſpiratio vita ꝛ ſanitas q̄daȝ vero corruptiones ꝛ priuationes ſic̄ mors et infirmitas. Qđ autem ſenſus inſit anime per corpus tanq̄ꝫ comune vtriqȝ manifeſtum eſt et per rationem et experientiam ſemper euidentiam rei.

Capitulū. ij. quod ſic incipit: ſed de ſenſu et ſentire. ꝓſequendo tractatum declarat neceſſitatē ſenſuum in animalib9 et compat auditum ad viſum quātum ad perfectionem vtriuſqȝ tam per ſe q̄ꝫ per accidens.

E potentia ſenſitiua et actu eius quid ſit et quare ſentire accidit aīalibus dictum ē in libro de anima. Qđlibet autem animal in quātum animal neceſſe eſt hr̄e ſenſum q꞉ per ipſum diſtinguitur eſſe animal a non aīali. In ſpeciali autem tactus et guſtus neceſſarius eſt cuilibet aīali tactus quidem ꝓpter cauſaȝ dictam in libro de anima guſtus vero propter nutrimētum. hic enim ſenſus diſcernit ſapidum ꝛ inſipiduȝ circa cibum vt per ipſum animal ꝓſequatur ſapidum ꝛ fugiat inſipidum. ſapor enim paſſio ē partis nutritiue eo q̄ꝫ ordinat̄ ad ipſuȝ tanq̄ꝫ ad fineȝ. Senſus autem qui per exteriora mēbra percipiunt ſua obiecta ſicut odorat9 audit9 viſus inſunt aīalibus proficiſcentibus. i. q̄ mouentur motu progreſſiuo et his omnibus inſunt cauſa ſalutis mediātibus ſenſibus predictis vt preſentia. i. a remotis ſentientia proſequātur conueniēs alimētum. nociuum autem ꝛ corruptiuuȝ fugiant. Animalibus autem pfectioribus ſic̄ habentib9 prudētiam inſunt ſenſ9 predicti cauſa vtilitatis q꞉ annūciant. i. notificant multas differentias rerum ex quibus conoſcuntur plura tam ſpeculabilia q̄ꝫ operabilia. Inter iſtos āt ſenect9 ad noticiam acquiren-

dutu viſus eſt melior per ſe licet auditus ſit melior ſecundum accidẽs. ſcḋm ſe quideꝫ melior eſt viſus. Quia virtꝰ eius multas drias ẽtium annunciat eo ꝙ omnia corpora participãt calore qui eſt eius obiectum. Communia enim ſenſibilia. ſcilicet magnitudo figura numerꝰ motus ⁊ quies magis ſentiũtur per viſum auditus vero diſcernit differentias ſoni. et hoc nõ in omnibus animalibus ſed in paucis et nobis notis. Secundum accidens vero auditꝰ multum confert ad ſapiẽtiam. ſermo enim qui audita percipitur cauſa eſt diſcipline non ſecundum ſe ſed ſecundum accidẽs ſcilicet in quantum talis ſermo conſtat ex nominibus quorꝫ vnumquodlibꝫ ẽ ſimbolũ. i. ſignificatuꝫ rei importatuꝫ per nomen. Et quoniam auditus predicto modo confert ad ſapientiam idcirco ſapiẽtiores ſunt ceci a natiuitate in quibus viget virtus auditus ſurdis et mutis a natiuitate in quibꝰ eſt viſus. de virtute auteꝫ quam habet quilibet ſenſus dictum eſt in libro de anima.

Capitulum. iij. quod ſic incipit: in quibus auteꝫ habeãt fieri oſtendit in generali quomodo antiqui attribuebãt organa ſenſuuꝫ elementis. et in ſpeciali organum viſus attribuebant igni.

Antiqui querentes organa ſenſuum et adaptãtes ea ad elementa corporum: poſuerunt quintuꝫ elementuꝫ inter aerem et aquam. quia non poterãt quinque ſenſus adaptare. iiij. elemẽtis. Attribuũt auteꝫ organum viſus igni. q̃m ignorant cauſam cuiuſdam paſſionis que fit in viſu. ſi enim oculo comprimatur et fortiter moueatur: videbitur ſibi ignis lucẽs. et hoc maxime fit quando aer exterior eſt tenebroſus. aut ſi in claro aere claudantur palpebre. tunc eĩm fit obſcuritas in occulo. Et ſi obiciatur ſicut ſẽſibile preſens non poteſt latere ſentiẽtem: itaqꝫ nec viſibile videntem. et ideo ſicut occulus compreſſus et motus videt ſeipſum quia eſt nature ignee: ſic neceſſe eſt videre ſeipſum etiam quieſcẽtem. Dicenduꝫ ꝙ ſolutio huius obiectionis ſic ſumi poteſt. levia quia ſunt terſa ⁊ polita. in ſeipſis habent quãdam lucem etiam in tenebris. licet non faciant lucem in alio. nigruꝫ autem occuli qḋ dicitur pupilla et medium: leue eſt et politum. quo moto fit quedeꝫ refulgẽtia ad exterius q̃ poteſt mouere viſum quãdo occulus celeriter fuerit motus ad aliam partem. quia nõ ita cito ille fulgor deſinit ſicut oculus mouetur. accidit enim tunc occulum celeriter moueri: quaſi fieri duo quorum vnum ſit videns ⁊ aliud viſum. Si autem non celeriter moueatur occulus: nõ fit hoc. quia prius deſtruitur fulgor factus in pupilla q̃ perficiatur motus occuli. Non accidit etiam hoc niſi in tenebris. eo ꝙ in lumine maior claritas obſcurat claritatem ipſius que modica eſt. leue enim lucere in tenebris et non in lumine: probant quedam capita piſciuꝫ et quidam humor turbidus piſcis q dicitur ſephen quia ergo celeritas motus occuli facit ipſum eſſe: quaſi duo quorum vnum eſt videns et aliud viſum: fit tanq̃ ſi occulus videret ſe ipſum. ſicut accidit in refractione per quam quis ſe intuetur in ſpeculo. et hoc non accidit quando occulus tarde mouetur et lente. idcirco celeriter motus videt quandam refulgentiam quam nõ videt lente motus.

Capitulum. iiij. quod ſic incipit: ſi igitur ignis eſſet viſus et cete. Improbat opinionem dicentium occulum eſſe ignem: ſpecialiter quantum ad dicta empedoclis et platonis.

Si enim occulis eſſet ignis ſicut dicit plato et empedocles: accideret occuluꝫ videre in tenebris per exitum luminis ab eo. quemadmodũ a lucerna et luce exit lumen illuminans tenebras: dicere autem ꝙ lumen exiens a viſu extin-

gnitur in tenebris ſicut dicit th imens: omnino vanum eſt: ignis enim quia calidus eſt et ſiccus: extinguitur aut ab humido aut a frigido. ſicut patet in carbonib9 et flāma. lumen autem viſus nullum predictorum extinguitur. Si aūt dicatur ꝙ propter debilitatem nō poteſt lumen occuli tantū illuminare tenebras qui lateat viſum eius illuminatio: oportet de die lumen ipſius extingui ex preſentia majoris luminis. et in aqua propter exceſſum cōtrarietatis. et maxime in glaciebus obtenebrabitur lumen viſuale. flamma enim ⁊ omnia corpora ignita ab his extinguntur. nichil aūt tale accidit circa viſum ab aliquo predictorū. Empedocles autem exiſtimat viſionem fieri per egreſſum luminis a viſu dicēs: ꝙ ſicut quādo quis diſponit iter facere de nocte hiemali ꝑparat ardentem ignem in lucerna vt prohibeat impetus ventorum et diſipēt ſpiritum ipſorum ita ꝙ lumen in lucerna contētum extra deſiliens quanto plus expanſum fuerit extra tanto magis illuſtrat atenuatis et ſubtiliatis eius radijs auclamine lucerne: eodem modo dicit ꝙ lumen occuli contutatum ideſt tute conſeruatū in miringis ideſt in tuniculis occuli per eas ſicut per quoſdam ſubtiles lintheos circumq̄q̄ꝫ diffunditur. ita ꝙ lumen occuli tanto magis extra prouenit: quāto magis fuit expulſū dicit autem empedo. aliquando fieri viſionem per emiſionem luminis a viſu. aliquādo autem ab his que defluunt a viſibilibus

Capitulū. v. quod ſic incipit: democritus autem et c̄. declarat quid bene et quid non bene dixit democritus opinando viſum eſſe aquee nature.

Emocritus autem bene dixit in hoc quod ait occuluꝫ eſſe aquee nature. tamē non bene dixit in hoc quod putauit viſionem nil aliud eſſe q̄ apparitionem rei viſe in pupilla. talis enim apparitio fit in pupilla propter hoc ꝙ eſt leuis et terſa et polita. ita ꝙ huiuſmodi paſſio eſt refractio facta in occulo tanq̄ in corpore polito. et non eſt inuidente ideſt inuiſiua virtute. Set de appentibus et refractione nō videtur tp̄e democriti fuiſſe veritas manifeſta. Dicenti auteꝫ viſioneꝫ eſſe apparitionem rei viſibilis in pupilla obicietur quare occulus videt ſolus ⁊ nullum aliud corp9 de numero eorum in quibus apparent idola ſicut ſpeculuꝫ ⁊ ſimilia corpora poteſt videre. Quod autem viſus attribuatur aque verum quideꝫ eſt: non tamem viſio fit per oculum ſecundum quod eſt aq̄um: ſed ſecundum ꝙ eſt perſpicuuꝫ. et q̄uis perſpicuitas communis ſit aeri et aque: conuenientius tamen occulus attribuitur aque q̄ aeri propter duo. primo quia aqua magis conſeruabilis eſt aere qui faciliter diffūditur ideo aqua melius conuenit conſiſtentie occuli. Secundo quia aqua ſpiſſior exiſtēs aere aptior eſt ad rep̄ſētationeꝫ rerum viſibilium. Pupilla quidem igitur et occulus aquee ſūt nature. Quod autem hoc veruꝫ ſit manifeſtuꝫ eſt ex ſignis apparentibus circa occulum quorum primuꝫ eſt quod corruptis occulis aliud quod decurrit videtur eſſe aqua et in ebrijs defluunt lacrime aquee propter abundātiam humiditatis. Secundum ſignum ē ꝙ in embrionib9 de nouo formatis qui quaſi adhuc retinent naturam ſui principij occuli excedunt in frigiditate et claritate que ſunt naturalia aque. Tertium ſignum eſt ꝙ animalibus habentibus ſanguinem album occuli circūſtans pupillam multum eſt et craſſum et idcirco fecit natura vt per ipſum conſtituetur humidum pupille incoagulatum et propter eius craſſitudineꝫ oculus eſt corp9 quod non poteſt infridari. nunq̄ enim id quod eſt infra palpebras infrigidatur. in animalibus auteꝫ carentibus ſanguine quia album occuli non eſt tante quātitatis nec tā craſſum. hinc ſt ꝙ natura fecit occulos coꝛ dure pellis ad ꝓtectiōeꝫ humidi pupille

Capitulum. vj. quod ſic incipit: rationabile autē omnino eſt et cetera. Improbat opinionem dicentiū viſionem fieri extra mittēdo. et etiam dicentium eā fieri per coniunctionem luminis rei viſe et luminis egredientis a viſu.

Irrationabile eſt omnino dicere viſionē fieri per exitum alicuius ab occulo quod extenditur vſq3 ad rem viſam. quia cum egredi ſit propriū corporis: ſequeretur quod aliquid corporeū egrediens ab occulo extenderetur vſq3 ad aſtra. Irrationabile eſt etiam viſionem fieri per aliquid egrediens ab occulo quod licet non extendatur vſq3 ad rem viſam tamen procedit vſq3 ad terminatū ſpatium in quo coniungatur lumini egredienti a re niſi ſicut dixit plato. Multo enim melius diceretur quod hec coniunctio fiat in extremitate occuli quam extra ipſum per aliquam diſtantiam. Sed nec iſta coniunctio ſcilicet in extremitate occuli eſt poſſibilis propter tria. primo quia lumen non eſt natū coniungi lumini cum non ſit corpus coniungi autē ē proprium corpori. ſecundo quia et ſi vtrumq3 lumen eſſet corpus non contingerentur adinuicem cum non ſit eiuſdem rationis. non eſt autem quodlibet aptū coniungi cuilibet ſed tantum ea que ſunt eiuſdem rationis. tertium quia medium interioris et exterioris eſt mirunga id eſt pellis ſiue tunica occuli impediens predictorum luminum coniunctionem

Capitulum. vij. quod ſic incipit: quod autem ſine lumine et cetera. Determinat veritatem predictorum oſtendit primo quod viſio fit per medium illuminatū et probat quod occulus rationabiliter attribuitur aque.

Quia viſio fit per medium actu diaphanum: ideo impoſſibile eſt videre ſine lumine quod facit aliquod corpus eſſe actu diaphanū ſicut dictum ē in libro de anima. et ideo ſiue illud medium quod eſt inter rem viſam et oculum ſit lumen ſiue ſit aer actu illuminatus: motus qui eſt per ipſū cauſat viſionem. Rationabiliter igitur id quod eſt intra pupillā quod eſt organum viſus attribuitur aque eo quod ipſa perſpicua. ſicut enim id quod exterius eſt non videtur ſine perſpicuo illuminato: ita et quod interius eſt oportet eſſe perſpicuū. hoc autem non eſſe aerem ſed aquam neceſſarium eſt poni. Virtus enim viſiua non eſt in extremiate occuli ſed potius interius ideo neceſſarium eſt illud quod eſt interius occuli perſpicuum eſſe et receptiuum luminis. Quod autem ita ſit manifeſtum eſt ex his que accidūt circa occulū. quidam enim in bello vulnerati circa tēpora ceci facti ſunt. quia abſciſſis poris per quos lumen diffundebatur ad occulos extictum eſt lumen quod erat in perſpicuo pupille. ita quod illud perſpicuum vocatum pupilla que eſt quaſi quedam lampas abſciſa remanet ad modum lucerne extincte.

Capitulum. viij. quod ſic incipit: igitur ſi quidē in his adaptat organa ſenſuum elementis.

Igitur vera ſunt que diximus: manifeſtū eſt quod modo predicto inſtrumētum cuiuſlibet ſenſus attribuetur alicui elemēto. ita quod ſenſitiuū viſus aſſimiletur aque auditiuū aeri. odoratiuum igni. Odoratiuū tale eſt in potentia qualis eſt odoratus id eſt res odorabilis actu ſenſibile enim facit exire ſenſum ad actū quare neceſſe eſt odoratum talem eſſe in actu qualis eſt in potētia virtus odoratiua et quia odor eſt fumalis euaporatio que habet fieri ab igne: ideo inſtrumētum odoratiuum conuenit cum igne. Propter quod. ei conuenit locus qui eſt circa cerebrum vt ſit in potentia ad odorem qui fit a calido mediāte fumali euaporatione. materia eī frigidi in actu eſt potentia calidum. Occuli etiam gño habet eundem modum. q;

enim humide et perſpicue nature eſt.cōſtat ꝺ cerebro qꝺ eſt humidus et frigid9 omni
bus partibus corporis. Tactiuuз autem aſſimilatur terre.et ſimiliter guſtatiuū.qꝛ
guſtus eſt q̄dam ſpecies tactus. Et hinc eſt ꝙ inſtrumētuз guſtus et tactus ponit̄ cir-
ca cor quod ē oppoſitum cerebro.quia eſt calidiſſimum om nium partiuз corporis.

Capitulū.ix.qꝺ ſic incipit:de ſenſibilib9 auteз.oſtendit quid dictuз eſt de
proprijs ſenſibilibus in libro de anima et quod reſtat dicēduз quid ſit vnuз qꝺ
qз ſenſibile proprium ſecundum ſe et primo quid color.

De ſenſibilibus proprijs q̄ ſentiuntur ſcd̄m vnumquodqз organum cuiuſli-
bet ſenſus ſicut de colore ſono odore ſapore tangibili dictū eſt in his que de a-
nima.vbi que ſit actio eoꝝ et quomodo vnumqꝺqз organuз operetur immu
tatuз a proprio ſenſibili vniuerſaliter oñſum ē.reſtat ergo dicēduз de vnoquoqз pre-
dictorum ſenſibiliuз quid ſit ſcd̄m ſe et primo de colore. Aduertēdum tamen ꝙ v-
numqꝺqз ipſorum dupliciter dicitur. vno quidem modo prout ſentitur in actu.et de
hoc dictum eſt in his q̄ de anima.ſcilicet quādo ſenſibile in actu ē idem ſenſatiōi.qꝺ
autem ſit quodlibeз iſtorum ſcd̄m ſe ipſum et quomodo eius natura ē facere ſenſum i
actu nunc dicemus. Quemadmodū igitur dictuз eſt in ſecūdo de anima lumen ē
color perſpicui ſecūduз actum.qño enim aliquod luciduз ineſt perſpicuo:preſentia e
ius eſt lumen.et eius priuatio eſt tenebra. Illud qꝺ dicimus perſpicuū non eſt ꝓ
pria qualitas aeris vel aq̄ vel alicuius corporis puri:ſз eſt quedaз natura et virtus nō
ſeparata ſз exiſtens a predictis corporib9.et in quibuſdam alijs.ita ꝙ in aliquib9 ma
gis in aliquibus minus. Qm̄ igitur quodlibet corpus hēt vltimuз et extremuз:ita
ꝙ lux ſiue lumen eſt actus corporis perſpicui non in extremo ſed in determinato ip̄i9.
oportet colorem eſſe quod eſt vltimuз in corpore perſpicuo.color nāqз aut in extremi
tate conſiſtit aut ē extremitas. Et inde eſt ꝙ pictagorici vocabāt coloreз epiphaniam
id eſt ſuper apparitiōeз.nō t̄n color ē extremitas corporis.qꝛ eſſet linea vel ſuperficies
ſi eſſet extremitas ei9:ſed potius ē qualitas in extremitate corporis exiſtēs. Qꝺ aūt
perſpicuuз ſit ſubiectuз coloris ſic patet.oportet ei exiſtimare eandeз naturaз eſſe ſuſ
ceptiuam coloris in his q̄ colorātur.ſcilicet non ex propria qualitate ſed ex aliqua exte
riori diſpoſitione et in his q̄ colorātur interius id eſt per propriā diſpoſitioneз ſue natu
re.illa āt que colorātur ab exteriori diſpoſitiōe ſunt perſpicua:ſicꝫ aqua et aer.aer enim
aliquando coloratur.ſicut patet in aurora.non tamen his q̄ ab exteriori diſpoſitiōe ē
fixus et determinat9 color.cuius ſignuз eſt qꝛ non apparet in eis idem color acceden
tibus prope ipſa et exiſtētibus longe.ſicꝫ patet in aere ⁊ in mari.quorum color alius et
alius apparet diſtātibus ⁊ propīquis.in corporibus habētibus de ſe colorem determi
natum ē determinata et vniformis fantaſia coloris id eſt apparētia q̄ non variatur ex
diuerſo ſitu aſpicientium.niſi forte per accidens puta qꝛ mediū per quod color ipſorū
videtur cauſat aliquaз transmutatiōeз.ſicut patet in vitro.ex quo variatur color rei in
ſe per ſe ipſuз ſcd̄m diuerſitatem q̄ eſt in vitro.qꝛ in que colorātur ab exteriori propriū
ſuſceptiuum coloris eſt ꝑſpicuum. mediuз eſt aūt in his q̄ colorantur ab interiori et ꝑ
ſe propriuм ſubiectuз participās.ita ꝙ vniuerſaliter in corporibus perſpicuum ē illud
quod facit participari colores ita ꝙ plus et min9 reperitur perſpicuitas in diuerſis.
Qm̄ ergo color exiſtit in extremitate ⁊ in ſolo perſpicuo:ſequitur ꝙ color ſit quedaз ex
tremitas perſpicui in corpore terminato. In ip̄is etiam perſpicuis que colorantur
ab exteriori ſicut ē aqua et aer et in oībus alijs:videt̄ ieſſe color ꝓprius ꝑ extremitatē.

Capitulum.x..quod ſic incipit:eſt igitur ineſſe perſpicuo ⁊c̄.Ex predicts

diffinitione coloris diſtinguit ſpecies coloris tam quo ad extremos ꝙ quo ad colores medios oſtendens vnum modū generationis colorum mediorū ſcḋꝫ apparentiam. et quare quidam colores ſunt delectabiliores alijs.

Sicut igitur preſentia lucis in perſpicuo non terminato vt in aere facit lumen vel eius abundantia facit tenebram: ita in extremo perſpicui corporis terminati exiſtentia lucis facit colorem albuꝫ et eius abundantia ſeu paucitas facit in eodem nigruꝫ. De alijs aūt coloribus oportet dicere quomodo apparēt. vnus enim modus apparēdi colores medios talis ē. Si duo corpora equidiſtātia viſu quorum vnum ſit albuꝫ et aliud nigrum ita parua ſunt vt neutrum eoꝝ ſit viſibile propter paruitatem compoſitū autē ex his ſit viſibile propter magnitudinē: color iſtius compoſiti nec videbitur albꝰ nec niger. quoniaꝫ igitur neceſſe eſt aliquē colorem ineſſe huiuſmodi ſenſibili nec ſit poſſibile aliquem de extremis ineſſe eidem: neceſſe ē colorē mixtum alterius ſpeciei ab extremis ei ineſſe. ſic igitur cognoſci poſſunt plures colorū ſpecies preter albam et nigram. Multos autem colores medios eſſe cōtingit ſicut multiplex poteſt eſſe proportio albi ꝛ nigri. nam ſicut in numeris alia eſt proportio duorum ad tria alia trium ad quattuor et ſic de alijs numeris: ita poſſibile eſt album proportionari nigro ſcḋꝫ maiorem et minorem excedentiam et exceſſum et ſecunduꝫ diuerſas proportiones conſurgunt diuerſe ſpecies medioꝝ colorum. quando autem inter album et nigrum non eſt proportio ſed ex parte vnius eſt ſimpliciter abundātia et ex parte alterius deffectus apparet ſolus color ſuperabundans. Sunt autem aliqui colores viſui et delectabiliores alijs ea ratione qua et quedam melodie delectabiliores ſunt auditui. ſicut ēnim melodie que ſunt in numeris bene proportionatis delectabiles ſunt vt diapente et diapaſon: ita et colores medij qui ſunt ex extremis bene proportionatis. vt cocineus et puniceus ſunt delectabiles viſui. qui autem non cōſurgunt ex bona proportione extremorum non ſunt delectabiles. Proportio aūt non bona poteſt fieri dupliciter. vno modo propter nimiuꝫ exceſſum vnius et deffectum alterius. alio modo propter inordinationem. quādo ſcilicet in vna parte plus abundat album et in alia nigrum ita ꝙ non eſt perfecta mixtio. nec colores medij ex ipſa conſurgētes ſunt puri: ſed quaſi permixti et impuri: hic igitur ē vnus modus generationis colorum.

Capitulum. xj. Quod ſic incipit: vnus autem apparere vel ſic vnus etiam quidem videtur.

Stendit alium modum generationis colorum medioꝝ ſecunduꝫ apparentiam excludens quamdam falſam opinionem. et quaſdam obiectiones contra modos predictos. Alius modus apparēdi medios colores eſt per hoc ꝙ vnus color extremorum videtur per alium ſuperpoſituꝫ ei. ita ꝙ inferior ſit fortior et viuacior. quēadmodum faciunt pictores quando pingūt aliquid apparens in aqua vel in aere. et quēadmodum ſol qui de ſe videtur albus apparet puniceus quādo videtur per aerem caliginoſum. Multi autem medij colores apparere poſſunt ſenſui per hunc modum ſicut multe proportiones poſſunt eſſe coloris ſuppoſiti. licet interdum nulla proportio media ſit inter ipſos ex qua reſultet vel appareat medius color. v. g. quando valde fortis ſuperponitur debiliſſimo. Dicere autem colores eſſe quēdaꝫ effluxum procedētem a corporibus viſis et eos apparere diuerſos propter diuerſitateꝫ talis effluxus. falſum ē. quia viſus non videt colorem per hoc ꝙ corpus tangat occulū ſed per hoc quod immutat mediuꝫ ꝛ hoc immutat viſuꝫ non per effluxuꝫ alicuius corpo

ris: ſed per contactum medij mutati a viſibili. Si aūt contra primum modū apparendi medios colores ſcilicet per colorata pua equediſtantia dicatur ꝙ ſecundum hoc neceſſe ē ponere aliquam magnitudinem eſſe inuiſibilē: et ſi contra ſcōm ſcilicet de ſuppoſitione coloris ad colorem dicatur ꝙ hic modus ſupponit aliquod tempus inſenſibile ita ꝙ viſus ſimul ſentiēs ſuperior eſt qui propinquior eſt et inferior ē qui remotior eſt: decipitur nec pcipit tempus illud in quo prius videtur ſuperior ꝙ inferior: ſed putantur eſſe vnus color qꝛ ſimul apparent: dicendum ē ꝙ hec inconuenientia non ſequuntur ad modos predictos. in ſecundo enim modo color ſuperior mutabilis eſt a ſubiacenti. et ideo non apparet ſuperior ſecundum ſuam propriam coloritatem ſimiliter nec inferior. ſed ſic apparentia cuiuſdā medij coloris non in diuerſis temporibus: ſed in eodem. In primo etiam modo non ſupponitur ꝙ aliqua magnitudo ſit ſimpliciter inuiſibilis ſed ab aliqua diſtantia eſt uiſibilis et ab aliqua inuiſibilis. vnde aliquarum magnitudinum quarum quelibet eſt inuiſibilis a longe: pōt fieri quidam color vt appareat quidā color communis aliquibus magnitudinibus diuerſorum colorum. quarū nulla videtur per ſe propter diſtantiā: tamen omnes ſimꝉ videri poſſunt vt patet in filis quibus texuntur pani factū eſt. Quod autem nulla magnitudo ſit ſimpliciter inuiſibilis: poſterius conſiderabitur.

Capitulū. xij. qḋ ſic incipit: ſi autem mixtio corporū et c̄. Determinat generationem mediorum colorum ſecundū exiſtentiam. et quare ipſorū multe ſunt ſpecies.

I commixtio corporum ſecūdū rem non ē permixta poſitioni minimorū equidiſtantium ſicut quidam dicunt. quia talia non fiunt vnū: cum qḋlibet ipſorum remaneat diſtinctū ab alio: ſicut patet in hominibus equis et ſeminibus. ex quorum minimis non fit vnum: ſed potius fit vnum ex his que totaliter adinuicem cōmiſcentur vt dictum eſt primo de generatione. Neceſſe eſt hanc mixtionem eſſe principalem cauſam mediorum colorum. et non ſuppoſitiōem coloris ad colorem nec equidiſtātem poſitionem ipſorum. nam cuiuſlibet mixti videtur vnus color non ſolum prope exiſtentis ſed etiam de longe. Et quoniam multis proportionibus miſcibilia adinuicem miſcentur: ideo multi fiunt colores medij. reperitur enī in miſcibilibus multiplex proportio: ſicut in minimis. reperitur etiam ſuperabundantia alteriꝰ ad alterum eo modo quo dictum eſt ſupra de diſtantibus et ſuperpoſitis. Cauſa autem propter quā ſpecies colorū ſaporum et ſonorum ſunt terminate ⁊ nō infinite poſterius dicetur. Quid autem ſit color et quare multi ſunt colores ſic dictum eſt nunc. de ſonno et voce in ſecundo de anima dictum fuit.

Capitulum. xiij. qḋ ſic incipit: de odore vero et ſapore et c̄. Premiſſo ꝙ determinare intendit de ſapore excludit tres opiniones de generatiōe ipſius.

E odore et ſapore nunc dicendū eſt. fere enim videtur odor et ſapor eadem qualitas paſſibilis. non tamen ſunt in eiſdem ſubiectis. qꝛ odor magis ē in ſiccis. ſapor autem in humidis. tamen quia ſapor manifeſtior eſt nobis ꝙ odor: ideo de ipſo determinādū. Cauſa autem ꝙ odor immanifeſtior eſt nobis: oritur ex duobus. primo qꝛ peiorem habemus odoratum alijs animalibus. ſecundo qꝛ inter alios ſenſus hunc ſenſum habemus minꝰ viuacē. ſaporem aūt melius ſentimꝰ quia ſenſum tactus habemus diſcretiſſimū et meliorē alijs animalibus. guſtus aūt

eſt quidam tactus. De ſaporum autem generatione tres accepimus opiniones
Empedocles enim dicit ꝙ licet natura aque quieſcat inſipida: ſunt tamen in ea om-
nia genera ſaporum permixta. et hec inſenſibilia fiunt. Alij autem dicunt ꝙ aqua
non habet actu naturaz alicuius ſaporis. tamen eſt paniſpermia id eſt vniuerſale ſemi
narium om̄z ſaporum. ita ꝙ ex aliqua parte ipſius ſit talis ſapor et ex alia alius. A
lij vero dicunt ꝙ aqua non eſt cauſa ſaporuz: cum ſit indifferens ad omnes: ſed diuer
ſitas ſaporuz cauſatur ex diuerſitate agentiuz. vt ſi quis dicat ꝙ ex ſole cauſatur talis
ſapor. et ex igne alius cauſatur. Primuz autem dictum ſcilicet empedo. apertuz
mendatium eſt. videmus enim in eiſdem rebus permutari ſapores ex ſola decoctio
ne et calefactione abſqz hoc ꝙ in eiſdem fructib9 ex ſolo proceſſu maturitatis videm9
fieri omnimodos ſapores. Secundum etiam dictuz verum non eſt. nam ex eadē
aqua quemadmoduz ex eadem eſca poſſibile eſt fieri diuerſos ſapores. ita ꝙ ipſa ē ſo-
lummodo principium paſſionum ſaporum et non paniſpermia id eſt vniuerſale ſemē
cum ſemen habeat virtutem actiuam. Similiter tertium dictum non eſt ſuf
ficiens aqua enim non recipit hanc virtutem quaz vocamus ſaporez a ſola virtute ca
lidi. nam inter omnia humectantia ſenſibiliter ſubtilior eſt aqua. in tantum ꝙ in ſubti-
litate excedit oleum. cuius ſignum eſt quia difficilius eſt conſeruare aquaz ꝙ̄ oleum.
Quod autem oleum ſupernatat aque accidit quia plus habet de aere. quod etiam
plus diffunditur hoc accidit propter vntuoſitatem et lubricitatem. cum ſit magis vn-
ctuoſum ꝙ̄ aqua. Quoniaz igitur aqua calefacta non apparet groſſior ꝙ̄ prius ſapo
res autem omnes ſunt cum quadaz groſſitudine: manifeſtum eſt ꝙ calidum non eſt to
ta cauſa ſaporum licet ſit conſeruatiuum ipſorum.

Capitulum. xiiij. quod ſic incipit: apparent autē ſapores et cē. Aſſignat na
turalem cauſam ſaporuz que eſt ex permixtione ſicci cum humido oſtendens
ꝙ humidum aque immutatur a ſicco terreſtri in diuerſos ſapores ex quo con
cludit diffinitionem ſaporis.

Omnes ſapores qui ſunt in fructibus in quibus manifeſte ſapores diuerſificā
tur: apparent in terra. Et ideo multi naturaliuz dicunt aquam eſſe talis ſa
poris qualis terra per quam tranſit. et hoc manifeſtuz eſt in aquis amaris ſicut
in ſalſis. ſal enim quedam ſpecies terre. aque etiam collate per cinerem amarum ha-
bent amarum ſaporez: fontium etiam quidam amari ſunt quidam accuti quidam ve-
ro aliorum ſaporum ſecundum diuerſitatez terre per quam tranſeunt aque ipſorum.
Rationabiliter igitur genera ſaporum fiunt in plantis propter affinitatez quam ha
bent cum terra. Humidum enim aque natum eſt pati a ſicco terreo. ſicut et quod-
libet contrarium a ſuo contrario. predictuz etiam humidum patitur ab igne. quia eius
natura terre ſicca eſt. In hoc tamen differt a terra. quia proprie proprius ignis eſt ca-
lidum. terre vero ſiccum quemadmoduz dictum eſt in libris de generatione. Nec di
co ꝙ ignis terra et aliud quodcumqz elementum agat et patiatur ſecundum quod
ſunt talia: ſed potius ſecundum ꝙ vnumquodqz vel in vnoquoqz eorum eſt contrarie
tas. Quemadmodum igitur qui lauant in aqua corpora colorata et ſaporoſa red-
dunt colorem et ſaporez aque tales qualia ſunt huiuſmodi corpora: eodem modo hu
midum aqueum tranſiens per ſiccum terreſtre et digeſtum a calido mouente cali-
ficatur ſapore conuenienti terre per quam tranſit. Et ideo dicimus ꝙ ſapor eſt paſ
ſio facta in humido aqueo a ſicco terreſtri immutatiua guſt9 de potentia ad actuz. Di
co autem immutatiua guſtus: quia omne ſenſibile ducit ſenſum ſiue ſenſitiuuz de po-

tentia in actum per actionem ſuam quia ſentiri non conſiſtit in ſpeculari ſed in agere.

Capitulum.xv.qđ ſic incipit:quoniam autem non omnes ſicci et c̃. Declarat ꝙ ſapor eſt paſſio ſimul ſicci et humidi.quia ſapidū mutat propter ſiccitatem et humiditatē et maxime propter dulce cui admiſcentur alij ſapores ad condimentum.

Quoniam autē ſapores non ſunt paſſio cuiuſlibet ſicci.ſed ſicci nutritiui:ideo nec ſiccū ſine humido nec humidum ſine ſicco pertinet ad saporē. eſca enim ex qua nutriuntur animalia eſt aliquid commixtū ex vtroqꝫ. Quod probatur ex hoc quia cibi oblati animalibꝰ ſunt aliqua tactu ſenſibilia facientia augmentum vel detrimētum propter calidū vel frigidum exiſtens in eis. tale enim oblatum in cibum nutrit ſecundum quod guſtabile et dulce.omnia enī nutriuntur dulci vel ſimplici vel commixto.tale autem ſimul eſt ſiccū et humidū. Et q̃uis in libro de generatione determinatū ſit quomodo nutribilia nutriuntur:ad preſens tamen determinandum eſt ꝙ calidum augmentat et conſtituit nutrimentū.ita ꝙ leue ⁊ dulce trahit ſurſum amarum autē et ſalſū relinquit inferius propter grauedinē.quod enim facit calor exterior in corporibus ex quibus eleuat quod ſubtilius eſt et dulcius:hoc idem facit naturalis calor in animalibus et plantis trahens ſuperius illud quod dulce eſt in cibo ad nutrimentū et ideo omnia nutriuntur principaliter ex dulci. Cōmiſcentur alij ſapores vt ſalſus et accutus cum dulci pro condimento vt fiat aptior cibus reprimunt dulce ne nimium faciat nutrimentum. eſt enim dulce nimis repletiuum ⁊ ſupernatatiuum propter ſui leuitatem.

Capitulum.xvj.quod ſic incipit:quemadmodum enim colores et c̃. Determinat de generatione mediorum saporum et qui facit ſapores extremi et qui medij et quot ſpecies ſaporū qualiter etiam ſe habent extremi ſapores ad inuicem excludens falſas opiniones circa predicta.

Sicut colores medij ſunt ex commixtione albi et nigri:ita medij ſapores ex cōmixtione dulcis et amari. Ita ꝙ ſecundum diuerſā proportionem mixtionis dulcis et amari ſeu virtutū ex quibus hi ſapores cauſantur diuerſificant medij.et qui inter eos ſunt delectabiles:fiūt ex mixtione bene proportionata. Saporum autem ſolus vnus eſt dulcis.pinguis.amarus vero et ſalſus fere ſunt idem. ponticus autem ideſt mundificatiuus acetoſus ſtipticus et accutus medij ſunt dulcis et amari. Fere igitur tot ſunt ſpecies ſaporum quot colorū ſcilicet ſeptem predicte Colorum enim liuidus ſeu flauus ita ſe habet ad album ſicut ſapor pinguis ad dulcem.fuſcus autē ad nigrū ſicut ſalſum ad amarū. In medio autem albi et nigri ſunt colores quattuor ſcilicet puniceus et rubeus a lurgō ideſt citrinus viridis ⁊ tyanus et celeſtis. Inter hos autē colores ſunt alij licet nō ita nominati. Sicut autem nigrū eſt priuatio albi in perſpicuo:ita amarū eſt priuatio dulcis in humido nutritiuo.et ideo cinis eſt amariſſimus inter omnia cōbuſta:quia ex ipſo exalauit humidū dulce atqꝫ potabile. Democritus autem ⁊ plurimi naturaliū circa ſenſꝰ opinantur tria inconuenientia.differunt enim primo ꝙ omnia ſenſibilia ſunt ſeu tāꝗ̃ tangibilia.nam ſi hoc verum eſſet oporteret quemlibet ſenſum eſſe tactū quod faciliter cognoſcitur eſſe falſum quia tactus ſentit per mediū coniunctum. quidā autē alij ſenſꝰ p̄ mediū extraneū.Secūdo vtunt̃ ſēſibilibꝰ comunibꝰ.ſ.magnitudine.figura.aſpero.et leui.obtuſo.et accuto.qui ſūt in magnitudine quaſi ꝓprijs ſēſibilibꝰ

aſpero. et leui. obtuſo. et aecuto. qui ſunt in magnitudine quaſi proprijs ſenſibilibus quod dupliciter apparet falſum. primo quia hec ſunt comunia multoꝝ ſenſuum. acutum enim et obtuſum de quibus minus videtur ꝙ ſint comunia ſenſibilia q̄uis nō omnibus ſenſibus: tamen tactui et viſui comunia ſunt. Secundo hoc falſum apparet quia nullus decipitur. circa proprium ſenſibile. vt viſus circa colorem. auditus circa ſonum. de quibus comunibus aūt ſenſibilibus predictis decipiuntur ſenſus. Tertium incōueniens democriti et quorumdam alioꝝ eſt. quia dicunt comunia ſenſibilia eſſe iddem ꝙ propria. vt aſperum dicunt eſſe nigrum et lene album. Sapores vero eſſe figuras hoc dicto apparet tripliciter eſſe falſum primo q2 nullius ſenſus eſt ſentire ſenſibilia comunia tanq̄ propria. et ſi alicui hoc attribueretur magis debēt conuenire viſui. ꝙ ſi dicatur ꝙ magis conuenit guſtui ſentire figuras tanq̄ propriuz ſenſibile quia ſunt iddem ꝙ ſapores: oportebit guſtū magis cognoſcere ea q̄ ſunt minima in figuris et diſcernere differentias figuraruz. vnuſquiſq3 enim ſenſus magis ꝑcipit minima proprij obiecti et magis diſcernit differentiam ipſi9 q̄ alius ſenſus. falſum eſt autez guſtum magis ſentire minimuz figuraruz et magis diſcernere differētias ipſaruz q̄ viſuz. Preterea infra naturaz cuiuſlibet ſenſibilis proprij eſt aliqua contrarietas ut in colore nigruz contrariatur albo. et in ſapore dulce amaro. figure āt non eſt figura contraria. ſicut circulus non eſt cōtrarius alicui figure plurium angulorum. preterea cuz ſpecies figuraruz ſint infinite: oportet et ſapores infinitos eſſe ſi figure ſint ſapores non enim eſt aſſignare quare vna figura moueat guſtuz et alia non ſi eadem eſt nature figure et ſaporis. De guſtabili ergo et ſapore hec dicta ſunt. nam alie proprietates ſaporum in tractatu de plantis habent propriaz conſideratiōez.

Capitulum. xvij. quod ſic incipit: hunc vero moduz. vel ſic eodez vero modo oportet intelligere et c̄. Determinat de cauſa generationis odoris oſtendens ꝙ actiuum in odore eſt enchimum ideſt humiduz incorporatum ſicco et ſuſceptiuuz ipſius eſt humidum comune aeri et aque.

Sicut dictum eſt ꝙ ſapor eſt paſſio cauſata a ſicco terreſtri in humido: ita oportet intelligere ꝙ odor ab humido enchimo ideſt incorporato alicui ſicco cauſatur in aere et in aqua. Quibus eſt comunis perſcuitas ſuſceptibilis odoris. non ſecunduz ꝙ perſpicuitas: ſ3 ſecundū ꝙ ſuſceptibilis eſt enchimi ideſt ſicci imbibiti humido. a quo illud eſt comune aeri et aque habet alterari quaſi lauabile et mūdabile ab eo. Quod autez non ſoluz aer ſed etiam aqua ſuſceptibilis ſit odoris: maniſeſtum eſt in piſcibus. et in animalibus dure teſte. qui viuunt in aquis. hec enim ſicut et piſces odorant in aqua nō quidez propter aerez qui exiſtat ſub aqua: cum aer ſupernatet aquis. predicta etiam animalia in aere non reſpirant nec odorant. Si igitur odor ſit tam in aere q̄ in aqua in quantuz comune eſt eis humidum: patet ꝙ odor eſt paſſio facta in humido ab enchimo ſicco ideſt a ſicco imbibito humido. Quod aūt omnis odor ſit paſſio cauſata ab humido compreſſo a ſicco patet tam per habentia q̄ per non habentia odorez ſicut elemēta. quoruz quodlibet vel eſt ſimpliciter ſiccū vel ſimpliciter humiduz ſi aūt dicatur aliquod elementuz habere odorez vt aqua maris. hoc non ē in quātum eſt ſimplex elemētum ſed in quantuz in mari eſt mixtio ſicci terreſtris cum humido aqueo. Et ſimilr̄ ſi dicatur ꝙ terra ē odorabilis vt ſal ⁊ vitrū: hoc non quia talia ſunt pure terra: ſed quia mixta ex humido et terreo. quod patet ex hoc ꝙ ab

ipſis compreſſis effluit oleum:licet minus a vitro: quia magis eſt terreſtre et ideo minus habet de odore. quia achimum eſt. Lapides etiam carent odore. quia ſunt achimi idest ſine humido predicto ligna vero odorem habent ẽchima enim ſunt. licet aqua ſica minus participẽt virtutem cauſatiuam odoris. Metallorum autem aurum caret odore. quia achimuz eſt. es vero ferrum odorem habẽt. et maxime quando cõburitur humiduz ipſorum. nam ſcorie in eis hodorabiliores ſunt propter ſiccum humido imbibitum. argẽtum vero et ſtannum licet odorabiliora ſiut ꝙ̃ aurum: minus tamen participant odorem ꝙ̃ es et ferrum quia plus habent de humido aqueo.

Capitulum. xviij. qđ ſic incipit: videtur autez quibuſdam et cẽ. Confirmat per opiniones aliorum de odore quod ſuperius dictum eſt improbans tamen diffinitionem dicentem ꝙ odor eſt fumalis euaporatio comunis terre ⁊ aeri.

Omnes autem antiqui qui de odore loquẽtes ipſuz dicunt eſſe fumuz propter quod eraclitus dixit ꝙ ſi omnia fiant fumus odoratus diſcernet omnia entia ⁊ et omnes ſic loquũtur de odore. et aliqui extiſtimant ipſum eſſe exalationem. alij vero euaporatiõem. quidam vero vtraqȝ hec. licet inter ſe differãt. quia euaporatio eſt quedam humiditas aquea exalatio autez ſeu fumalis euaporatio eſt comunis aeri et terre. cuius differentie ſignum eſt ꝙ ex vapore roſoluto fit aqua. exalatio autẽ reſoluta fit quedam ſpecies terre. Neutrum autem horum ſcicet euaporatio ⁊ fumalis euaporatio poteſt eſſe odor euaporatio enim habet naturam aque que eſt achima. idest ſine humido imbibito ſicco quod eſt actiuum odoris fumalis. et fumalis euaporatio non poteſt fieri in aqua. in aqua tamen quedam animalia odorãt vt dictum eſt prius. Preterea euaporatio comunis eſt terre et aeri ſicut ergo euaporatio vnius predictorum non eſt odor ita nec alterius. Quoniam igitur tam aqua ꝙ̃ aer poſſunt recipere humidum ſicco incorporatum et pati ab enchima ſiccitate: manifeſtum eſt ex hoc ꝙ vtriuſqȝ natura humida eſt. Quemadmodum ergo ſiccum terre diffuſum ꝑ humiduz aque et aeris facit ſapores: ita ſiccum imbibitum humido diffuſum per iſta facit odorem. Oportet enim proportionales eſſe humoribus. Quod in quibuſdã magnifeſtum eſt quidam enim odores dicuntur aceto ſi et dulces et accuti et pontici ⁊ craſſi ſicut et quidam ſapores. amaris autem ſaporibus proportionantur non amari odores ſed putridi. quia quemadmodum amari ſapores cum difficultate ſorbentur: ita putridi odores cum difficultate reſpirantur. ex quo magnifeſtum eſt ꝙ ſicut ſapor fit in aqua ita odor in aere et in aqua. Et propter hoc frigus et congelatio que alterãt humidum ebetant ſapores ⁊ deſtruunt odores. quia per predicta pellitur caliduz quod generat et mouet tam ſapores ꝙ̃ odores.

Capitulum. xix. quod ſic incipit: ſpecies autem odoratus due ſunt et cete. Determinat ꝙ ſpecies odoris alique ſunt ſecundum conuenientiam ad ſapores et hec comunes ſunt homini et alijs animalibus et aliqui ſunt odores ſecũdum ſe et tales quia proprie hominis.

Odoris due ſunt ſpecies. vna quidem propter conuenientiam ad ſapores alia ſecundum ſe falſum eſt enim odorabile non habere ſpecies ſicut quidam dicũt. Quedaz ſpecies odoris ordinãtur et cõnittantur ſapores. ⁊ tales habẽt delectabile et triſte ꝑ accidẽs. ſ. i quãtũ eoꝝ odor ẽ paſo nutrimẽti. ⁊ huiuſmodi odores delectabiles ſũt dſidrãtib9 nutrimẽtũ i q̃ntũ ꝑ ipoſ ꝑcipiũt nutrimẽtũ repletis ãt

et nõ egentibus cibo non ſunt delectabiles ſicut eſca hñs hoĩs odores eis non ẽ delectabilis nec triſtis. predicti igitur odores ſcõm accidens habent delectabile ⁊ triſte et communes ſunt omnibus animalib9 perfectis. Quidam aũt odores ſcõm ſe delectabiles ſunt ſicut odores florũ. Non enĩ propter alimẽtũ huiuſmodi odores ſũt delectabiles quaſi per ipſorum permixtionẽ eſca ſit magis appetibilis: ſed interdum minus. vnde e tritius vituperãs euripidem appetẽtem cibaria delicata dixit ei: qñ quo quis lentem non infũdas myron idest vngentum ſuauiter redolẽs. qꝛ ex hoc cibus inſipidior redderetur. Nec obſtat dictis ꝙ aliqui in potib9 et cibis tales odores commiſcent. faciunt enim hoc vt inferant naturali delectatiõi. ſ. vt delectabile vni ſeſui ſit delectabile duobus per mixtionẽ alicuius odoris. Odorabile igitur faciens ex ſe delectationem propriũ ẽ hĩbus. odorabile aũt delectabile propter ſaporẽ cõuenit hoĩ et alijs animalib9. et diuidiẗ ſcõm ſpecies ſaporũ: primũ aũt odorabile diuiditur in ſpẽs ex natura ſua. Nõ autẽ odorabile ſcõm ſe eſt propriũ hoĩs. ratio eſt frigiditas cerebri exiſtente ei cerebro hominis naturaliter frigido: et ſanguis qui circa cerebrum ẽ faciliꝰ infrigidabitur. qꝛ ſubtile ẽ purum. fumoſitas cibi ad cerebrum aſcẽdens de leui infrigidaẗ et ingroſſatur ex qua infirmitates et reumatice generãtur. in adiutoriũ ergo ſanitatis facta ẽ hec ſpẽs odoris ad cerebri cõfortatiõẽ. hoc enĩ opus maniſeſte efficit odorabile. nec aliud opus ipſi9. Odorabile ãt propter ſaporẽ magis facit ad augmẽtum dictaꝝ infirmitatũ ꝙ̃ ad ſanitatem. cõmixtum enim cibo qui eſt frigidus materiam reumatũ augmentat. odor autem rei odorifere ſcõm ſe quaſi ſemꝑ confert cerebro. dico ãt q̃ſi ſẽp. qꝛ ſi indebito modo quis vtaẗ ipo nõ cõfert ꝫ grauabit

Capitulum. xx. qđ ſic incipit: et propter hoc per reſpirationem fit declarat quare hõ et omnia animalia pulmonẽ habentia ſentiũt odorem reſpirando. ita tñ ꝙ hõ odorẽ in ſe et nõ tñ cũ ſapore: alia aĩalia ſẽtiũt odorẽ ꝓpter ſaporẽ

On omnia animalia percipiunt odorem per reſpirationem: ſed homo et animalia habentia ſãguinẽ et pulmonẽ vt quadrupedia et q̃ habent naturam aeream vt volatilia. Odoribus namqꝫ aſcẽdẽtib9 ad cerebrum propter lenitatẽ caloris ipſorum: facit ſaniorem locũ cerebri. quia virtus odoris naturaliter ẽ calida. ad hoc autem in quibuſdam animalibus fit adiutorium per reſpirationem. q̃ natura vtitur ad duo: videlicet principaliter in adiutorium cordis ſeu toracis et ſecundario ad odorem. Exalante enim odore motus reſpiratiõis per nares adnẽticiam facit actionem odoris ad cerebrum. proprium autẽ hominis ẽ ſentire odorem per reſpirationem quia maius et humidius cerebrum habet alijs animalibus ſcõm proportionem ſui corporis. propter quod differẽter ab eis ſentit odores. et gaudet odoribus florum et ſimiliũ quorum calor et motus eſt temperatus reducẽs ypbolem idest exceſſum frigiditatis et humiditatis cerebri ad debitam mẽſuram. Alia vero animalia habentia pulmonem per reſpirationem ſuſcipiunt odorem alterius generis. ſ. qui eſt cum ſapore. hunc enim ſenſum ſimul cum reſpiratione dedit eis natura vt non duo ĩſtrumenta eſſent in eis vnum reſpirandi et aliud odorandi: ſed potius vnum vtriuſqꝫ quod ſic ſufficit ad vtrumqꝫ ſicut vnus odoratus in hominibus ſufficit ad percipiendum odores vtriuſqꝫ generis ſcilicet odorabilis ſecundum ſe et odorabilis per ſaporem.

Capitulum. xxj. quod ſic incipit: que aũt non reſpirãt et cẽ. Declarat ꝙ a-

nimalia non reſpirãtia habent odoratuꝫ: licet non ſit manifeſtũ ſic in eis ſicut in reſpirantibus quo inſtrumẽto oderent.

Animalia que nõ reſpirant habere ſenſum odorabilis manifeſtuꝫ eſt. piſces eñ et omne genus animaliuꝫ enthomorũ ſicut ſunt apes et formice et quoddam genus piſcis marini quod dicitur purpura et multa alia ſimilia de longe ſentiunt odorem qui eſt propter saporem ⁊ per ipſuꝫ ſequũtur nutrimẽtum. Non eſt ãt manifeſtuꝫ in his animalibus quo ſenſu odorent ſicut eſt in ſe reſpirãtibus. et ideo ſi quis obiciat ꝙ animalia reſpirantia per odoratum ſentiunt odoreꝫ: hec aũt animalia non ſentiunt odoreꝫ per reſpiratiõem: videbitur ꝙ alius ſenſus preter quinqꝫ ſit in eis per quem ſentiũt odorem quod eſt impoſſibile. quia vbi eſt ideꝫ obiectum: eſt idẽ ſenſus idem eſt odorabile quod ſentiũt ſcilicet reſpirantia ⁊ non reſpirãtia. Sed forte non eſt idem modus in vtriſqꝫ percipiendi odorem. In reſpirãtibus eniꝫ ſẽſus odoratus habet quaſi quoddaꝫ coopculuꝫ ſuperiacens organo ipſius quod aufertur virtute ſpũs per reſpiratiõem atracti. et ideo non ſentiunt quando nõ reſpirant ꝓpter cooperculum ſuperiacẽs et prohibens odorationes aſcẽdere. In non reſpirantibus non ẽ tale cooperculum. et ideo reſpiratione non egẽt ad odoratuꝫ ſed ſufficit ꝓportionata diſtãtia obiecti. Exemplum huius ẽ in ſenſu viſus. quedam enim animalia in occulis habent palpebras quibus non releuatis: minime vident. quedaꝫ ãt vt habentia duros occulos palpebras non habẽt. et ideo non egent aliquo reuelante palpebras ad videndum: ſed ſufficit proportionata diſtantia obiecti.

Capitulum. xxij. quod ſic incipit: ſimiliť et aliorum animalium qӡlibet. oſtendit ꝙ alia animalia preter hoĩem non aborrent fetidos odores propter fetorẽ ſꝫ propter paſſionẽ aliam. et ꝙ odoratus tenet mediuꝫ inter alios ſenſꝰ.

Alia animalia preter hoĩeꝫ non patiũter a fetidis odoribꝰ niſi aliquod corruptiuũ ſit cum eis a quo patiuntur. ſicut eñ hoĩes patiuntur grauedinẽ capitis a fumo carbonuꝫ ⁊ ſulphuris non propter odorem ſed propter aliquid corruptiuum: ita alia animalia patiuntur a quibuſdaꝫ odorabilibꝰ non propter odoreꝫ ſed ꝓpter aliquid corruptiuum cum odore ꝑmixtum et talia fugiunt non ꝓpter fectorem. qꝛ multa que creſcunt in terra fectidos habent odores que non fugiunt eo ꝙ conferunt ad guſtuꝫ vel edulium ipſoꝝ. Igitur ſenſibus exiſtentibꝰ in numero quinario: odoratus videtur eſſe medius inter eos conſiſtit ergo inter tactum et guſtuꝫ q̃ ſentiunt per medium cõiunctum et inter viſum et audituꝫ que ſentiunt per mediuꝫ ſeparatum. conuenit enim cum tactu et guſtu qui ſunt ſenſus nutrimẽti. quia odorabile eſt paſſio nutritiuorum ſecũduꝫ ꝙ odor proportionatur ſapori cum auditu vero et viſu conuenit odoratus in quantum odorabile percipitur ꝑ medium extraneum. odorãt enim animalia per aerem et aquam ſicut per vtrũqꝫ iſtoruꝫ vident et audiunt. percipitur eñ odorabile per medium ſpũm ſicut viſibile et audibile et ideo rõnabiliter odorabile aſſimilatuꝫ eſt cecitati euchime. ſ. humido infuſſo que ſic diffũtur per mediuꝫ ſicut color et ſonus dictuꝫ ẽ igitur quomodo diſtingũtur ſpecies odorabilis.

Capituluꝫ. xxiij. qd ſic incipit: ꝙ autem quidam pictagoricoruꝫ et cẽ. Excludit opinionem dicentium quedam animalia nutriri odoribus.

Quod quidam pictagoricorum dicunt nutriri quedam animalia odoribus: irrationabile apparet dupliciter. Primo quidem quia oportet cibum eſſe aliquid cõpoſitũ. ſicut eñ ea que nutriuntur ſĩplicia nõ ſunt ſꝫ cõpoſita: ita et eoꝝ nutrimẽtuꝫ. cuiꝰ ſignũ ẽ ſupfluitas cibi q̃ ſibi interius collocať vt ĩ aĩalibus

ſiue exterius emittitur vt in plãtis: eſt aliquid mixtum. Preterea aqua ſolo nõ nutrit. ſed cõmixta alicui terreſtri oportet enim conſtitutum eſſe aliquid corporale vt fiat nutrimentum. Multo autem minus aer ſolus incorporari poteſt cum ſit ſubtilior aqua et ideo nec ipſe poteſt nutrire. Signum ꝙ odor non nutrit eſt quia omnibus animalibꝰ iiceſt locus receptiuus cibi ſcilicet ſtomachꝰ ad nutrimẽtum inſtrumẽtũqꝫ odoratus eſt in capite iuxta cerebrum. ſpiritus autẽ atractus cum odore non vadit ad ſtomachuꝫ ſed ad pulmoneꝫ qui eſt locus reſpirationis. quoniam ergo nec cerebrum nec pulmo ſunt idem cum ſtomacho qui eſt receptiuus nutrimẽti: ideo odorabile in quantum huiuſmodi non confert ad nutrimentuꝫ. Ad ſanitatem vero confert ſicut patet per experientiam ſenſibilem ex predictis. illud enim quod facit ſapor ad nutrimenti auxilium: hoc facit odorabile ad ſanitatem de ſenſibilibus: ergo ſcd'm organuꝫ vniuſcuiuſqꝫ ſenſus determinatum eſt modo predicto.

Capitulum. xxiiij. quod ſic incipit: obiciet autem vtiqꝫ aliquis. Inquirit vtrum qualitates ſenſibiles ſint diuiſibiles in infinituꝫ cum ſit in ſubiecto diuiſibili in infinitum. et ſoluit oſtendens ꝙ in ipſis qualitatibus eſt ſtatus.

Obiciet forte aliquis: ſi omne corpus diuitur in infinitum: qualitates ſenſibiles vt color ſapor odor et huiuſmodi erunt infinite. quia ſemper ſunt in corpore ſicut in ſubiecto. Videtur autem hoc impoſſibile. quia virtus cuiuſcũqꝫ qualitatis ſenſibilis conſiſtit in poſſe mouere ſenſum. ſi infinite ſunt ſenſibiles qualitates: neceſſe eſt ſenſum diuidi in infinita. neceſſe eſt etiam magnitudinem quãtumlibet paruam eſſe ſenſibileꝫ. quod eſt impoſſibile. non enim poteſt diuidi album niſi in quantitate determinata. Contra ſi qualitates ſenſibiles non ſunt diuiſibiles niſi ꝑ diuiſionem corporis: poſſibile eſt eſſe corpus paruum nullam habens ſenſibilem qualitatem ⁊ omnino non ſenſibile. quia omne ſenſibile ẽ tale per qualitatẽ ſenſibileꝫ. poſſibile etiaꝫ erit eſſe multa corpora parua inſenſibilia ex quibus cõponetur ſenſibile. q̃d eſſe non poteſt eo ꝙ neceſſe eſt corpꝰ ſenſibile componi non ex mathematicis corporibus: ſed ex ſenſibilibus. Preterea corpora carentia qualitatibus ſenſibilibꝰ nõ poterunt cognoſci per ſenſum nec etiam per intellectũ quia inteligibilia q̃ ſunt exterius intellectus non percipit niſi mediante ſenſu. Dicere igitur eſſe quedam corpora carentia qualitatibꝰ ſenſibilibꝰ atteſtatur dicentibus eſſe magnitudines indiuiſibiles. quod quia impoſſibile eſſe oſtenſum eſt in ſexto phiſicorum. ſequitur ꝙ impoſſibile eſt eſſe corpus carens qualitate ſenſibili. Soluendo hanc dubitationem ſimul fiat manifeſtum ꝙ ſpecies ſenſibiliuꝫ vt coloris saporis et ſimilium ſunt determinate et non infinite. cuius ratio eſt quia habentia cõtraria habent vltima. eo ꝙ contrarietas ẽ inter ea que maxime diſtant. omnia autem ſenſibilia contrarietatem habẽt. album eſt et nigrum in colore dulce et amarum in ſapore contraria ſunt et vltima et eodem modo in alijs ſenſibilibus. Quod autem qualitates ſenſibiles non ſunt diuiſibiles ĩ infinitum ſecundum quantitatem patebit ſuppoſito ꝙ continuum diuiditur in infinitum: ſi per equalem proportionem inequalem tamen quantitatem diuidatur: ſtabit eius diuiſio ad finita. Supponatur ſecundo ꝙ non ens continuum per ſe ſed per accidens: habet ſpecies finitas. ſicut nunc dictum eſt. Quĩ ergo qualitates ſenſibiles ſunt q̃dam ſpẽs entis non habẽtes cõtinuitatẽ ꝑ ſe: manifeſtũ ẽ eas nõ diuidi in ſpẽs ĩfinitas. Videnẽ ãt in infinituꝫ diuiſibiles ꝑ continuũqꝫ ſunt cõrexe ſuo cõtinuo. et iõ

intelligendum eſt ꝙ aliud eſt eſſe ſenſibile virtualiter et ſẽſibile actualiter. Milleſſima enim pars nulli latet viſum videntem totum millium. ⁊ minimus ſonus ſicut eſt dieſis latet auditum audientem totum cantum. et ſimiliter eſt de paruis ptib9 aliorum ſenſibilium. parua enim pars ita eſt ſenſibilis virtualiter ꝙ nõ eſt ſenſibilis actualiter: niſi ſepata a toto. tunc enim actu eſt apta ſentiri. ſicut actu virtus greſſibilis eſt i bipede. Pars autem parua qualitatis ſenſibilis actu ſeparata a toto propter debilitatem virtutis reſoluitur in cõtinens vt in aerem vel aquam. ſicut minimus odor infuſus non ſentitur. quia reſoluitur in aerem. et ideo qualitates predicte nõ ſunt in infinitum diuiſibiles. Preterea ſenſus ſcd̃m ſuperabundantiam virtutis ſentit ſenſibile parue quantitatis. ⁊ ideo ſi in infinitum diuideretur ſenſibile: ad minus oporteret virtutem ſenſitiuam augeri in infinitum. paruitas ergo ſenſibilis habet in potentia vt ſentiatur actu. aut ſentiri non poteſt niſi a perfectiori virtute. et ideo multe magnitudines vel qualitates ſunt inſenſibiles propter paruitatem. Cum igitur q̃dam partes ſenſibilium non ſolum in toto exiſtẽs: ſed etiam actu diuiſe per ſe ſunt ſenſibiles propter determinatam quantitatem quedam autem inſenſibiles ſunt propter paruitatem neceſſariũ eſt omnes qualitates ſenſibiles eſſe determinatas ſecundum certum numerum. non ſolum quantum ad ſpecies ipſarum: verum etiam quantũ ad numerum quantitatum.

Capitulum .xxv. quod ſic incipit: obiciat autem et quis mouet dubitationẽ vtrum ſenſibilia vel motus ipſorum prius perueniant ad medium q̃ ad ſenſum quod quidem maxime locum habet in viſu.

Siue ſentire fiat per hoc ꝙ ſenſibilia perueniũt ad ſenſum ſiue per hoc quod motus ipſorum alterat medium et per hoc agit in ſenſum: dubitatur vtrum prius operetur in medio q̃ in ſenſu. videtur enim odor et ſonus pri9 ſentiri a ppinquiori q̃ a remotiori. eo ꝙ prius ſunt in medio q̃ in termino. Queritur ergo vtrum ita ſit in inuiſibili et viſu. Videtur ꝙ ſic quia ſecũdum empedoclem. lumen ſolis prius attingit ad medium q̃ ad viſum et ad hunc q̃ ad terram. Preterea hoc videtur rationabile quia omne motum ab aliquo in aliud mouetur ita: ꝙ eſt temp9 medium inter termino aquo i terminũ ad q̃m. ſʒ viſio ſic fit p motũ ꝙ pri9 fert radi9 medio q̃ pertingit ad viſum. Et ſi dicatur ꝙ ſimul eſt audire ⁊ audiuiſſe videre et vidiſſe et ſic de alijs ſenſationib9 in quibus non eſt generatio ſucceſſiua: hoc non obſtat quia prius ſẽſibile attingit medium q̃ ſenſum. ſicut patet in ictu percuſſiõis et in prolatione vocis que multotiens in medio exiſtens nõ auditur. eo ꝙ diſpergetur in aere. et ſimiliter ex ꝑmanendum eſt de colore ⁊ alijs ſenſibilibus que non ſentiuntur quocumqʒ modo ſe habeant ſed aliter de propinquo. Dicendum eſt igitur ꝙ circa ſonum et odorem rationabiliter accidit ꝙ pri9 ſint in medio q̃ in ſenſu vel extremo. aqua enim ſeu aer que ſunt media ipſorum habẽt cõtinuitatem ita ꝙ primo alteratur prima pars eorum poſtea ſenſibilia ⁊ ſic de inceps. et ideo prius ſentitur qõlibet ipſorum in medio q̃ in extremo. Et ſi dicat̃ idem ſonus auditur a diuerſis ⁊ idem odor ſentitur a diuerſis ꝑ aliam aliam ꝑtem medij hoc nõ obuiat priori ⁊ poſteriori ꝑticipatiõe horum ſẽſibiliũ. qr lʒ ꝑmum mouẽs ſit vnum vt campana primũ ſonãs et thus pricipium redolẽs quod vnum ab oĩbus ſentitur tamen prima ſenſatio eſt in quolʒ ſentiẽte differẽs numero a ſẽſatione alteri9. ſimilr̃ igĩ multi vidẽt odorãt et audiũt idẽ viſibile odorabile ⁊ audibile nõ

per hoc ꝙ ſenſibilia ſint corpora diffuſſa per medium: ſed ſunt paſſiones et alterationes quedam. que non accidunt ſine corpore. ꝙuis de lumine aliter ſentiendum ſit ꝙ de alijs ſenſibilibus. ipum enim ita eſt in medio ꝙ tamen non eſt motio. Preterea aliter eſt in alteratione et latitudine. quia latio prius pertigit ad medium ꝙ ad finem. et quia ſonus fit per lationem partium medij: ideo prius eſt in medio ꝙ in termino in alteratione vero non eſt ſucceſſio ſed ſubito alteratur totum medium. et non prius dimidium eius: ꝙ alterans ꝑ nunc potens ſimul totum alterare. quando aūt non eſt potens ſimul alteratio tamen non oportet ꝙ alteratio ſit ſimul in ſubiecto et in toto alterabili: ſed prius alteratur prima ps et per illam ſecunda quemadmodum odor in humido ſucceſſiue diffunditur. et non ſimul fit in toto. Rationabiliter vtiqz ſenſationes que ſunt ſucceſſiue per medium non ſimul pertingūt ad ꝓpinquū et remotum ſola aūt viſio fit in inſtanti. quia lumen qđ facit videre in inſtanti alterat totum medium ſibi proportionatum.

Capitulum. xxvj. quod ſic incipit: eſt aūt quedam obiectio. Inueſtigat vtrū duo ſenſus poſſint ſimul eſſe in actu obiciens primo ad partem falſam ſcilicet negatiuam.

